



**Herbarium Oth. Brunfelsii, tomis tribus : Exacto tandem
studio, opera & ingenio, candidatis Medicinae Simplicis
absolutum. Quroum contenta, Index cuiusq[ue] Tomorum suo
loco explicat.**

<https://hdl.handle.net/1874/453130>

NOVI
HERBARII
TOMVS
III.
PER OTHONEM
BRVNFELES
IVM
DENVONATVS.

¶ Continens quæ uersa pagina
subnotantur.

Subiecto Indice, rem ob oculos omnem uel
digito monstrans.

ARGENT. apud Ioannem Schottum, cum
Cæs. Maiest. Priuilegio ad Sexennium;

M. D. XXXVI.

ГЛАВА
В
МО
и
менонояд
генояд
гутанояд

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

DE VERA

HERBARIUM cognitione
APPENDIX,
cui sequentia insunt.

- 1 Exegesis omnium Simplicium Dioscoridæ, & quomodo ijs quæ in Officinis seruantur respondent. fol. 99
- 2 Scribonij Largi Medici uetustissimi, de Simplicibus fragmentum. 127
- 3 Io. Mainardi Ferrarien. Medici nostri seculi clarissimi, Annotationes aliquot Simplicium, & scriptis eius extractæ. 128
- 4 Nicolaus Leonicenus de falsa quarundā herbarum inscriptione a Plinio. 120
- 5 Pandulphus Collinutius de interpretatione Simplicium quæ sunt apud Plinium, calūnijs Leoniceni respondens 205
- 6 Generosi Comitis Heremanni a Neuenar censuræ aliæ Herbarum super eadem re. 232
- 7 Leonardi Fuchsij, Principis Brandenburg. Medici Annotationes de Simplicibus, a medicis hactenus perperam intellectis, & aestimatis. 285
- 8 Dō. Joachimi Schyllerij Medici iudicium de Garyophyllis. 271
- 9 Hieronymi Tragi medici dissertatione fere quinquaginta, de herbarum quarundam nomenclaturis 272
- 10 Marci Gatinariæ medici quondam Ticinen. Annotatio una & altera de Taraxaco, Cincorea, Iua, Esula, & Soldanella. 282
- 11 Iacobi de Manlijs Alexandrini, interpretatio Simplicium, secundū ritū Officinarū. 283
- 12 Hieronymi herbarij Apodixis Germanica, ex qua facile uulgares herbas omnes licebit perdiscere. 399

C O N T E N T A.

¶ Rhapsodiæ Herbarum T O M I Secundi.

Hederarum typi duo.
Peoniæ.
Caprifoliæ 1
Pulicariarum typi duo
Feniculi 1
Serpilli 1
Scabiosæ 1
Eupatorij 1
Solani 1
Hirundinariæ 1
Fragariæ 1
Roriconiæ 1
Scolopendrij 1
Liliorum

8	Acori
13	Apiorum & Petroselinii
16	Iaceæ
20	Gladioli
25	Herbæ fullonum 1
26	Libanotidis
29	Maioronaæ
31	Lappati 1
33	Meliloti 1
39	Nasturtij 1
41	Mentarum 1
40.	Polypodij
42	Saluiæ
48	Valerianæ

¶ Herbæ remissæ ad i. T O M V M, uel alias ut
ignotæ, non descriptibiles.

Parietaria
Solidago
Penitaphyllum duplex
Gensbluom
Scheisskraut
Garyophyllata
Eberwurz
Synnau
Fleyfschbluom duplex
S.lacobs bluom
Negelblümlin

23	Dondernegelin
29	Cardus triplex
37	Acetosa
38	Vnifolium
43	Herba Trinitatis
27.	Malua triplex
40.	Sanicula minor
57	Sanguinaria
58	59 Raponeoli
60	Artemisia
61	Tanacetum

D. Generosis COMITIBVS, & Dominis

D. Bernardo, Othoni, & Vuolphgango

a S O L M s, patri, cū duobus

filijs, dominis suis gratiosis,

Otho Brunfelsius

S. D.

Forrasse & in nos iactabunt Celsi. V. qd de Ciclyco quondam scriptore lusit poēta Horatius,

Nec sic incipies, ut scriptor Ciclycus olim,

Fortunam Priami cantabo, & nobis bellum,

Quid dignum tanto, feret hic promissor hiatus?

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Siquidem post diuturnum illud silentium, ubi ueroroxi xp̄vōz̄, amplissimasq; spes illas, quas de hoc secundo Tomo, uestre sibi Celsi conceperant, uix tandem pauculas herbas proferimus, & eas partim in priori descriptas Tomo, partim incognitas, & e Medicorum schola exoletas. Contigitq; & nobis, ut amphorā instituentibus, plane urceus exierit. Verum huius negligentiae, ut priuatam aliquando rationē reddemus Celsi. V. ita et apud herbarię ac simplicis medicinę studiosos, publica apologia nos purgabimus, ubi libellum nostrum ediderimus in lucem, quem de Synonymis nunc in manibus habemus. Et ut rem uno uerbo retegam Celsi. V. tam immensū in ipso medio opere tedium nobis obrepit, ut nisi tātis id a nobis precibus efflagitassen, adeo qd extorsissent doctiss. ac longe clarissimi viri, D. Heinrichus ab Heppendorff, D. Nicolaus Corbelius, & D. Ioannes Sapidus, alteri eam demandaturi prouinciam fuissentis; quibus sane ut amicis, multis nominibus nobis charissimis, fas non fuit quicquā denegare: ita sane, si quid fues fugi, siue ineptum etiam, posthac in eo genere a nobis scribetur, illis sane debetur autoritatis nostris grauius incumbit, atque ideo tamen excutere non licet, quia typographo obstricti necessarie sumus, cui fuerat gratificandum: cū alioqui, aut alio officio, aut ulteriori, faciliiori qd deant literaria, quod reliquum est uestro splendore, uestraq; magnificantia sarcire dignamini,

perit sequens annus, tum & nos quoq; maioribus uigilis, acrioribus studijs ornabitur sequentem librum nostrum. De tam

prolixo quoq; Apendice, & cur in illo pugnantes

scriptorū sententias iuxta posuerimus, in Sy-

nonymis quoq; nostris ratio reddefit.

Interim bene ualeant Celsi. V.

quas ut Dominus

quam diutissime nobis seruet, uehementer optamus. Argentorati

quarto Nonas Decembris, Anno a Ser-

uatoro nostro nato domino Ihesu


Christo millesimo quingen-

tesimo trigesimo

primo.

A.

Maur Epphem.



corum T O M V S Secundu.

Hedera.



Eppher.

C

¶ De H E D E R I S omnium generum,
Rhapsodia P R I M A.

¶ Nomenclatura.

Hedera Græce, ήδερα. Χρυσόκαρπος. κίσιον, καστινος.

Latine, Syluamater, Hedera.

Germanice, Eppewo.

Hederarum
genera.¶ Summaria descriptio H E D E R A R V M
ex Dioscor. lib. 2.

V L T A S H E D E R A D I F F E R E N T I
as in specie sortit, generalissimas autē treis. Nam quā
dam candida est. Altera nigra. Tertia Helix. Candida
fructū fert candidum. Nigra, nigrum, aut Croci aemul
lum, quam uulgas Dionysiam uocat. Helix fructum non gignit, sed te
nues habet palmites, & folia parua, angulosa, & rubra.

¶ De multis H E D E R A E Generibus ex

Plinij lib. 16. cap. 32.

D

Hederarum
species tres.Cormybi.
Selenitium.Helicis gene
ra.

H E dera iam dicitur in Asia nasci. Negauerat Theophrastus: nec in India
nisi in monte Mero. Quin & Harpalum omni modo laborasse, ut sereret
eam in Medis, frustra. Alexandrum uero ob raritatem ita coronato exer
citū, uictore ex India rediisse, exemplo Liberi patris: cuius dei & nunc
adornant thyrso, galeasq, etiam & scuta, in Thraciae populis, in solenni
bus sacrī. Inimica arbor satis omnibus, sepulchracq, ac muros rumpens:
serpentium frigori gratissima, ut mirū sit illam in honore illo habitam.
Duo genera eius. Prima ut reliquarum, mas, & foemina. Maior traditur
mas, corpore, & folio duriore ac pinguiore, & flore ad purpurā acceden
te. Vtriusq; autem flos similis est rose sylvestri, nisi quod caret odore. Spe
cies horū generum tres. Est enim candida, & nigra Hedera, tertiacq; qua
uocatur Helix. Etiamū hæ species diuiduntur in alias: quoniam est alia
fructu tantum candida, alia & folio. Fructumq; candidum ferentium alle
is densus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, qui uocan
tur Corymbi. Item Selenitium, cuius est minor acinus, sparsior racemus.
Simili modo in nigra. Alicui & semen nigrum, alijs crocatum. Cuius co
ronis poëte utuntur, folijs minus nigris: quam quidam Dionysiam, alijs
Bacchicam uocant, maximis inter nigras corymbis. Quidam apud Gra
cos etiamnum duo genera huius faciunt, a colore acinorum, Erytha
num, & Chrysocarpum. Plurimas habet differentias Helix: quoniam
folio maxime distat. Parua sunt & angulosa, concinniora, cum reliquo
rum genera simplicia sint. Distat & longitudine internodiorum, prae
pue tamen sterilitate: quoniam fructum non gignit. Quidam hoc cœrat
esse, non generis existimant: primoq; esse Helicem putant, fieri Hederā
uetustate. Horum error manifestus intelligitur: quoniam Helicis plura
genera reperiuntur, sed tria maxime insignia. Herbacea acuirens, qua

plurima est: altera candido folio: tertia uersicolor, quæ Thracia uocatur. A
Etiamnum Herbaceæ tenuiora folia, in ordinem digesta, densioraç. In a-
lio genere diuersa omnia. Et in uersicolori alia tenuioribus folijs, ac simi-
liter ordinatis densioribusç. In altera neglecta omnia hæc. Maiora quo
ç ac minora sunt folia, macularumç habitu distant. Et in candidis, alia
sunt candidiora. Adolescit in longitudinem maxime Herbacea. Arbores
autē necat Candida, omnemç succum auferendo, tanta crassitudine au-
getur, ut ipsa arbor fiat. Signa eius, folia maxima atç latissima, mammae
erigentis, quæ sunt cæteris inflexæ: racemi stantes, ac subrecti. Et quanç
omnium generi radicosa brachia, huic tamen maxime ramosa ac robusta.
Ab ea nigre. Sed proprium albæ, quod inter media folia emittit bra-
chia utrinque semper amplectens. Hæc est & in muris, quamuis ambire
non possit. Itaque etiam pluribus locis intercisa, uiuit tamen, duratque,
& totidem initia radicum habet quot brachia, quibus in columnes & soli-
das arbores fugit ac strangulat. Est & in fructu differentia albæ, nigreque
Hedera: quoniam alijs tanta amaritudo acini, ut aues non attingant. Est
& rigens Hedera, quæ sine adminiculo stat, sola omnium generum, ob
id uocata Cissos. Ediuerso, nunquam nisi humili repens Chamæcissos.

Hederæ can-
didæ signa.Hedera riges.
Chamæcissos

HE D E R A M V L T I G E N I A E S T. Q V A E D A M E N I M H V
mi repens. Quaedam se in excelsum attollens. Et excelsarum genera plura, sed tria summa pa-
tescunt, Candida, Nigra, tertiac Clauicula. Horum item species plerç. Quippe alia fructu
tantum candida. Alia etiam folijs. Rursum fructum tantum candidum ferentium, alia non
runt, Athenienses. Acharnæam reginā eam appellant, Alia minorem, sparsioremç modo Ni-
græ. Sed Clauicula differentijs maximis discernitur. Etenim folijs plurimum distat, cum parui
tum quod angulata concinioraç sunt, cum Hedera rotundiora, simplicioraç habeat. Di-
stant etiam internodiorum longitudine, atç etiam sterilitate: quoniā fructum quædam non
ferant. Ergo Clauicula plura genera, sed quæ conspectiori, summaç occurunt, tria sunt. Her-
bacea ac uirens, quæ plurima est. Secunda candida. Tertia uersicolor, quæ Thraciam quidam
appellant. Et harum quæç distare uidetur. Quippe Herbaceæ quædam folio tenuiori, longi-
ori, atç etiam densiori: quædam minus hæc omnia habens. Et in uersicolorum genere, alia fo-
lio ampliore, alia minori. Macularumç habitu diuersa parimodo, & magnitudine, coloreç di-
stant: Auctu per facilis Herbacea, inque plurimū uenit manifesta, quæ hederaescat affirmant, non
tantum folijs, quæ maiora, latioraç habet, uerum etiam germinibus. Protinus enim erecta ge-
nit, non inflexu gracilitate et longitudine. Herbacea uero crassiora, leuioraç, ac Hedera, uer-
so, densa, flexuosa, surculosa, crassa, nec minus alta, sed præcipue nigra: et inter candidas que
asperrima, immittissimaç habet. Quamobr̄ eius amplexus arbores omnes infestat. Omnes em
necat, et exiccat, ablato alimento. Graffatur hæc maiorem in modum, atç arborescit intansu,
ut per seipsam Hederae arbor fiat. Attamen ex maiori parte, semper super aliud uitam degere
solet, atç ut ita dixerim, amplexicaulis est, uti pro sua natura, uel quiddam eiusmodi ilico g-
rit. Nam e graminibus radiculos assidue inter folia mitit, quibus arboribus, murisç obrepit,
quasi de industria a natura exhibitum, atç ita humorem auferens, exhaustiñq arescit. Et si
inserius succidatur, nihilominus uiuere durareç potest. Habet & aliud discrimen non medio-
cre in fructu. Nam alijs dulcis, alijs uehementer amarus, tam in candida, quam in nigra Alii
aves mandunt, alium non attingunt. Hedera ita habet.

Corymbia
Hedera.

De H E D E R A E temperamento ex
Galen lib. 7. Simplicium.

HE D E R A ex contrarijs composita est facultatibus. Habet enim quiddam adstringentis
tubstantijs, quam terrenam & frigidam esse ostendimus. Habetq etiam nonnihil aëris, quam ea

Colidam esse uel gustus comprobavit. Nec deest tertia: aqueam namque substantiam quandam tepidam obtinet, certe si viridis sit. Si quidem dum arescit, hae prima exhalet necesse est, mancypque terrea est, frigida, adstringensque, & ea quae calida & acris.

Viridis autem, folijs eius in uino decoctis, ulcera grandia conglutinat, quaeque maligna sunt, ad sanitatem reducit. Tum igne factas exulcerationes, cicatrice includit.

Porro cum aceto decocta folia, lienosis prosunt.

Flores autem quodammodo ualidiores sunt, ut ad leuorem redacti, cum cerato ambustis conueniant.

Præterea succus medicamentum est errhinon, hoc est, in nares fusum, capit*i* purgando idoneum.

Tum uetus aurium fluxiones sanat.

Ad haec ulcera uetera, tum in auribus, tum in naribus.

Porro si acrior appareat, aut rosaceo, aut dulci oleo miscetur.

Lachryma eius lentes interimit.

Pilis nudat: usque adeo calide potestatis, ut obscure adurat. Est enim uolut aqueus quidam liquor, sicut aliæ omnes lachrymæ.

¶ Vires & iuuamenta ex Dio-

scoride lib. 2.

HE D E R A omnis acris est, & adstringens.

Neruos tentat. Flos trium digitorum carptu, facit ad dysentericos, in uino bis die potus.

Ambustis cum cærato illinitur.

Recentia folia ex aceto cocta, aut cruda cum pane detrita, lienes sanant.

Foliorum & corymborum succus, cum irino unguento, melle, aurum, naribus infunditur.

Et contra ueteres capitis dolores, caput eo cum aceto & rosaceo perfundi utile est.

Purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo medetur.

Nigræ Hederae succus, aut epoti corymbi corpus infirmant: mentem que turbant largius sumpti.

Acini quincue triti, calefactique in punico cortice, cum rosaceo, si instillentur a contraria aure, dolorem dentium mitigant.

Denigrant capillum illiti corymbi.

Folia in uino decocta, illinuntur omnium ulcerum generi, etiam si coethe sint.

Vitia cutis in facie, & ambusta sanant, uti ante diximus decocta.

Mouent menses triti, & subditi corymbi.

Idem poti post purgationes foeminarum, drachmæ pondere, concipiendispem adimunt.

Pediculus foliorum melle irrigatus, ac uuluæ inditus, menstrua & partus extrahit.

Instillatus succus, putrida tædia narium, graueolentiamque emendat, & sanitati restituit.

Iuuamenta
Nigræ.

A

Lachryma Hederæ Philothrum est.
Illitu pediculos enecat.

Succus in aceto potus, contra phalangia prodest.

EX BARBARI COROLL.

Hederæ frutices quidē uendicant, sed arborū magnitudinē crescendo æquat, folia prīmō an gulosa, processu rotundam. Multa ei gñā. Humi repit Chamæcissos: de qua in loco. Celsarum tria capita. Candidū, Nigrum, Et Helix, id est, Clavicula, siue Pampinus uocata. Candidū aliud fructu solo, aliud fructu & folio. Id qd fructu solo cander, aut crassiusculū, densum, globatumq; habet eum, & Corymbias uocat. Athenis uero Acharnicon irriguū, aut minorem aci- num, sparsioremq; racemū, & Silenition appellant. Simili modo in nigra, cui & suæ quædam differentiæ sunt, sed minus perspicuae. Alícuī em semen nigrum. Alij crocaceum, cuius coronis poëte utabant, folijs minus nigris: quā & Nyliā, & Bacchicā, et Dionysiā uocabant, maxamis inter nigras corymbis. Alij duo genera fecerunt a colore acinorum, Erythranton, & Chrysocar- pon. Helix ab Hedera distat aperi. Timo discriminē. Primum folia huic angulata, concinna, exi gua; Hedera simplicia, rotundioraç. Distat & longitudine internodiorū, præcipue tamē sterili tate: quoniam fructum non gignit. Quidā hōc ætatis uitii intelligunt, primoq; esse Helicem, & Hedera senectute fieri: qd quidē falsum esse Theophrastus & Plinius contendunt: cū quia foliū & germen Helicis ab Hedera çlibet annosæ folio plurimū differat: tum quia plures eius diffe rentiae noscantur. Herbacea, seu uirens, quæ numerosissima est. Altera folio alto. Tertia uersico longiora densioraç: in altero diuersa omnia in minus. In uersicolori quoq; alia folio crebriore, tenuiore, ordinato; in altera incondito, nūc maiore, nunc minore, maculosq;. In candido gñc, alia plus, alia minus sunt candida. Crescit in longitudinem potissim. Herbacea. Nunc reuertor ad Hedera. Hedera ubi semetescere occèpit, germē sublime, rectūç agit. Radice numerosa, con torta, densa, crassa, lignosa, nec admodū profunda, p̄fertim nigra. Et candidarū quæcūç asper- tima, imitissimacūç est. Hæc & arbores amplexu & luctu stragulat, tanta crassitudine, ut ipsa per se arbor fiat. Signa eius, folia maxia & latissima, māmas, hoc est, germina subrigentia, quæ sunt cæteris inflexæ. Racemi stantes atq; recti. Radicosa & robusta. Huic maxime unū brachia. Post ipsam Nigræ: sed propriū Albæ, q; inter media folia emittit brachia, qbus arbores cōpletur, & parietibus obrepit. Pluribus hæc locis succisa durat, atq; uiuit. & tortidē initia radicis habet. q; tan ta amaritudo, ut aues nō attingat. Est & rigens Hedera, q; sine adminiculo stat sola oīm generū, ob id uocata Cissos a Theophrasto & Plinio, quasi Columellā in eo uocabulo significant. Sed summa diuisio ijsdē autoribus, in mare, & foemina, q; altera foliū durius, pinguifus, maius ha beat, & florem ad purpurā accendent; altera non habeat. Vtricq; tñ flos sylvestri rosæ similis, sed minor & inidoneus. Quæ descriptio uide recētioribus quibulda non Hederae, sed Cistho cōueniens, cui et sexus et flos punci triduitur. Sed Theophrasti sequutus est Plinius li, stirpiū sexto, hæc ipsa non de Cistho, sed de Hedera prudentē. Hedera Theophrasti ætate in Asia nasci nō poterat: nec in India, nisi mōte Mero, unde ortus est Bacchus. Frustra & Harpalū laborasse oīmo do tradūt, ut sererer eam in Medis. Inimica arbor satis oībus, sepulchracū ac muros rūpens. Ser pentiū frigori gratissima. Vfos in funes, & armamenta nauis Hedera ueteres, auto est Athenæus, quā e Rhodano perebat, ut Canabim. Catonis experimentū, uolenti scire, aqua in uinū ad dita sit, nec ne: ut uasculū e materia huius faciat, uinū quod erit dilutum, transfluer, aqua manebit, nec em continet uinū inquit uas Hederaceum. Quod poculi genus græci Cissybion, ab He deræ uidelicet appellant, q; pro quoq; ligneo id accipitur. In quo significatur & Cymbiū, & Cypellū quandoq; sit. Alij uetus calices Cissybia intelligunt, propterea q; in Didymæ Iouis dedicatione folijs hederaceis libare moris fuisset. Cymbia uero, quæ ansis careant, oblonga, & angusta, nauigij spēm præbentia. De Hedera Cilicia, quæ tamē Hedera non est, in Smilace tra confinxit, in noīs sui fruticē conuersum, dū minister cū eo deo saliens, terræ allisus perijt. Athenienses Citton ipsum Bacchū uocant, & apud se Acharnis uico natā Hedera primo uolunt, ut inq; Pausanias. Sylvestrē Hedera cerui phalangio pcussi mandūt, & liberant. Aelianus autor.

E X M. V E R G. C O M M.

Numerantur a Plinio uiginti Hederaū genera, folijs, corymbis, uiticulis, altitudine, humi litateç, & usu diuersa, omnia a Theophrasto diuersis locis accepta. Copiosiorq; ille generū nu merus, quæ in ore oīm fuisse quondā uerisimile est, occasiō ut nos credimus scriptoreni hunc exscribentibus attulit, ut a principio statim Hederaū historiae tā multis, tamq; diuersis appell

Theophr. li-
bro. 6. cap. 2.
Pl. li. 16. ca. 34
lib. 24. cap. 10.

Helix.
Hedera.

B

Cissybion.
Cymbia.

C lationibus, non una nominaretur planta, sed unius plura numerarentur genera.

C Paulus AE G I N E T A de H E D E R A.

Cissos ex contrarijs constat potentij. Stringit enim, & refrigerat, atq^{ue} cum quadā acrimonja calefacit, essentie aquosę particeps, uiridis tepida.

Viridia ergo folia incocta uino, uulnera conglutinant.

Ambusta igni, & Spleneticos iuuant.

Succus medicamentum est v^{ipivo}, id est, quod naribus inieclum cerebrū perpurgat.

Tum inueteratas Aurium fluxiones sanat.

Lachryma eius longe acutior, lentes perimit, & pilis nudat.

C Apuleius de Hedera.

Ad C A L C U L V M.

Herbæ Hederæ baccas, aut septem, aut undecim contritas, ex aqua propria sumptas, mire Calculos in uesica congregatos frangere & extrahere per urinam, certum est.

• Ad C A P I T I S dolorem.

Herba Hedera cum oleo rosaceo, & succo eius mixto uino, tempore uel frontem perfricabis, sedat dolorem.

Ad S P L E N I S dolorem.

D Herbæ Hederæ nigræ grana primo. 2. secundo. 5. tertio. 7. quarto. 9. quinto. 11. sexto. 13. septimo. 15. octavo. 17. nono. 19. decimo. 21. in uino buntur diurnis diebus: si febricitat, in aqua calida, maximo auxilio lenocinis auxiliatur.

Ad phalangiorum M O R S V S.

Herbæ Hederæ radicis succus bibatur.

Item ulceribus Hedera ex uino decocta, utiliter imponitur.

Ad N A R E S graueolentes.

Herbæ Hederæ succus bene colatus in nares infunditur.

Ad A V R I V M uitia, & eis qui minus audiunt.

Herbæ Hederæ succus mundissimus cum uino stillatus medetur.

Ne C A P V T a sole doleat.

Herbæ Hederæ folia mollissime trita in aceto, & oleo rosacco, aduersus omnem capitatis dolorem fronti illinuntur.

¶ De uarijs generibus Hederæ, vide in Appendice plura.

¶ DE P AE O N I A,
RHAPSODIA II.

¶ Nomenclaturæ.

Græce, γλυκύσιδη. πανώνια.

Latine, Pæonia. Caſta.

Germanice, Künigſblüm. Peoniablüm.

¶ DE P AE O N I A E generibus ex
Dioscor. lib. 3.

P AE O N I AE duo genera sunt. Mas folia Iuglandis habet. In foemina uero Smyrnij more diuiduntur. Summo caule ſiliquas emittit ueluti græcas nuces. In quibus quum dehifcunt, multa granula rubra, acinis punicorū similia inueniuntur, & in medio nigra, quinque, aut sex, purpurea. Radix maris tenuis, digitali crassitudine, & palmi longitudine, gusto adſtrigens, alba. Fœminæ radicibus ceu glandes circiter septem, aut octo inhærent, ut in Haſtula regia.

PLINIUS lib. 25. cap. 2.

Vetustissima inuentu Pæonia est, nomenq; autoris retinet, quam quidam Pentorobon appellant, alijs Glycysiden. Hęc quoq; difficultas est, qd eadem aliter alibi nuncupatur. Nascitur opacis montibus, caule inter folia digitorum quatuor, ferente in cacumine ueluti græcas nuces quatuor, aut quinque. Inest ijs semen copiosum, rubrum, nigrumq;. Hęc medetur & faunorum in quiete ludibrjs. Præcipiunt eruere noctu. quoniam si pīcus martius uideat, tuendo in oculos impetum faciat.

Eadem fere
Theophrast.
lib. 9.

De P AE O N I AE temperamento ex Galeni lib. 6.

Glycysida, quam Pentorobon, & Pæoniam uocant, radicem habet leviter adstringentem, cum dulcedine quadam, ac ſi plusculum dentibus mandas, acrimoniam item quandam subamaram eſſe percipies. Proinde menses ciet ex melicrato amygdali pota quantitate. Sane tundere eam neceſſe eſt, ac ita cribratam inspergere. Expurgat porro etiam iecur obſtruētum, & renes; ſed hęc efficere nata, quia acris et subamara eſt. Quia uero etiam quiddā adſtrictiorum obtinet, in uentre prouenientes fluxiones ſisterere potest. Cæterum eam nunc in auſterorum uinorum quopiam decoctam potare conuenit. Eſt porro omnino et refiſcatoria. Eapropter haud desperauerim, eam ex collo pueris ſuſpensam, merito comicialem morbum fanare. Evidem uidi puellum quandoq; octo totis mensibus, morbo co- miciali liberū; ac poſtea forte fortuna, cum quod a collo ſuſpensum erat, decidiffet, protinus denuo conuulsione correptum, rursusq; ſuſpento in locum illius alio, inculpate poſtea egiffe. Porro uifum eſt mihi, ſatiuſ eſſe, rurſum id collo detrahere, certioris experientię gratia. Id cum feciſsem, ac puer iterum eſſet conuulſus, magnam recentis radicis partem ex collo eius ſuſpendimus: ac deinceps prorum ſanus effectus eſt puer, nec poſtea conuulſus eſt. Rationabile itaq; erat, aut partes quasda a radice defluen-

Experimentū
contra mor-
bum comitia-
lem.

C tes, ac deinde per inspirationem attractas, affectos ita locos curare, atra
rem a radice assidue mutari & alterari. Nam hoc pacto succus cyrenaicus
columellam phlegmone affectum iuuat, et melanthium frictum, palamca
tarrhos, et coryzas desiccat. Si quis id in calidum linteum rarum ligeret, affi
dueq; calorem ex eo per inspirationē in nares attrahat. Quin etiam si cō
pluribus lineis, & maxime marinæ purpuræ, collo uiperæ iniectis, illis ul
peram p̄foces, eacq; postea cuiuspiam collo obijcias, mirifice profuerit,
tum paristhmijs, tum omnibus ijs que in collo expullulant. Sane de tal
bus, priuatim aliquando forte conscribam. At nunc Paeoniae cognoscen
dum temperamentū est, tum exiccatoriū, tum subtiliū esse partium, haud
tamen insigniter calidum, sed aut symmetrum, aut pauxillo calidius.

V I R E s & Iuuamenta ex Dioscor.

Fœminis a partu non purgatis, sicca radix datur.

Ciet menses nucis græcę magnitudine pota.

Sic uentris doloribus cum uino auxiliatur.

Valet contra regium morbum, & renum ac uescicæ dolores.

Decocta in uino, aluum sistit.

Rubra grana rubenteis menses sistit, decem, uel duodecim pota in ui
no austero & nigro.

D Grana nigra auxiliantur suppressionibus nocturnis, uuluæ strangula
tionibus, & matricis doloribus, quindecim numero pota, in aqua multi
aut uino.

Nascitur in altissimis montibus & promontorij.

Ex A P V L E I O ad Sciaticos.

Paeoniae herbe radicis partem alligabis ei qui patitur, & circumcingo
res est saluberrima.

Ad L U N A T I C O S .

Herba Paeonia, si lunatico iacenti imposita fuerit, nunq; ei hoc malia
cidet.

E X M . V E R G . C O M M .

Vnum Paeoniae genus tantū tradidit Theophrastus libro. 9. de plantarum historia, quo
co, nisi Plinio h̄sdem uerbis redditum esset, quod ab eo traditur, non diceremus. Id huiusfe
modi est. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ὥστε οὐ πίθετα καὶ πόρισθεν. οἷον τὰ παιωνίαν οἱ δὲ γλυκυσίδης καλοῖς νέ
κτεινοντινὸν ὅρνηται, ἐπει γάρ οὐ μέρος, καὶ οὐδὲ τὸ ὑπό οὐρουντάπτε τὸ μὲν οὐρπόν ἀπολύγων, καὶ οὐρανὸν ἀπε
ταλμοῦσσον. Quorum sensus sit, ut Plinius etiam reddidit (uerum adiiciuntur hæc, & ex longo
quo) Quemadmodum Paeoniā, quam Glycyſidem uocant, noctu effodi subente; que
am si per diem fodiat, uideatq; picus auis, qui semen legit oculis, pericitatur. Vidimus nos
renaſcentemq; aliquot annis utramque Paeoniā obseruauimus: & ex ijs, quas habebaran
bæ præcipuas & certioras notas, folia scilicet, caules, folliculos, & in folliculis semina nullific
prioris huius historiæ aptius respondere uisum est.

 Sequens herba potius Stellaria, quam
Caprifolium est.

corum T O M V S Secundus.
Caprifolium.

15



Waltmeyster.

C

DE CAPRIFOLIO,
uel Matrsylua. Teutonice
Geyssblatt/oder Waltmeyster.

R H A P S O D I A . II.

¶ Matrsylua quid sit ex sententia scholiaстæ
Luminis maioris.

CAPRIFOLIV M SECUNDVM NICOL^M
um, est Matrsylua. Matrsylua autem apud Dioscoridem est
περικλήμενος. Ex folijs ipsius apud quosdā fit Licum. Et est herba que in
alta hortos inuenitur: et illa est, quam rustici uocant Cezolo.

Et rursum. Matrsylua secundū Compositorem est Oculus lucidus,
seu Caprifolium, & de hoc apud quosdam fit Licum: sed illud Licum
est debile.

Hęc herba apud nos iuxta hortos inuenitur: cuius folia sunt apud nos
subalbida ab uno latere, ab alio latere uiridia, sibi adhaerentia, & se inuolu-
uentia super alias plantas, ut est notum. Et est quam Dioscor. Peridymē
non uocat, & nostri uulgariter Cezoli.

¶ Sententia P A N D E C T A R I I succinens priori.

Matrsylua gręce σπλένιος, uel Splenaria, uel Linealis, uel Peridymē
nos. Herba est cuius folia sunt ex altero laterū subalbida, et ex altero uir-
dia, adhaerens, & aduolens se sepibus. Cuius fructus sunt magnitudine
Cubebarum, in principio uirides, & cum maturuerint citrini coloris, ten-
dentes ad rubedinem, positi ordinarie, et conclusi in duobus folijs simul
coniunctis, existentibus in capitibus stipitum iuxta eum.

¶ M A T E R S Y L V A nomen uulgare multis.

Videtur commune atq; uulgare nomen multis herbis, vocabulum Matrsylua. Siquidem⁸
Stellaris herba: quam in primo Tomo fecimus Hepatariæ tertiam speciem: nō fallor, uocare
hoc nomine, fortasse, quia uelut mater omnibus alijs herbis emineat atq; præpollet. Vide
fra Hieronymi descriptionem in dictione, Waltmeyster.

¶ Genuina descriptio Peridymeni
ex Dioscoride lib. 2.

Peridymenon, aliqui Aeginam, alijs Clymenon, alijs Carpathon, alijs
Splenion, alijs Epetitin, alijs Axinam maiorem, nonnulli Clematinum, alijs
Myrcinen, alijs Calycanthemon, Magi Polion Veneris, Aegypti Tur-
con, Romani Volucrum maius, Aphri Lanath appellant.

Euklēr.

Simplex fruticat, ex interuallis parua folia habens, ipsum amplecten-
tia, subcandida, hederacea. Inter folia surculi exeunt, in quibus baccę per-
derae similes. Flos fabae, candidus, aliquantum rotundus, & quasi infor-
matus procumbens. Semen durum, & quod difficile euellatur. Radice ru-
tunda, crassa. Nascitur in aruis ac sepibus, conuoluens se admīnicalis pro-
pter assidentibus.

¶ DE PERIDYME NI tempera?

mento ex libro. 8. Galeni.

Periclymeni utilis est tum fructus, tum folia; adeo uehementer intercidens pariter & excal-
ficientis facultatis: ut si plusculum bibernatur, urinam sanguinolentam efficiant, principio qui-
dem urinam dumtaxat mouentia: porro foris cum oleo illita, excalfaciunt. Iuuant & lienosos
difficiliter spirantes. Comperens potionis mensura est drachmæ unus cum uino. Porro desic-
cat quoq; semen. Et quidam aiunt, si copiosius bibatur, sterilitatem bibentibus afferre. Sed &
sunt qui certum dierum numerum, ad talem potionem præfiniant, ut Dioscor. qui septem et tri-
ginta eos tradi refert. Hic etiam urinam cruentam reddi a sexto die memorat.

A

VI R E S eius & Iuuamenta ex
Dioscor. L I B R O . 8.

Semen eius postquam ematuruit, collectum, & in umbra siccatum,
drachmæ pondere datur in uino quadragenis diebus, ut liene absumat,
ac molestiam discutiat.

Sed urinam ciet, statim a sexto die cruentam.

Orthopnoæ, & singultui prodest.

Partum accelerat.

Folia sunt eisdem uiribus prædicta. Quæ tricens septenis diebus epo-
ta, sterilitate facere produntur.

Perunctis ex oleo febrium rigores abigunt.

EX P L I N I O libro. 27. cap. 12.

Periclymenos fruticat & ipsa, ex intervallo duo folia habens, subcan-
dida, mollia. In cacumine autem semen inter folia durum, & quod diffi-
cile euellatur. Nascitur in aruis ac sepibus, conuoluens se adminiculis qui
buscunque. Semen eius in umbra siccatum tunditur, & in pastillos dige-
ritur. Hi resoluti dantur in uini albi cyathis tribus, tricens diebus, ad lie-
nem: eumq; urina cruenta, aut per aluum absumit, quod intelligitur a de-
cimo statim die. Urinam ciente & folia decocta, quæ & orthopnoicis pro-
funt. Partum quoq; adiuuant, secundasq; pellunt pota simili modo.


B

De a l o v o l v c r i o.

Est etiamnum aliud Volucrium, quod Græci *λύμενον* uocant: & uidet
esse Lilium conuallium, teutonice Meyblümlein, proxime supra apictum,
quod quid reuera apud Dioscoridem esset, priori Tomo ingenue confes-
si sumus nos ignorare. Descriptio est apud Diosco. lib. 8. iuncta ei, quam
nunc tractauimus Periclymeno: quam poterunt inibi, qui nostris ratio-
nijs atq; augurijs fortasse diffidunt, consulere.

Lilium con-
uallium.

b

Pulicaria mascula.

Flehr aut. Männlin.

Pulicaria Foemina.



Flehfrauwieblin.

b

C

De P V L I C A R I I S.

Rhapsodia .II.

PV L I C A R I A E non en, nescio quam recte inditum sit herbis duabus, quæ hodie Pulicariæ vocantur; quando nihil prorsus illis respondent Dioscor. Conyzæ, lib. 3. simplicium. Quare inter anonymas libuit collocare, donec certius aliquid addiscamus. Habebis infra & in Commentarijs Iacobi de Manlijs nonnihil de Pulicarijs.

Ex D I O S C. L I B. .III.

De Conyza magna.

Conyza magna ab aliquibus Cynozematis, alijs Danais, alijs Tanachion, aliquibus Phycos, alijs Ichis, alijs Dinosmos, Magis Brephectenos, quibusdam Anubias, nonnullis Hedemias, Aegyptijs Creti, Romanis Militaris, aut Deliarium, aut Febrisfuga, alijs Fraginosa nuncupatur.

B A R B A R I C O R O L L.

Conyza quæ a nostris Cunilago dicit, & Plinio Cunila quandoq; libro decimo, & a Theodoro Pulicaris, quia pulices necat. Folio coronat, & maior & minor appellata. Maior dicitur esse mascula, folio alpero, pinguore q; minoris, & imbricato, torosiore caule, magisq; ramoso, radice lignosa; quæ a quibusdam ut herba quoq; ipsa, Libanotis dicitur, autore Plinio. Manculo eius abiecto, omnes etiam a tota domo blattæ conueniunt ad eam. Vtrūq; genus feromini, ut quod post arcturū germen, floremq; mitrat. In summa, Cunilaginis appellatione, quatuor herbae uenient: mascula, & femina. Et quæ tertio loco ponit se dissimili inter omnes odoris. Quæta reddit Plinius: quæ appellat satiū, Serpillo similē, e Cunilagine mōtana factā. Est & quæta ius species Hippoc. ut dicit paulo post. Cunilago dicit et ipsum Ligusticum ab aliquibus, sed fallo. At Cunile tria sunt g̃na siue nomina. Capitata et nostrarē, quæ Satureia sit, uocamus. Gallinaceam, quæ Origanū, Heracleoticū: Bubulā, quæ quādmodū a Gr̃cis dicit, aliud nō cōpi, q; q; cōpi. Plinius p̃ Origano accipere multis locis uide, in qua significatiōe uocabulo eo et nos usi sumus.

D De C O N Y Z A P A R V A.

Conyzæ duo genera. Quæ parua uocatur, odore præstantior est. Major uero frutice altior, & folijs latioribus, graui odore. Vtriusq; folia Oliuæ similia, hirsuta, pinguia. In maiore caulis binum cubitorum altitudine attollitur. In minore pedem æquat. Flos squallidus, lutei, aut fului coloris. Quin in pappū abit. Radices superuacuae. Suffitu, substratuq; frumentorum animalia fugat. Culices abigit, & pulices necat. Folia conuenienter ilelinuntur serpentium plagis, & tuberculis, ac uulneribus. Flos cum uino ad menses partusq; ejiciendos bibitur. Item contra urinæ stillicidia, arquatum morbum, & tormina. Comitiales potus ex aceto adiuuat. Decetum in desessionibus medet uuluæ malis. Impositus succus abortū facit. Ex oleo efficaciter rigoribus oblitinitur. Capitis dolores tenuis illita sanat.

B A R B A R I C O R O L L.

Conyza minor eadem forma, Hippocrati Cunilago semper mollis uocatur. Folia hirsuta, mellis odorem habent, digitis tactu cohærentibus. Hanc Dioscorides Libanotidem appellat, cum Plinius masculam ita nominet. Piloflora minori folia & rami: qui & aculeati sunt. Flos squallidior, odore acriore, qui tamen grauior sit masculæ.

De Altera Conyza.

Est & tertium Conyzæ genus, quod aliqui Paruam, alijs panion, alijs Libanotidem. Magi Cronon uocant. Caule crassiore, ac molliore. Folij quam Paruæ maiusculis, minime pinguis, & maiore minor, multo graui-

oris odoris & iniucundioris, sed inefficior. Prouenit locis non riguis. A

H A R B A R I C O R O L L.

Hippocrates Cunilaginem, siue Conyzam, praeter supradictas, aliam describit. Apio crispῳ hinc in maritimis, fabulosisq; nascentem, odoris teterimi, & maxime fastidiendi: quam cū melle atq; uino foeminarum locis, quæ foetum non recipiant, admoueri præcipit, libro de mliebris causis secundo.

E X M. V E R G. C O M M.

Confundit, miscetq; Plinius pluribus locis cum Origano Conyzam. Nec facile est eodem nomine duas diuersasq; plantas ab eo sepius appellatas, in historię medicinę gratiam & usum secernere. Longior fuerim, si omnia quæ tam multis locis de Conyza, Cunilagine, & Cunila ab eo dicta sunt, cōaceruare hoc loco cogitem. Superuacaneū id etiam fiterit, quoniā signanda non multo post & repetenda nobis omnia, aut plura saltem ex illis erunt. Aliud itaq; prius agerūs, & ut nouerint omnes, non esse Conyzam Origano eandem, necq; ediuerso utriuscq; prius numerabimus notas; ut propositis his, que a Plinio miscentur certius pateant. Incipiemus autem ab Origano, quam hic ait solitum Hyssopo simile habere, umbellam nō comosam, iherum diuism, & in summis uirgis semen. Et quod ad alia Origani genera pertineat Onerida candidioribus folijs, sed magis Hyssopo similibus esse: semine uero corymborum mō, & quam agrestem Origanum dicunt, folia priori Origano similia habere: uirgas dodrantales, in quibus Anethi modo umbellae sint, & candidi flores. Et hæ omnium Origanorum in hoc scriptore notae sunt. Conyzæ uero, quas pauloante diximus folium oleaginum, non Hyssopi, hirsutum, pingueq; caules bicubitales: flores lutei, fragiles, subamari, & qui in puppos euolent. Quorum nihil habet Origanus aliqua. Plinius autem lib. 19. cap. 7. autore herbario Crateia, Ligusticum primo seu Panaces Cunilam bubulam uocari tradit: cæteros hanc Conyzam græce appellare, & ab eodem Cunilaginem dici. Idem non multo post uolumine, 20. cap. 15. Cunilæ præter satiuam plura sunt in medicina genera. Quæ Bubula appellatur, semen Pulegij habet: utile ad nullum commanducatū, impositumq; ut quinto post die soluatur. Contra serpentes quoq; in uirno bibitur, ac tritum plagiis imponitur. Vulnera ab his facta confricantur. Item testudines cū serpentibus pugnaturæ, hac se muniunt. Hic ipse Plinius sequenti capite etiam ait. Est alia Cunila appellata a nostris, a græcis Origanum Heracleoticum. Totoq; hoc capite nihil, nisi multo ab eo tractatur: manifesteq; Conyzæ hæc Cunilæ nomine censetur, cū ait. Pulices etiam contrita cum aqua sparsæ necant. Quod priuatim Conyzæ habet. Poterant & alia repeti, sed ad eam quam cogitauimus rem satis hæc sunt. Nec nobis aliud modo propositum est, q; monere ex his quæ pauloante dicta sunt, toto genere differre inter se Origanum omnem, & Conyzam omnem, Pliniumq; Cunilæ nomine in utraq; passim uti. Omittimus quod primum ille ait, Ligusticum, seu Panaces Cunilam a quibusdam dici. Falsum enim non multo post esse id ipse testatur. Quod autem lib. 20. cap. 15. ab eo dicitur, Cunilæ præter satiuam plura sunt genera. &c. ad Origanum manifeste pertinet: præfertimque, quod de testudinibus cum serpentibus pugnaturis eo loco traditur: si Plinio credimus in naturalibus cauiss dicenti. οἱ χελώναι φασὶ τὰ σάρκα τὸ ἵξεται ὅπιγενον ἐπειθεῖ, quod & si idem penitus non sit, eadem tamen rationem habet. Quæ deinde statim ab hoc loco descripta ab eodem sunt. Est & alia Cunila a nostris appellata, a græcis Origanum Heracleoticum, ad Origanū similiter pertinens. Cumq; plura Cunilæ genera fecisset, uni ex his omnia Conyzæ huius tribuit. Tamq; uagus in hoc Cunilæ nomine, incertusq; est, ut nihil nos ex decretis eius certum afferre audeamus. Quod autem coniunctum, huiusmodi est. Origanum græci uocant notam omnibus herbam: & ut fit in gentibus, quibus semper & ubique non fuerunt eadem rerum nomina, eadem Conilam uocauerunt. Testisq; hic ipse in Origanis, sed multo certius in Theriacis suis Nicander dicens. οὐρχονί μνητε παράκτειον τεκούλην, ἵν τε καὶ ἡράκλειον ὅπιγενον ἀμφίποτι. Quorum sensus est. Et corchorum clauso folio, & omnia sanantem Conilam, quam Herculeam Origanum appellant. Nihil antiquorum duorum scriptorum, ut uidetur, certiore fide confirmari poterat. Pro compertoq; est, Conilam antiquis græcis Origanum fuisse. Potuitq; Plinius eorum autoritate Origanum Conilam uocare. Nescimus tamen, an Cunilam, quæ si latinis est quæ græcis Conyzæ, misceri, totiens ab eo non debuerat. Suspicamurq; nos, quod est minimum inter duas has uoces discrimen (una siquidem litera uarfant) cauissam Plinio dedisse, ut diuersas plantas eiusdem Cunilæ nomine totiens misceret: cum tamen Origani græca uox, Conila per, o, latina uero Conyzæ, modo haec illi respondeat, per, u, scribenda sit. In græca illa uoce certa omnia sunt: in latina facile estratiocinari, Cunilam, siue malis Cunilaginem appellare Conyzam hanc, aut illi simile fuisse. Est enim non Plinio tantum, uerum Columellæ, alijsq; scriptoribus frequens haec uox. Pliniusque priuatim græcorum Conyzæ Cunilam manifeste appellauit libro decimo, capite, 10.

Crateias herbarius.

B

Cunila.
Conila.

Cum ait. Non potest pet. is auelli polypus. Idem. Cunila admo: ab odore protinus reflit. Ceptum id ab Aristotele est libro quinto de historia animalium his uerbis idem docente. οὐτε πολύποδις οὐ τὸ μὲν προτίχονται ὅστε μὲν ἀπέτακοθήται, ἀλλ' ὑπομένει ἀποτελεσθῆσθαι, ταῦτα αὐτούσιαν προστίγματα φασιν εὐθὺς ὀφραῖονδια τοιότα. Quod ab hoc scriptore relicturn, alterius autoritate & testimonio addere placuit. Et ut mem. suffient legentes, non posse Conyzam tenui- mi & grauissimi odoris herbam, cum Origanis misceri: neq; si diuersarum gentium uoces for- tuito concursu eundem sonum reddant, ideo eaudem in illis rerum esse significationem. Fiant enim in græcis & latinis multa huiuscmodi; suum tamen in sua gente intellectum omnes ha- bent. Dicimus id, quoniā si latinis Cunila est quæ græcis Conyza, non debuerat uicinitate no- minis ad Origanum, quæ Conila græcis est, transferri, & cum illa misceri. Nec dicimus, p com- perio habere, latinam Cunilam græcam Conyzam esse. Verū illud testamur, ex quorū mul- tis ea uox in usu est, in eam partem propensiōres esse, & per, u, in principio scribendam: quem admodum cum Origanū ostendere uolemus, per, o, illam Cunilā, hanc. Conilā dicentes, Pul- cariam simpliciter in Aristotele quo diximus loco Conyzam uertit Theodorus Gaza: factō ex euentu illi hoc nomine, quia, s. pulices enecet: alioquin in nomine nulla est pulicum ratio. Nobis Conyzam hanc magis placuit uocare: ut quarto uolumine descriptam, & Psyllion appellā- tam herbam, certius ex græco nomine Pulicariam appellemus. Πύλλη enim græcis pulex est: & Πύλλος herba a pulicibus uocat, q; insectis his similis semina habet parua, nigra, & tota pulicu- figura. Erit ob eam cauſam duplex in hoc opere nobis Pulicaria, altera præcedente Conyzā no- mine signata, altera simpliciter a pulicibus nominata. Quemadmodum tunc eriam iterum a nobis dicetur. Habet Conyza hæc Pulicaris, quo in græcis modo leguntur, numerosas appella- tiones, fereq; omnes incerras: ideoq; non tractandas a nobis, præter q; Dinosmon: quæ uox a grauitate odoris illi facta est: & Pissam, quæ pīx græcis est, a glutinoso lento dictam: qd Pla- nius significauit dicens. Trīta mellis odorē habet digitis tactu eius cohærentibus. Tria eius gū- Diſcor. numerat, maiorem, minoremq; & tertiam inter utrāq; medianam: crassiore mollioreq; caule: folijs maioribus minore, minoribus uero maiore. Theophrastus alijs nominibus duo genera tantum Conyzæ facit. & de plantarum historia uolumine, his uerbis. Conyzæ duo ge- uiduntur. Fœmina tenuiore folio, & constrictiore est, in uniuersumque minor. Mas maiore, caule, ramosior, & folium maius, pinguiusq; habet, & præter hoc florem magis splen- dentem. Semen fert utraq;. In uniuersumq; sero germinat & floret. Nec nisi circa, aut postea- rum. Grauis masculæ odor, fœminæ acrior. Quam ob cauſam contra uenenata utilis. Et hac

D

a Theophrasto dicta sic se habent. Quæ commentationibus his nostris placuit addere, ut duorum scriptorum concors eademq; historia Conyzæ cognosceretur: & si non h̄sdem uerbis, neq; eodem modo ab utroq; omnia dicta fuerint. In Diſcoride autem quod ad floris colorem pertinet, qui duplex in communī græcorū lectione legitur, μάλινον ἡ πόνιξσον luteus & subruffus, mutatum a no- bis est: secundamq; illam uocē ἡ πόνιξσον, quod est subama- rum fecimus, luteum & subruffum, diuersos colores male coniungi & misceri sentientes: mox mo- nentibus uetusissimis græcis & lati- nis codicibus, in quibus ama- rum adhuc manifeste legitur.






Parietaria.

Sanci Peters frut.
Tag vnd nacht.

Herba hæc de
scripta est su-
pra in priori
Tomo, folio,
263.a.b.&
sequen.
b &



¶ De F O E N I C U L O

R H A P S O D I A . III.

¶ Nomenclaturæ.

Græcæ μάρατρον.

Latine Maratrum, Fœniculum.

Germanice, Fenfel.

F O E N I C U L U M quasi uulgo notissimum a Diosco. non pingit.

¶ De Fœniculi temperamento

ex Galeni L I B. VII.

Fœniculum tam ualenter excalfacit, ut ex tertio ordine excalfacentium censeri promereatur: desiccatur uero nō æque. Sed ipsum quispam in hoc primi esse ordinis posuerit. Proinde lac procreat: quod si admodum desiccatum, non sane efficaret. Suffusis eadem ratione auxiliatur. Vrinas, mensesq; ciet. Porro est & aliud Fœniculum, quod præ magnitudine Hippomaratum nuncupant: cuius radix ac semen amplius quam domestici desiccandi uim obtinet. Quocirca uentrem quoq; eo nomine sistere uidetur. Nec sane manifesta illis inesse uidetur astriction. Huius non radix modo, sed & semen Cachryi simile est: potestq; & calculos frangere, & æruginosos sanare, mensesq; & urinas mouere: non tamen lac congerere sicut illud superius. Aliud est Hippomaratum, cuius semen rotundum est & acre, simile semini Coriandri, facultate quidem Hippomaratro simile, sed debilior.

Ex P A V L O libro. 7.

^{μάρατρον θεραπεύει μὲν κατὰ τὸ τρίτῳ τέλον. &c.} id est, Maratru calefacit in tertio ordine, desiccatur uero qualiter in primo. Quapropter lac gignit, & oculorum suffusionibus auxiliatur.

Vires Fœniculi ex D I O S C O R. lib. 3.

Fœniculum, si herba edatur, aut semen cum ptisan a bibatur, mammas lacte replet. Comæ decoctū, in renum doloribus subditū proficit, quippe quod urinam excitet. Contra serpentium iictus in uino conuenienter bibitur. Menses ciet. In febribus nauseam & stomachi feroarem, ex aqua frigida potum sedat. Contritæ radices, & cum melle illitæ, morsibus canum medentur. Succus caule & folijs exprimitur, & in sole siccatus in medicamenta adiicitur, que ad excitandam oculorum aciem commode temporantur. Extrahitur etiam semine uiridi, ramulisq; & radicibus prima germinatione incisis. In Illyria succum reddit gummi similem. Caulem medium dum herba floret rustici demetunt, igniq; admouent, quo faciliter usi caloris exudans gummi remittat. Quod efficacius succo est ad medicamenta oculorum.

De Hippomaratro.

Hippomaratri radix menses imposita ciet, potaq; stranguræ medetur. Ventrem fistit, radice, aut semine poto. Contra serpentium morsus auxiliatur. Calculos comminuit. Regium morbum expurgat. Lactis abundantiam facit. Decoctum foliorum hauustum, foeminas a partu purgat.

De alio H I P P O M A R A T R O
Tradit' aliud Hippomaratri genus, longo, exili & angusto folio, semine Coriandri, rotundo, acri, et odorato. Excalfaciēdi naturā habet, et uiribus Fœniculo respōderet. Ad oīa infirmius.

Ex lib. Galeni de facultatibus

Alimentorum secundo.

Sua nonnunq; sponte Fœniculum prouenit, ceu & Anethum. Seritur & in hortis. In condimentis assiduus Anethi usus, Fœniculi uero & in obsonijs. Apud nos enim hoc reponunt non secus ac Pyrethrum, ac Terebinthum condientes, ut in totum annum usui sit: quemadmodum & cepas, & rāpas, & alia huiusmodi quædam in solo aceto, alia in oxhalme afferuantur.

C

De SER-
PILLO.
RHAPSOS
DIA. V.

Nomenclaturæ.

G R A E C E.
Σερπίλλος.
πόλιος.

L A T I N E.

Serpillum.

GERMANICE.

Quendel,
Ryenlin.
Hünerföld.
Wilde Boley.
Unser fräwē bestro.
Hünerserb.


D

Degeneribus SER-
PILLI ex
Dioscor. LI
B R O. III,

DVORVM GENERVM EST. HORTENSIVM. *um odore Sampsuchum imitatur, atq; in coronas addi solet. Cui a serpendo nomen inditum est; quoniam si qua eius particula terram attingat, inibi radices demittere. Flilia & ramulos Origani habet, sed candidiores. In maceris multo procerius assurgit. Sylvestre Zygis appellatum, non serpit, sed in altitudinem increscit, ramulos edens tenues, surculosos, foliis refertos longioribus quam Rutae, & durioribus, angustis. Flores iucunde olent, gustantur, cresc. Radicis nullus usus. Nascitur in petris satiuo efficacius, atq; magis excalsaciens, & ad mendii usum aptius.*

Serpilli explicatio per M. Vergilium.

Serpillum nouerunt, quæ urbes & agros incolunt gentes' omnes. Pauci tamen sylvestre a satiuo discernere dicerunt; ram paratus ubiq; satiuum est, humana opera a sylvestri & horridiori illius aspectu, ad mitiorem & speciosiorem habitu transflatum. Quo uno habitu, & ramulorum in firmitate, a sylvestri differt. Fit enim in satiuo Serpillo, quod in urbanis & elegantioris uitæ hominibus, ut per se rigentibus ramis stare nequeat, sed hortorum delitiis, & nimia humoris copia uireat quidem speciosius, infirmius tamen per terram serpat. Qua fortuna in urbibus & munitiæ fere sunt, quæ comparata agro sanitatis, uirium, patientiæ, aliorumq; uitæ laborum, & munerum minus habere ubicunq; deprehenduntur. Necq; Herpillum a Græcis, & ex eo Serpili-



lum a latinis dictum est, quod per terrā simpliciter serpit, quae satiuī nostra ætate fortuna est, sed quod, ut Theophrastus ait lib. 6. de plantarum historia, proprium quoddam est ramulorū Serpilli incrementū. Priuatim enim possunt in quantam uoluerit aliquis longitudinem trahi, adiecto il lis pedamento aliquo: aut si prope sepes plantetur: aut ex altiore loco aliquo deorsum dimitatur. Sic enim in longū protrahuntur: & ab hac plantæ in ramulis eius natura, quod in longū Serillum latini & græci olus hoc nominauerunt. Sylvestris contra illius quod Zygida hic ait uocari, nulla est nominis eius inuenta nobis ratio. Nisi forte a trutina, quam græci Zyon uocant, rectitudineque eius ad rectitudinem ramulorū in sylvestri Serpillo translata ea uox sit. Aut quia ramulis his natuō lentore ad uincendum, & utiliū usum aptis, in re rustica forte uteretur antiquitas, Zygis hoc Serpillum dictum fuerit: & quod eo iugarentur uites, quod *Zygi* græci alii quando dicunt, in eadem significatione, in qua ligare & uincire passim latini utuntur. Sylvestris Serpilli huius, quod tacuit hic scriptor, duo genera numerauit Theophrastus. Alterum Tymbream, quod Tymbrē parem acrimoniam habet. Alterum quod odoratius & mollius sit. Hic autem nullam forte in medicina eorum diuersitatem sentiens, unius generis sylvestre Serpillum dixit, & ex præcipuo discerne a satiuī discerni monuit. Multa alia Theophrastus etiā de Serpillo dixit, qualia sunt. Longissime & spacioſissime frondere Satiuū, si in puteum descendere dimittatur, podio eius impositū: nec aliud quodpiam genus eius est: plantarique Serpillum autumno plerūque plantari etiam uere, amare domos & hortos, gaudereque aquis & stercore, autem, præfertimque ex iumentorum fimo, & melioreſcere ſepiuſ translatum.

A

Zygis.

Vires eius & iuuamenta, ex Dioscoride.

Menses trahit. Vrinam potu ciet. Torminibus, ruptis, uulſis & iocine ris inflammationibus auxiliatur. Et aduersus serpentes potu, illituue. Capitis dolores mulcet coctum adiecto rosaceo, & madefactum in aceto. Maxime uero Phreniticis & Lethargicis conuenit. Cruentos uomitus sedat, succus drachmis quatuor ex acero potus.

Ex Platina.

Serpillum a serpendo dicitur, tam apud nos, quam apud græcos. In montibus enim eadē ratione qua Sisimbrium longe ac late floret. Satiuū minus serpit. Aduersus serpentes efficax est. Capitis dolores decoctum ex aceto, & illū tempori tollit.

B

Ex M A C R O .

Hoc ideo miscere cibis messoribus est mos,
vt si forte sopor fessos depresserit illos.
Vermibus innocuis tuti, equiescere possint.
Pestiferos morsus bibitum iuuat, appositumque
Prouocaturinas, compescit tormina uentris.
Splen iuuat admixto, si ſæpe bibatur, aceto.
Si mel prædictis iungatur, spina cruenta
lactantes, mire ſolet potus ille iuuare.
Haustum cum uino, iecoris ſedare dolorem
Dicitur, hicque ſolet producere menstrua potus.

Verg. in Alexi.
Theſtilis & rapido felliſ
messoribus æſtu, Allia,
Serpillumque herbas con-
tundit olentes.

Baptista Fiera.

Menstrua Serpillum, uesicæ pondera tabem
Pectore ab infirmo, subtrahit igne ſuo.

Ex Columella lib. 12.

Thymum, & transmarina Cunila, & Serpillum, magis aluearia curantibus, quam olitoribus studioſe conseruntur. Sed nos ea condimentorum cauſa (nam ſunt quibusdam eſculentis aptiſſima) non alienum putamus etiam in hortis habere locum: neque pinguem, neque ſtercoratum, ſed apricum defuderant, ut quæ macerrimo ſolo, per ſe maritimis plerumque regionibus naſcuntur.

Scabiosa.
Scabios.



¶ De s C A B I O S A,

R H A P S O D I A . VI.

A

SCABIOSAM herbam Pandectarius apud Dioscoridē *sorbη* in
terpretatur, id est, Steben; sed reclamante Hermolao Barbaro, cuius
hæc in Corollario uerba sunt. Si Steba idem est quod Phleos, id quod ui-
detur afferere Plinius, errant qui Steba pro ea herba capiunt quæ uul-
go Scabiosa vocatur, folio Erucæ hirsuto, non tamen aculeis hærente, cæ-
rulei floris, ex qua & scopæ fiunt. Sit autem Scabiosa, quæ ab Aetio Pso-
ra dicitur, cuius ustæ fumo arborum Erucæ moriantur, non habeo com-
pertū. Hæc Barbarus. Plura qui nosse uolet, consulat uulgaria Herbaria.

Scabiosæ I V V A M E N T A ex

P A N D E C T A R I O.

Fertur, qd S. Vrbanus ad petitionem cuiusdam sororis suæ anhelantis super Scabiosæ uit-
tutes, quoniam ipsa continue utebatur, misit sibi infra scriptos uersus.

Vrbanus pro se nescit premium Scabiosæ.
Nam purgat pectus quod comprimit ægra senectus.
Lenit pulmonem, purgat laterum regionem.
Apostema frangit, si locum bibita tangit.
Tribus uncta foris antracem liberat horis.

B

¶ Herbæ huius meminimus supra priore To-
mo, in Consolidarū descriptione, fol. 78, d.



Eupatorium.

Wild Salbei.



**¶ De EUPATORIO,
RHAPSODIA .VII.**

¶ Nome & Claturæ.

Græce, Ἐυπατόριον. Ἐπατώριον. Ἐπατίτης.

Latine, Eupatorium. Hepatorion. Hepatitis.

Germanice Barbarorū, Wild Salbey. Neothericorum, Odermenig;

Historia EUPATORI secundum

Dioscor.lib.2.

EUPATORIUM, siue ut alijs placet Hepatorium, aut Hepatitum, fruticosa herba est, unum efferens caulem, lignosum, nigricantem, rectum, tenuem, hirsutum, cubitalem, interdum ampliorem. Folij per interualla Quinquefolij, aut Cannabis similibus, quinquepartito, aut amplius diuisis, nigricantibus, per ambitum serratis. Semen medio caule erumpit, pilosum, deorsum spectans, quod siccatus uestibus inhæret. Concreta huius folia, & cum suillo adipe imposita, ulceribus quæ ægre cicatrixem trahunt, medentur. Herba, aut semen in uino potum, dysenteria, iocineris uitij, & serpentium ictibus liberat. Nec desunt qui aberrantes, Artemisiam hanc appellant, cum tamen longe alia sit, uti exposuimus.

**¶ Iudicia & opiniones quorundam doctissimorum
uirorum, de uero Eupatorio, & primo**

Hermolai Barbari.

Eupatorium, & Eupatoria quoq; dicitur. Regiam & hæc autoritatē habet, folij plumbatis, modo caulis, flore candido, radice superuacula, Mauritanī aliud Eupatorium demonstrant, officinis penitus diuersum figura, sed effectu par, scapo exigu, fere cubitali, folio Centauri minoris, frutice odorato, sed flore magis, qui luteus ei est, radice superuacula. Passim nascitur.

Marcelli Vergili Iudicium.

Fuerunt quondam, & adhuc sunt, magnè inter autores & medicos litis Eupatorium, & Artemone. Nec persuaderi adhuc possunt aliqui, nō esse Argemonem Eupatorium: ex tam multo tempore, tamque antiquæ fidei in medicina autoribus, ea multorum animis opinio insedit. Licetq; hic iampridem in Anemone, & nunc in Eupatorio dixerit decipi plerosq;, falsoq; crede re Argemonem Eupatorium esse: non desinunt tamen quotidie pro ea re uiolenter aliqui certare. Verba eius in Anemone sunt, qualia poterunt uolentes cum libuerit uidere; ea nunc etiam repetita ab eo sunt. Nosq; illorum memores, necessario locum in extremo hoc capite emendauimus: & pro Artemisia, Argemonem uertimus. Quod enim hic ait, quosdam Artemisiam hanc uocasse deceptos, alia enim est ut præmonstrauimus, in Artemisia non legitur, at in Anemone manifeste id inuenitur. Sunt Dioscor. in Anemone uerba hæc. οὐδὲ μὴ δινόσθιοι διοφίσσει πότῳ ἡγρίσσει διενέμεντο τὸν λεγομένυν ἀργεμόνην, καὶ τὸν γενέσθαι μάκρων. παρὶ τὸν ταῖον μίκοντιν ἴσεργετον διεῖ. Καὶ ταῦτα καὶ νῦν ὁ μέχρου φονικῶν ὑπέρχον πλανῶνται τὸν ἀργεμόνην ἐνπατώριον ἐνεμάζετο. &c. Quorum sensus est, qui in Anemone redditus a nobis fuit: cui & hic respondet locus. Neglexerūt hoc alijs interpretes, quod alioquin multifaciendum erat: ut quale uerū Eupatoriū esset aliquando cognosceretur. Videlicet nos in maioris ciuitatis nostræ Nosocomij hortis natam plantam terram declivi, & postq; aruerat uestibus hærente. Nihil in quotidiana multarū plantarū obseruætione certius antiquæ historiæ respondere aliquā mihi uisum est: surculosum genus, singularis uirga, lignosa postq; aruit duricies, plumosa undiq; asperitas, color liuens magis q; niger, & folia

quæ omnibus a Dioscor. traditis notis, ueram Eupatorium se ostenderet: præfertimq; semine in terram declivi, & postq; aruerat uestibus hærente. Quod non penitus huic scriptori respondere possit, & postq; aruit duricies, plumosa undiq; asperitas, color liuens magis q; niger, & folia

per interualla, sed contrarijs pediculis pendentia. Quod non penitus huic scriptori respondere possit, & postq; aruit duricies, plumosa undiq; asperitas, color liuens magis q; niger, & folia

videbatur: comparatio tantum erat, qua Cannabis, aut Quinquefolij folij ea conparabatur.

Cætera naturæ & Dioscor. eadem omnia erant. Regiæ dignitatis herba Eupatorium etiam est,

ab Eupatore rege inuenta. Et quoniam fecori præcipue medeat, quod græci ὑπαγ dicunt, ideo

Hepatorium, & Hepatitis ab aliquibus dicta.

C

Auicenna scribit, Eupatorium habere folia Cannabis, florem Nenufa-
ris. Mesue idem Eupatorium folijs Centaureę minoris, floribus subciri-
nis, longitudinis paucæ constare. Serapio folijs Pentaphylli, aut Canna-
bis : florem autem non explicat. Fortunatum esse oporteat, qui diuinare
uoluerit, quis nam ueriora retulerit: ac quod Medicus ille precabatur, qui
medicinam sorti cōmiserat, dī sua cuicę remedia, quibus illa extraherent,
secundarent, itidem a nobis orandum, ut bona fortuna in uerum incida-
mus autorem.

Hominis cuiusdam docti iudicium, L E O N I
C E N O respondens.

Nicolaus Leonicenus inter Medicos Italiae præstantissimus, libro de
Erroribus Plini & Auicennę, manifestissimum Medicorum Arabum, et
omnium recentiorum in herba Eupatorio errorē monstrauit. Nam her-
bā quam hodie Medici nostri Agrimoniam corrupte, pro Argemone, si-
ue Argemonia uocant, eam uerum esse Eupatorium, ex Dioscor. deferit
potione facile pbari potest, cū contra nemo, nisi iudicio penitus carens, Eu-
patorion esse, ostendere possit, quod pharmacopolæ hodie sic uocant,
quodqz Auicenna, & Mesue descripsere. Nám pro Eupatorio, quidam ut-
tuntur herba Ambrosiana, uulgo dicta: alij uero quadam herba, quæ iu-
xta aquas frequens reperitur: quarum nulla flores habet lutheos, neqz fe-
men, quod cum maturuerit, uestibus inhæreat prætereuntium. Deinde
nec serratim intersecta folia, uelut Cañabis: quæ omnia in Agrimonia lu-
ce clarius uisunt. Quamqz autē Dioscorides Eupatorium quibusdam et
tiam uocari Hepatitum scribat, quasi ad hepar referendū sit, τὸ εὐπατόριον
ἀπὸ τοῦ εὐ, οὐκ ἀπὸ, id est, iecur, tamen ipsū ab inventore Eupatore, quemad-
modum Valerianam, Centauream, atqz alias eiusmodi dictas potius pura-
uerim. Quare quisquis est Medicorum, qui posthac Eupatorio uti uult,

Agrimonia
uerum Eup-
torium.

Agrimonia Eupatoriū loco utatur confidenter. Quæ autem sit Ar-
gemone, siue Artemon, ut Dioscorides uocat, non est meum
definire, de prima enim specie apud Dioscoridem nihil
adhuc certi possum statuere. De altera uero opiz-
nor idē quod Leonicenus, esse eam, quam
Argentariam recentiores, & Apium
hæmorrhoidarum uocant: a co-
lore foliorum dicta fortasse
Argemone, ἀργεντίνη,
id est, Argentea.

corum T O M V S Secundus.

¶ De s o l a n o,
R H A P S O D I A . viii.

33

A



B

¶ Nomenclaturæ.

Græce, *σπύχνος*.

Latine, Solatrum, Solanū, Strychnos, Maurella,
uel Maurella a Macro, Vua lupina, Solaria, Vua
uulpis, Vua caninā.

Germanice, *Wachisfarn*.

¶ Autorum placita de herba s o l a n o,

Dioscorides de quatuor generibus s o,

L A N I lib. 2.

Hortensium, seu urbanum Strychnon, Romani Solanum uocat;
alijs Cacabulum, Aegyptij Allelo, Galli Scubulum, Aphri Astrisnum;

Frutex cibis idoneus, exilis, pusillus, multis concavus alis: folio nigro, ma-
iore quam Ocimi, et latiore: fructu rotundo, uiridi, qui post maturitatem
nigritat, aut fulvescit. Herba innocentis gustus: Natura ei refrigerandi;

c 3

C Est & aliud Solanum, quod peculiari nomine Halicacabon, id est, Vesicarium, aut Physalida vocant, folijs antedicto latioribus. Cuius caules posteaquam adoleuerunt, humili prosternuntur, folliculis orbiculatis, fulvo intus acino, vesiculis simili, rotundo, laevi. Quo coronarij utuntur, & corollas factitant.

Solanum somniferum e Græcis aliqui Dircion appellant, alij Strychnon, alij Manicon, alij Dorycnion, alij Calliada, Romani Appollinarem minorem, alij Vlticanam herbam, aut Opsaginem, Daci Cicoliden, Pezni Cacabum. Fruticat multis ramis, densis, lignosis, fractu contumacibus pinguium foliorum, Cotonæcæ mali simili, plenis, flore grandi, rubro, fructu in folliculis crocato, radice longa, subrubro cortice uestita. Nascitur in saxis non procul a mari.

Strychnon, siue Solanum Manicon, aliqui Persion, alij Thryon appellauere, alij Andron, alij Pentadryon, alij Enoron, quidam Orthogyon. Huic folium Erucæ simile, maius aliquanto, satis ad spinam, quam Pedes rota uocant, accedens. Caules a radice eximios emittit, decem, aut duodecim ulnarum altitudine adolescentes, caput in cacumine Oliua maius, & latius, & ut Platani pillula, hirsutius. Florem nigrum. Postq; eo exuitur, racemos exit rotundus, niger, denis, aut duodenis acinis constans, similibus Hederæ corymbis, ut uuæ mollibus. Radice firmatur candida, crassa, caua, cubitali. Gignitur in montibus uento perflatis, maritimis foueis, & uagis.

D Explanationes horum quatuor generum
Solanum, per HERMOLAVUM
BARBARVM.

Strychnon, siue ut Galenus Trychnon, satiuum, quod & melan, hoc est, nigrum cognomiant, a nostris Solanum dicitur, familiare cibis, in Aegypto maxime. Nihil mali corporibus esse predicit Xenocrates, cui hoc salutare non sit. Flos huic est candidus: acini, siue poma, puluis herbacea, & quadamtenus aculeata, in quibus semen. Hoc Rome uidimus in horto orationis Galli.

Strychnon Halicacabon folijs Ocyti describitur a Plinio, commendatum quidem et hoc eis ab aliquibus, licet hortense præferatur. Radicem Halicacabi bibunt, qui sunt uaticinandi calentes, qui furere ad confirmandam superstitionem aspici se volunt. Aspidum naturæ in rancis aduersa hæc herba est, ut radice proprius admota, soporentur.

Strychnon Hypnoticon, id est, soporiferum, ab alijs Morion, ab alijs Moly appellatum, coronarij in Aegypto expetitur, inuitante similitudine florum Hederæ. Velocius hocad mortem, q; Opium, Inuenio & Strychnen, & Eubeparon, & Callion uocatam: nostri Vesicarium, a folliculis, uel quia vesicæ proft & calculis. Theodorus omnes Strychnos Vesicarias appellat. Radix huius sanguinis modo rubra Theophrasto candida, cum inarescit. Semen coccineum, folia mali Cotonei, Lactucae caprinae: sed hirsuta, magno cespite, in rupibus sepulchreulæ nascitur. Genus hoc Dioscorides libro primo Halicacabum uocavit. Eademq; ad uerum scripsit, quæ nunc in soporifero leguntur. Sed Halicacabus tamen uera est, quæ proximo capitulo superius descripta est, ut Galenus inquit. Laudant hoc a loco ad fruendum, & Tamarisco.

Strychnon Manicon, insaniosa herba: quæ & Doryon, siue potius Dorycnion vocabat: gascupides in pñis eo tingerent, passim nascente. Alij Perisson appellabant. foliis Erucæ et aufulum, capite Gethyi maiore pilosiore que, ut Theophrastus scribit, qui hoc edant uideri libi pulcherrimos affirmans. Hoc & coronarij placebat. Erythron dicebat, & Neurita qui nequit folliculis cultabat, ut inquit Plinius. Frutex est surculosus uerius q; herba, ut Plinius tradit: folliculis magnis, latiscæ, ac turbinatis, grandi intus acino: qui maturescit Nouembri mense.

Eorundem dissertatio per M.

Vergilium.

Vessicarias in Theophrasti plantis Gaza Strychnos duas appellavit: sopores alteram, furores facientem alteram: quæ huic scriptori in quatuor eius generibus postremæ sunt. Videturque ex Plinio uolumine, 21. cap. 31. cōmune id non en omnibus secisse: cum tamen Plinius secundus eius genus tantum cognomento Halicacabum, Vessicariam uocet: cauſamq; afferat, q; uesicæ & calculis proſit: in qua uis ſubſribentem ſibi habet hunc scriptorem, qui b̄yptim ait Strychnos non eum eſſe. Verum tamen dubitari facile potest, an alia nomiñis eius cauſa quondam fuerit, qualis in eo mox a nobis dicitur. Vessicarias, ut præmonstratum eſt, Strychnos omnes ille dirigit, Celsus contra, ultimo ſecundi libri capite, cum numeraret quæ reprimunt ſimul & refrigerant, post multa hiis uerbis Solanum Strychnum uocauit. Sifer, apud, Solanum, quam Strychnum græci uocant: hanc intelligens, cui & a Dioscoride præcipua in refrigerando uis affigatur. Nosc̄ latīnae rei antiquum autorem ſecuti, Solanum, non Vessicariam Strychnum hortentur. Ceteri omnes, autore ut nos creditimus Dioscoride, quatuor Strychnos deinceps numerantur, ſiuſ ſatiuum diximus, quæ nigris folijs & in extrema maturitate nigro ſeme ab hoc & ab alijs deſcribitur, pingui culto solo proueniens: cuius noſtra ætate nullus in cibis uſus eſt: & ſi hi hortense, ſatiuum, edendo eſſe & in cibo innocens dicat. Quibus coniūcere aliquis merito poſſit, fuſſe quondam in ſanitate aliquem eius uſum, Solani huius, de plantarum histo- ria Theophrastus duo tantū facit genera, ἡτεράνη καὶ μετριόν, id eſt, quod ſoporem, & quod fu- torem gignit. Sunct; de utroq; multa ab eo dicta, quæ ſuis locis ex eius historia a nobis reperien- tur. Ceteri omnes, autore ut nos creditimus Dioscoride, quatuor Strychnos deinceps numero- uerunt, Satium, hortenseq; hunc, & cibarium: quem omnes nigrum a colore fructus uo- cauerunt, Mox Halicacabum cognomento, quem priuatim nos Vessicariam a Plinio uocare- credimus, rubente fructu, uiae acini figura. Tertium ſomnificum, quem fruticosum deſcribunt. Poſtremo infaniam facientem: diuerſis in medicina etiam uiribus, quæ ab hoc scriptore statim patrebunt. Obſeruauimusq; nos, ad refrigerandum plerūq; uſum Solani fuſſe, & ex tam mul- periculum magis q; remedium in eſt. Faciliſ cognitu herba, nunq; deceptura incautos, ſi quas hortensis huius Solani ſucco Paulus Aegineta in primo ad refrigerandos in infantibus capitis ardore, quos Græci Syriasim uocauerunt.

Coronaria, quod hic, & Plinius teſtantur Vessicaria hæc quondam herba fuſit. Datinarunt tamen ambo eius in cibis uſum, nec ad coronas amasse ueteres aliud in ea uidentur, q; uefficas, folliculosq; pillos qui per ambitum capitis ex coronis pendentes, grato ſpectaculo ruberent, turbinati, grandesq; & Iſatci ſiftri, ex quo crepitacula pendebat, imaginē redentes. Nascitur Ves- ficaria hæc multa in uineis, in Italia herba uerius q; frutex: p fertq; Vefficas illas Septembri mense colore primū uiridi, mox paulatim rubescēte, turbinatas ut Plinius ait: ſemen Ciceris magnitu- dine intra ſe claudentes, rubro colore, nec niſi extremo Autumno matureſcens: in nullo noſtra ſeritate honore, aut ufu. Vefficariāq; nos creditimus a uefficis his potius, q; quia proſit ueficæ. Et ſi Plinius id teſte dicit a uefficis, atq; q; uerā, etenim ex uefficis folliculisq; his factum illi nomē eſt. Nec aliter herbam intuentibus uidebitur: tam ſimiles animalium uefficis folliculi illi ſunt.

Serapion & Auicenna non alia, ſed alijs uerbis eadem cum Dioscoride agunt, corruptis in- terim aliquot uocabulis. Ex Neothericis nemo rectius Hieronymo herbario uidetur de ea diſ- ſeruisse. Cuius hæc fere ſunt uerba.

Solatrum trium generum habetur, quæ quidem notiora ſunt. Primum mortiferum: cui uulgo nomē Dollwurz, ſuſpicor eſſe Manicon, Dioscoridis ſpeciem quartam. Secundum dictum Solatrum rubeum, atq; Germanis dicta, Jüdenkirſen/oder Schlutten. Tertiū uulgatū, in o- mnibus opacis, & ſemitis obuiam, in quo hodie retinetur nomen Germanicum, Nachſchat.

Vires & iuuamenta quatuor gene- rum s O L A N I ex Dioscor.

Folia Solani hortensis ulceribus quæ ſerpunt, & ignib; ſacrū, conue- nienter cum polline polentæ illinuntur. Aegilopia, capitisq; dolores, tri- ta & imposta ſanant. Aeftuant ſtomacho auxiliantur. Parotidas, cum ſa- le, detrita illitu diſcutiunt. Valet ſuccus eius aduersus ignem ſacrum, atq; ulcera quæ ſerpunt, cum ceruſſa, rasaceo & argenti ſpuma, ad ægilopas cu- pane, infantium aduſtioni, quam Syriasim uocant, cum roſaceo perfuſus

C proficit. In colyrijs, aquæ uel ouï uicem exhibet, contra acutas fluxiones, suffusionesque. Aurum dolori instillatus prodest. Mensum abundantia sistit, in uellere subditus. Succus fuluo gallinarū in domibus oberrantū simo subactus, & linteo appositus, ægilopījs præsentaneo est remedio.

Vesicaria uim usumq; hortensi Solani habet. Verum cibis nequaquam expeditur. Regium morbum purgat, semine poto. Et urinam pellit. Ex utraque herba succus extrahitur, qui siccatus in umbra reconditur, ad eadem ualens.

Radicis Solani somniferi cortex, in uino drachmæ pondere potus, so- mnificam uim habet, Opio mitiorem. Semen uehementer urinā cit. Co- rymbi duodecim, hydropicis dantur. Si quid numero adjiciatur, aliena- tionem mentis faciunt. Remedio est aqua copiosa mulsa, potui data. Suc- cus pastillis inseritur, & medicamentis quæ doloris leuamentū præbent. Decocitus in uino, si in ore contineatur, dentium doloribus auxiliat. Ra- dicis succus, cum melle illitus, oculorum hebetudines tollit.

Radix Solani Manici drachmæ unius pondere pota ex uino, facit spe- cies uanas, imaginesq; non iniucundas obuersari. Sed duplicatus hic mo- dus, ad treis usq; dies, mentis alienationem affert. Triplicatus, intermit- Remedio est aqua mulsa copiosius pota, & uomitione reiecta.

E X P L A T E A R I O.

D Solatum. i. Morella, est frigida & siccata in secundo gradu. Est autem diureticum aliquan- tum. Valet contra opilationem Hepatis, & Splenis, & maxime contra Ictericiam. Quando eo- pilo superior porus Cistis fellis, detur succus in potu, uel ex succo eius, addito Zuccharo fat- syrupus. Vel quod melius est, dentur unc. ñ. succi, cum quinq; scrupulis rheubarbari. Côte- postema in Hepate, & in intestinis, & in stomacho, cum aqua hordei detur succus eius. Quod Dioscorides multum approbat. Contra caliditatem Hepatis penna intincta in succo eius, laxe superponatur. Idem facito contra calidam podagram. Herba ipsa trita superponatur; uel quod melius est, succo eius addatur acetum, uel agresta, uel oleum rosarum. Contra calida apostemata in principio, ad repercussionem materiei, herba ipsa trita superponatur.

E X I O. V I G O N I O.

Solatum est frigidum & siccum in secundo, & ideo uirtutem habet stipticandi. Auicenna te- men dicit, uirtutem habere resoluendi apostemata intrinseca calida. Et succus eius cum alijs re- bus, ut infra dicetur, pruriti facturarum medetur. Namquamq; similiter complexionem ca- lidam in ulceribus inductam remittendo, ulceratae particulae magnopere opitulatur. Calefacio- nibusq; genitalium etiam subuenit.

E X Hippocrate, de ratione uictus.

Solanum insomnia prohibet.

E X H I E R O N Y M O Herbario.

Solani aqua sedat inflammata apostemata mammilarum.

Sudores elicit, mixta aquæ absynthij.

Calidas anginas reprimit, ne strangulent uelocius.

Plura apud Macrum de hac herba.

cotum T O M V S Secundus.
Pentaphylon maius.

37



Groß fünff
finger kraut.


C Herbae
huius de-
scriptionē
uide prio-
re Tomo,
fol. 231, b.
& seq.

Pentaphyllum minus.




Vtriusq; Pentaphylli majoris & minoris descriptiones,
uide Priore Tomo fol. 231.b. & seq.

Genßblum.



De HYRVN
DINARIA,
Teutonice
Schwalbenwurz.

MR H A P S O
D I A . IX.
MULTOMINVS
adsequor, quæ H Y R V N D I N A
R I A, latine, & vulgo Schwalbenwurz
uocat, apud idoneos scriptores quæ
nam sit: quæ & ipsa premorsa, decur-
taq; inferius radicis trunco est, mul-
tis alijs tenuibus, albis, & graueolent-
ibus radiculis adhærentibus admo-
dum iniqua proportione, respon-
dens herbæ quam germinat, quæ te-
nuis prorsus uix cubitum excedit, ra-
dice interim duarum librarum pon-
do æquante: qualem nuper unam &
alteram ipsimet effodimus, in inculto
quodam loco, nam ea potissimum a-
mat, non procul ab urbe nostra. Ad
rupturas eius usum esse empiricis au-
dio: nec plura.





Erdbeerbau.

Fragariam Pentaphylli speciem, uide in priorre item Tomo, in descriptione Quinquefolij, folio . 231. & sequen. Rursus infra huius Tomi Appendix, quod planius Index eiusdem indicabit.

corum T O M V S Secundus.

xi

A

De FRAGARIA,
RHAPSODIA .x.

Nomenclaturæ

Græcanicæ, τριφύλλη secundum Leonicenum.

Latinæ, Fragaria. Trifolium.

Germanice, Erdbeerkraut.

HERBA passim obuia, & in delicis gulæ habita ueteribus, ut inquit Plinius. lib. 21. cap. 15. an Pentaphylli species sit quedam censenda, an potius Trifolium, satis superq; in dissertatione Pentaphylli demonstrauimus supra Tomo primo.

Ex IOANN E VIGONIO.

Fragaria est frigide complexionis: & succus eius cum uino granatorū, & modico aquæ rosaceæ, apostematibus calidis, in principio & augmēto opitulatur.

Ex HIERONIMO Herbario.

Fragariæ herbæ & succus & aqua destillata, medentur peripneumoniae, tulsi, lepræ, & morbo regio, si in iejunio pota fuerit.

Eadem iniecta oculis ex rubore calentibus, mitigat calores.


Iuuamentum F R A G O R V M.

Eadē Iuuamenta sunt & Fragorū, quorū aqua immodicos calores coercet, Alcolam oris, ulcera, anginas, foetorem oris, & hepata incensa refregerat.

Prouocat quoq; menstrua, & uulna sordida purificat.
Oculorum collyrium est efficax, præsertim si nimio ex calore male habeant.

B

Herba Roperti.



Storckenschnabels

d

C

¶ De herba ROBERTI, uel Rostro Ciconiæ.

RHAPSODIA .XI.

¶ Nomenclaturæ.

Græcæ, ἡράνιον.

Latinæ, Geranion, Rostrum Ciconiæ, Herba Roberti, Robertiana, Gratia dei.

Germanicæ, Storchenschnabel, Gottsgnade.

H

HANC SIC INSCRIBI EX HERM. BARBÆ
ri Corollaris nuper obseruauimus, cuius in Geranio secundo, hæc sunt uerba. Geranion secun-
dum medicis inutile, aliter a græcis, aliter a latinis describitur. Dioscorides & omnino Graci-
folijs paulo candidioribus quam Maluæ, ramosum ex interuallis. Hanc ego aut eandem, aut
omnino similem esse video cum ea, quam Galliæ transalpinae uulneribus & fistulis in potum cu-
mendant, & herbam Robertianam cognominant, coliculis rubentibus, flore parvo, subpurpu-
reocq; ac cæteris notis omnibus quæ hoc loco a Diosc. Geranio reddunt, etiam si ab eo medi-
cinæ aliena existimet. Quid em prohibet, ignoratas eius uires olim fuisse: Hactenus Barbarus,

Nostrum uulgaris Herbariorum uocat Gratiam Dei, & Rostrum Ciconiæ:

partim ab similitudine & figura transumpto nomine, partim ab in-
signi eius effectu. Est autem quatuor generum, ut ab illis quidē accipio,
& ipse quoq; oculis uidi. Primum quod ab Dioscoride alterum Geranion inscribit, caulinis minutis, & pilosis, sesquipedalibus, folijs Malua-
floribus in gruum rostra desinentibus. Alterum genus quod in umbro-
sis, & nullibi non subpurpleo flore, odore graueolentum, caliculo &

D flore petrosclini, sed hirtis, rostroque Ciconiæ similibus prouenit. Ter-
tium quod in tectis, ruinosis, parietinisq; & circa mortuorum sepulchra-
sua sponte seritur, in uniuersum rubentibus caliculis, & excepto rubore a
priori nihil diuersum. Quartum, minusculum, & humili repens, sed ro-
stro prioribus per omnia simile. Apellabimus itaque Robertianæ, & ro-
strum Ciconiæ, uel ex Dioscoride Geranion, donec certiora aliis qui p[ro]p[ter]e
am attulerit. Certe qui Appendix autor est, posterioris editionis Pandæ-
starum, tametsi in operis sui prefatione, etiam attenuatum reddat lectori,
scilicet sese perscripturum de herbis, quæ Pandæstarius aut non attigerit,
aut apud Medicos pro ignotis celebrentur, tamē in Robertiana pulchre
hallucinatus uidetur. Verba eius adscripti.

De herba Roberti. Quia apud famosos autores, in eorum receptis, hæc herba s[ecundu]s scripta
reperi, & pauci aromatarij eam cognoscunt, multum laborauit, ut eam cognoscerem. Sed tam
dem reperi eam in Nicolao Florentino in sermone septimo. cap. 6. ubi nominat herbam Ro-
berti, quæ est muscata maior. Et Matthæus de Pedemontio pariter dixit mihi, quod herba Ro-
berti est Basilicō maius, id est, illud quod haber folia ualde lata: et quod Basilicon, & herbam Ro-
berti sunt unum & idem. Et opinio sua mihi placet: ex quo cum Nicolao se concordat. Lio-
quidam Aromatarius Papensis amicus meus aliter sentiat: qui uult, quod sit quædam herba Ro-
berti, sicut pes columbinus, & albiora ab una parte, id est, a parte demissa, quæ est uel
terram: a parte uero superiori sunt uiridia, sicut folia pedis columbini, et est in altitudine ad fin-

Ex HERM. BARBARE.

Nostri ut inquit Plinius, Geranion ostendunt Cicutæ folijs minutioribus, & caule brevius-
rotundo, saporis & odoris iocundi. Verū hæc proprie Geranion nō est, sed Myrrhis: de qua p[ro]p[ter]e
agemus: confusione orta, quod Geranion a quibusdam Myrrhis etiam dicatur, unde nat. m. &
illud sit, ut Geranion in latino Cicutaria nomen habeat: cum alioqui Cicutaria proprie Myr-
rhis esse uideatur.

E X M. V E R G. C O M M.
 Geranion, hæc est, in qua Gruini capitis imaginem in summo eius plantæ capitulo contem-
 plati Græci, nulla similitudine aptius rem indicare potuerunt. Vidimus nos alteram Geranion
 paucis statim a radice prodeuntibus Malvae folijs, ut hic describit. Tum nudo surgente caule,
 dimidijs cubiti altitudine: crassocq; in caulis illius cacumite, folioso inuolucro tumente, ex quo
 per longitudinem ex altero latere dimidiati digiti longitudine acutus procedebat apex. Erantq;
 in folliculo illo cum uiridi colores alijs plures, præsertimq; cinereus: tam præsentí totius collí, ca-
 pitisq; & rostri Gruini imagine, ut aptiore pictura ostendi a peritissimo pictore animalis eius to-
 ta ea pars non potuisset. Alteram, quæ Cicutæ folijs est, ipsi non uidimus. Obseruauimus tam-
 en in antiquis scriptoribus, Plinioque præsertim, utriusq; huius herbæ misceri historiā. Nec sa-
 tis cognosci in eo posse, Gruino ne collo & capite utraq; sit, an altera tantum. Id certe ex Diosco-
 ride collegisse facile est, Cicutæ folijs alteram earum esse: ideoq; Cicutariam dīci, & Myrrhida:
 quonia & Myrrhis Cicutæ folio sit: quemadmodū hic quarto uolumine docebit. Cur aut pri-
 ore Romani Echinastrum dixerint, non satis pro comperto nobis est. Quemadmodum in al-
 tera per se patent Cicutaria & Gruina ex foliorum & Gruini capituli forma factæ appellations.
 Longissime de utraq; Plinius uolumine. 26. capite. 12. agit. Poteruntq; in eo uolentes uidere, quā
 nos paulo ante diximus, utriusq; Geranij historia uarietatem:

A

Scheysszfranc.

**P. A E G I N E T A.**

Geranion unum quidem folia Ane-
 monę similia habet, & radicem esu iido-
 neam. Hęc drachm. pondere in uino po-
 ta, muliebrium locorum inflationes sol-
 uit. Alterum nullum habet in medicinā
 usum.

B

Herba hæc lineis tantum
 ὑ τῷ χραφέῳ adūbrata, oblata
 nobis est, nec aliud q̄q; nomē
 succurrebat, typographo mi-
 hi offerenti: cū alioq; si multæ
 sint eius generis in Germani-
 co herbarum nomenclaturæ
 quæ aluum cient. Ut nume-
 rum ergo adimpleret, et locū
 sarciret, adponere placuit, do
 nec de alijs eius nominibus
 certiores fieremus.

d 2

Scolopendrium.



Sitzung.

¶ Nomenclaturæ.

Graece, σκολόπενδρον.

Latine, Scolopendrion.

Germanice, Hirzzung.

IN EXEGE S I nostra, quam Operi a tergo adiecumus, tres descriptiones Dioscoridis respondere Scolopendrio diximus: atq; ita eorum habebant ueteres quidam Commentarij quos habemus, scilicet Phyllitum, Asplenion, & Hemionitidem. Verum utra propius respondeat nostræ Scolopendrio, apud Dioscoridem uidere licebit: locus est lib. 3. Nobis inclinat animus. Asplenion vocari apud Dioscoridem uel Hemionitidem. Non temere enim suspicari possumus, uel unam etiam & eandem herbam esse, id quod & Marcel. quoq; Vergilius affirmat. Quamq; de Phyllite aliud præfigit animus. habet enim & haec folia uiridia, sena, aut septena, quæ parte anteriore leuia cernuntur, a tergo autem pensiles quasi uermiculos ostendunt. In umbrosis quoq; & opacis hortoru ambulatoribus emicat, gustu acerbo, & necq; caulem, necq; semen profert, quæ omnia licet & de Asplenio, & Hemionitide uertere dicantur, tamen quod in Phyllite de pensilibus quasi a dorso heterentibus uermiculis affectetur, cum nostra plane Scolopendrio conuenit. Similiter scrupulum nobis iniicit, quod apud Galenum quoq; & Paulum, diuersa illarum capita, tum iumenta legimus. Quare contenti, loca tantum & nomina indicasse, ad Dioscor. Plinius, & reliquos scriptores remittimus, & suum cuiq; iudicium deferimus.

26 S I M P L I C I V M Pharmaz
Garyophyllata.




Benedictenwurz.

C Garyophyllata, Benedicten Kraut.

GARYOPHYLLATA, ut inquit Ianuensis, est planta si-
milis Agrimonie, cuius radix odorem habet Garyophyllorum,
dicta a quibusdam Sanamunda, & Pes leporis. Quamquam alia est Pes
leporis. Et rursum, Pes leporis apud quosdam uocatur Garyophyllata, et
Sanamuda. In qua sententia video esse & Hermolaum Barbarum, qui de
utracum in Corollario Lagopi, id est, leporini Pedis, sic inquit. Lagopus.
quasi Pes leporis. Sane & similis ei est aspectu. Proinde haud probarim
eorum sententiam, qui Garyophyllatam dictam uulgo rentur in opacis
montanis gigni solitam, non in segetibua, ut Lagopus.
Calida est, et sicca herbo, ut existimat Albertus, in secundo ordine: pro
inde uires habet consumendi, dissoluendi, & confortandi.
Ad uniuera, et fistulas pectoris persanadas miru in modu presidio est,

Eberwurz.

B



C Radix passim prostans rhizomis, sed mihi pla-
ne ignota. Attigit non nihil de ea Hyeronimus
Tragus, quemadmodu infra in Annotati-
onibus eius leges. Herba est magnis ut
Lappago folijs.

d s

C

De LILIORVM diuersis generibus
RHAPSODIA .XIII.

Nomenclaturæ.

Græce, οφίον.

Latine, Lilium.

Teutonice, Gilgen.

Ex HERMOLAIBARBARI
COROLLARIO.

LIIVM GRÆCI CRINON, SED FRV
ticem eius Crinoniam, quasi Liliarium, ut uiolarium, & rosarium appellant. nam Lilia, rosea,
ta, uioleta, & aliud sunt, ut constat. Lilium e Iunonis lacte natum, Græci perhibent, resperga ter-
ra, dum Hercule dormienti uberibus admoto, mox post suetum digresso, late finxit. Ob id Li-
lium a nostris Iunonia rosa dictum uideri potest. Philinus a quibusdam Ioni uocari quod si Li-
lium existimat. Ambrosiam Corinthi Nicander, & Aphrodites Charma, hoc est, quasi Vene-
ris uolupiam cognominari a quibusdam cecinit. In Co insula, ex Alexandri statua enatam in ca-
pite Ambrosiam, Carystius, quæ nihil aliud sit quam Lilium, memorie proditum reliquit. Nat-
us in Theophrasto. Primi, flos Vere cum Viola saepe alba, pauloue postea erumpit. Hoc ab eo
proprie Crinon, hoc est, Lilium uocatur. Alterum genus Lirium appellat, uere quidem omni-
no florens, uerum serius cum Narciso. Forreç hoc sit quod a Plinio Lilium trans maria nun-
cupatum est. Tertium estat floret, & Cerinthum priuatim uocari puto: quamquam & alias res
Cerinthus significat: ut inferius liquebit. Quartum genus, quod item Lirium Græci nominant,
Autumno floret: emicatq; primis hymbris. Est & rubens Lilium, differens (ut arbitror) a pu-
pureo, usum a nobis Patau in Felicis horto, Probatissimum in Antiochia, & Laodicea Syria,
mox Phaselide: quartum locum obtinente quod in Italia nascitur. Hoc genus proprie Crinon
a Græcis uocari, & florem eius Cynorhodon, autor est Plinius. Hoc & Hippocrates acciperi
cum rubentia Cynorhoda scismaticorum purgationibus commendat in uino. Lilia purpurea & are-
te fiunt, maceratis in faœ uini scapis ante quam serantur mense Martio, & in scrobe circumfulsi
eadem fecerunt: in quem usum scapos arescentes colligunt Julio mense, Lilia in fumo suspendentes.
Caule gemino Purpurea uisuntur aliquando, carnosiore tantum radice, maiorisq; bulbi, calix
herbaceus. Post arcturum & æquinoctium autumni florent Purpurea: quorum genus unum
uocant Narcissum: cui uidelicet in radice sunt folia. Calices, ut diximus herbacei, cetera eadem
quaë candidis. Albo nihil est secundius, una radice quinquagenos saepe nutritive bulbos. Li-
lum Rosæ nobilitate proximum. Ideoq; Iunonis rosa dicitur. Nulli florum proceritas maior, in
terim cubitorum trium: languido semper collo, & oneri suo impavidus: candor eximius, solis eius
foris striatus, & ab angustijs in latitudinem paulatim se laxantibus, calathi effigie, resupinis per
ambitum labris, tenuiq; filo & semine stantibus in medio croceis. Ita odor, colorque duplex:
alius calicis, alius staminis. Differentia angusta. Raro duplex caulis in Lilio. Singulis caulis
Lilia modo singula, modo plura sustinentur: quod & rarius est. Pandit se, uel detractum paren-
ti, etiamsi tristius & exilius. Lilio simile in Aegypti palustribus gignitur, sed folijs copiosis, co-
lore admodum uiréntibus dispositis, & quasi uno uersu conditis, ad mulierū profluvia, & fracturas
medicis quæstū Cerinthus, de qua scribere distulimus, & Rhithacē, siue ut Aristoteles, Crithacē
significat: quæ & Sādaracha apellaſ, & a Dioscoride Cerāthemos, libro qnto, ex arbore succo,
guī mō genita & uerno rore. Vnde Vernigini quoq; uulgo nomen. De hac & in Propoleo
nihil diximus, africi flatu minor austri, nigrior, aquilonibus melior, & rubens. Plurimū in Gra-
cis nucibus, apū cibo aptissima dū operantur: q; saepe inuenitur in fauorum inanitatibus sepul-
tus, amari saporis, & humore plenus. Menecrates, sed neto præter eum, ut inq; Plinius, auo-
rit, Eritacem, aut Cerinthum florem esse futura mellationis indicium. Est & Cerinthe quæ uo-
catur herba propter apes serenda, folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo,
mellis succum habente: cuius gramen Virgiliius esse dixit ignobile. Quæ nomi-
num uicinitas, fortasse Menecratem fessellit. Nam & Aristoteles Ce-
rinthi florem ad hunc usum citat in libro de animalibus: quan-
q; in eo non Cerinthus, sed mendose scribitur,
calynthrus.

Alia differential L I L I O R V M ex THE 8^o

A

P H R A S T O lib. 6. cap. 6.

Lilia omnia differentia inter se distant. Vnicaulia in uniuersum fere as
surgunt, bicaulia raro. Quod cœli terræc rationi fortasse attribuendum
est. Singulis caulis, alias unum Lilium, alias plura exeunt: pars enim
postrema effundit, sed hæc rariora. Radice copiosa, carnosa, orbiculata
adhæret. Fructus detractus germinat, & Lilium reddit. Verum minus
facit, & lachrima cœcum quoddam confluuit, quod etiam serunt, ut di-
ctum est.

Plura ad hanc tē in priori Tomo cap. de Narciso marcio, quæ poterunt uolentes consulere,
P L I N I V S de differentijs & generibus, &

nobilitate Liliorum, lib. 21. cap. 5.

Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quidem cognatione unguenti, oleic, quod lirinon
appellatur. Et impositum etiam maxime rosas decet, medio prouentu earum incipiens. Nec ul-
lis florum excelsitas maior. Interdum cubitorum trium, languido semper collo, & non suffici-
ente capititis oneri. Candor eius eximius, folijs foris striatis, & ab angustis in latitudinem pau-
latim sese laxantibus effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuic filo & semine stanti-
bus in medio crocis. Ita odor colorq duplex, ut alius calycis, alius staminis, differētia angusta,
In unguenti uero oleic usu, folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illi in herba quam Con-
voluolum uocat, nascens per fruteta, nullo odore, nec crocis intus candorem tantum referens,
ac ueluti rudimentum naturæ lilia facere condiscens. Alba lilia ḥscam omnibus modis serun-
tur, quibus rosa. Et hoc amplius lachryma sua, ut hipposelinum, nihilq est foecundius, una ra-
dice quinquagenos sœpe emittente balbos. Est & rubens lilium, quod Græci crinon uocant.
Alijs florem eius cynorodon. Laudatissimum in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phase-
lide. Quartum locum obtinet in Italia nascens. Sunt & purpurea lilia, aliquando gemino cau-
le, carnosiore tantum radice, maiorisq bulbis, sed unius: Narcissum uocant. Huius alterum ge-
nus flore candido, calyce purpureo. Differentia a lilijs est & hæc, narcissis folia in radice sunt, pro-
batissimis in Licie montibus. Tertio generi cætera eadem. Calyx herbaceus. Omnes serotini,
Post arcturum enim florent, aut per æquinoctium autumnum. Inuenta est in his & ratio inferen-
di, monstrificis hominū ingenij. Colligunt namq mense Iulio scapi arescentes, liliac suspen-
dunt in fumo. Dein nudantibus se nodulis, in fæce nigri uini, uel græci, mense Martio macerant,
ut colorem accipiunt, atq ita in scrobiculis seruntur, heminis fæcis circumfusis. Sic fiunt purpu-
realilia; mirumq, ita tingi aliquid, ut nascatur infectum.

L I L I I Temperamentum ex G A L E

N O libro septimo Simplic.

Lili flos temperaturam mistam obtinet, partim ex tenui, partim ex terrena substantia, ex
qua utiq habet, ut gustu sit amara, partim ex aqua, eaq temperata. Itaq etiam quod ex eo con-
ficitur oleum, citra morsum digerendi simulq emolliendi facultatem obtinet. Vnde sit, ut uteri
duriciebus sit apitissimum. Porro radix, foliac per se trita, desiccant, & abstergunt, & digerunt
moderate. Proinde quoq ambustis competunt. Siquidem hæc quoq moderate desiccantem
extergentemq facultatem postulant. Radicem ergo tostam, ac deinde cum rosaceo contritam,
ambustis, quoad obducatur cicatrix imponunt: quippe cum alioqui & aliorum ulcerum omni-
um bonum sit inducendæ cicatrici remedium. Quin etiam, uteros mollit, mensesc prouocat.
Folia uero præcoquentes, & ipsa ad obductam usq cicatricem imponunt, non in ambustionis
bus dumtaxat, sed alijs quoq uulneribus. Sed & sunt qui acetō ea condientes, ad uulnera suo
tempore utantur. Plus tamen inest abstergentis facultatis in radice quam in folijs, quamquam
tamen nec in ea ipsa multum insunt, sicut prædiximus. Nam primi ordinis abstergentium est
medicaminum. Itaq cum aut uitiligines, aut psoram, aut lepram, aut achoras, aut aliquid id
genus extergere uolumus, commiscemus illi aliquid aliorum medicaminum ualidius exteren-
tium, cuiusmodi est mel. Cæterum si id moderate illi ac conuenienter admisceatur, & ad neruo-
rum diuisiones competit, & ad alia uniuersa quæ ualenter exiccati postulant absq morsu. Im-
posuimus uero etiam quandoq & foliorum succum cum acetō, & melle coctum. Quumq par-
tibus succi plus utroq erat, eratq insigne medicamen ad omnia ea quæ exiccati postulant
absq morsu seu uulnera omnium ingentia, & maxime quæ in capitibus musculariū eueniunt.

Rubens lili.

B

Purpurea li-
lia.

Narcissus qd.

Vide ad hoc
Varro de
re rustica. ca.zz. Et Palladiū
Februario mē
se. 21.

Pharma^s
re in præsentiarum adnitor. Cæterum rerum ipsarum natura sæpenumero ut attingam adgit,
celeriter uero relinquenda sunt; atq; ad propositum reuertendum.

V I R E S & I V V A M E N T A

ex Dioscor. lib. 3.

Lilia coronamentis se dedunt, Liria a quibusdā uocata. E quibus unguentum temperatur, quod aliqui Lirinum, alijs Susinum appellant. Netuos, & priuatim uuluæ duricies emolliens.

Folia herbæ illita, contra serpentium ictus auxiliantur.

Feruefacta, ambustis proficiunt.

Aceto condita, uulneribus opitulantur.

Succus adiecto melle, aut aceto, in æreo uale coquitur, conuenientime dicamento uetustati ulcerum, & ad recentia uulnera.

Inassata radix, & ex rosaceo trita igni, ambusta sanat.

Vuluam emollit.

Menses ciet.

Vlceræ cicatrice obducit.

Cum melle detrita, neruis præcisis, luxatisq; medetur.

Vitiliges, furfures, & lepras emendat.

Vlceracq; in capite manantia expurgat.

D Abstergit faciem, & erugat.

Teritur in aceto, cum Hyoscyami folijs, & farina tritici, mulcendis testium inflammationibus.

Semen potum, morsibus serpentium aduersatur.


Ignibus sacris semen, & folia cum uino illinuntur.

Tradunt & rubra esse Lilia. In Syria autem & Pisidia Pamphilia, et
cacissima unguentis nascuntur.

Ex A P V L E I O.

Ad percussum serpentis, herbæ Lilij bulbum conterito, & in potu das bis ipsum etiam bulbum tritum, morsui apponas, sanabitur.

Ad laxum. Herbæ Lilij folia, tusa & imposita efficaciter sanant; & si tumor fuerit, sedat.



C

¶ De A C O R O

R H A P S O D I A . XII.

¶ Acoro flores aureos, croceosq; attribuunt, Iridi coelestes: & uocatur
Græce Χορτός ἀφροδίσιας.
Latine, herba Venerea, uel radix Nautica, & Gladiolus,
Germanice, Goldigilgen/Traufenwurz.

¶ A C O R I descriptio ex Dioscor.

A

A C O R V S folia Iridis habet, angustiora tamē. Radices non dif-
similes, complicatas, nō in rectum, sed obliquum tendentes, & summo cel-
pite sparsas, geniculis interceptas, albantes, gustu acres, odore non in-
gratas. Optimum est densum, candidum, plenum, non exesum, odoratu-
cuiusmodi Colchidicum, & Galaticum, quod Aspleton dicunt.

A C O R V S Plinianus lib. 25. cap. 13.

Acorus Iridis folia habet, angustiora tamen & longiore pediculo, r̄a-
dices nigras, minusq; uenenosas, cætero & has similes Iridis, gustu acres,
odore non ingratas, ructu faciles. Optimæ Ponticæ, dein Galaticæ, mox
Creticæ. Sed primæ in Colchide iuxta Phasin amnē, & ubicunq; in aquo
sis. Recentibus uirus maius quam uetus. Creticæ candidiores Ponticis.
Siccantur utribus in umbra digitalibus fructis. Necnon inueniuntur qui
Oxymyrsinæ radicem Acoron uocat: ideoq; quidam hanc Acoron agric-
tion uocare malunt. Vis ei ad calfaciendū extenuandumq; efficax, contra
suffusiones & caligines oculorū succo eiusdem poto, contraq; serpentes.

¶ De Temperamento A C O R I ex Gal. lib. 6.

D Acorum. Huius utimur radice, quę gustu acri est, & modice amaro, odoreq; non iniucun-
do. Itaq; facultatis calidę est, & consistentiæ tenuis. Huic consentaneum est, ut urinam mouat,
& lienes induratos iuuet: tum Ceratoidis crassiciem detergeat, simul atq; extenuet, sed ad hoc
melior est ipsius succus. Omnino uero siccificum esse clarū est. Et sane ordinis esto tertij in uao-
q; in calfaciendo scilicet, & desiccando.

V I R E S & Iuuamenta ex Dioscoride.

Radici uis calfactoria.

Decoctum potu urinam cit.

Prodeat lateris doloribus, & iocineris, atq; pectoris.

Item torminibus, uulsiis, ruptis, Lienem absunit.

Urinæ stillicidio, & serpentum ictibus auxiliatur.

Ad muliebres infessus Iridis modo utiliter imponitur.

Oculorum caligines succo discutit.

Antidotis radix magno usu commiscetur.

Ex A P V L E I O.

Ne apes examinent & diffugiant, herbā Venereum in uase apum sus-
pensam habeto, & nunquam seducentur. Hæc herba raro inuenitur: nec
eam scire quis poterit, nisi cum flosculum emiserit.

Ad dysenteriam & stranguriam, herbæ Venereę radicem ex aqua de-
coctam ad tertias dabís bibere per triduum, mirifice urinam deducet.

Fortasse alia
existimauit
Acorum quā
hodie habet
in omnibus
palustribus &
pratis. Nam
illa non raro
inuenta est.

A De APIIS, & PETROSELINO,
RHAPSODIA .XIII.

APII genera apud Dioscor. sunt Eleoselinon, Oreoselinon, Petroselinon, Olusatrum, & Smyrnium: quæ omnia quid re ipsa sint, apud Dioscor. uidere te malim: proinde & locum indico, qui est apud eundem lib. 3. cap. 76. Ruellianæ editionis. Nam quædam in his etiam parum cō perta nobis sunt, & dissimulare maluimus quod nescimus, quā impudenter nostram ignorantiam prostituere. Quamquam si Pandectario creditur, tot erunt illius species quo uulgati Apī, & floris et cauliū similitus. Nam illi etiam Cerifoliū, & Nasturcium, ex Apiorū genere sunt.

¶ De errore Medicorum in Apīs, & Petroselino, uide infra Annotationem Nicolai Leonici, & huic respondentem Pandulphi Collinuth alteram non minus eruditam. Item Ioannis Mainardi unam & alteram super eadem re.

DE S E L I N I Temperamento ex Gal. lib. 8.

Selinon. i. Apium usq[ue] adeo calidum est, ut & urinam & menses cieat. Flatus quoq[ue] discutit, & magis quoq[ue] semen quam herba ipsa. Sed & Oreoselini, & Hipposelini similis uis est: uerum Hipposelinon imbecillius est, Oreoselinon ualentius.

Ex eodem, lib. Alimentorum. 2.

Apium, Equapium, Sium, Smyrnium, quod Romani Olusatrum uocant, omnia hæc urinæ ciendæ potestatem habent. Apium inter cætera familiarissimum est, & ori, stomachoq[ue] gravissimum, Equapium, et Sium insuauiora. Nam Smyrnium insuauitate caret. Ideoq[ue] Romæ plurimum uenditur, acrius, longe q[ue] calidius quam Apium. Quin & aliquam odoris uim habet. Quapropter & Apio, siue efficacius urinâ mouet. Ad hæc mulieribus menses prouocat. Veris tempore caule producit, qui crudus edendo est, haud aliter quam folia, quæ sola per hyemē, circa caulem retinet, sicut & Apium. Tandem uero caule accidente, tota planta iucundior redditur, siue cruda, siue cocta edatur, siue ex oleo & garo, siue uinum, siue acetum libeat adiçere. Nonnulli cum aceto & garo tantum edunt, ueluti Apium: alijs paululum affundunt olei. Sium & Equapium nō nisi cocta sumuntur. Vtrumq[ue] enim insuauie, si crudum edatur, appetet. Sunt vero etiam qui Apium, Smyrniumq[ue] Lactucæ iungentes solijs, ita esitent. Etenim cum Lactuca insipida, & fatua quædam res sit, præterea frigidæ succi, gratis, commodi usq[ue] cum acrion alii quo sumuntur. Hac ergo de caule quidam etiam Erucæ, Porriq[ue] folia ipsi admiscent. Sunt qui & Ocyti. Quod porro nos Smyniū, Romæ nunc passim ab omnibus, nō hoc nomine, sed Olusatru appellat. Et fortasse quispiam omnino ne numerandū quidein inter alimēta ipsum censeatur, nec Sium, nec Equapium: cum sint huiusmodi omnium ciborū obsonia duaxat: quæ admodum & cæpa, et allium, & porrū, & ampeloprasum, & simpliciter omnia acria. Ad hoc genus pertinent Ruta, Hyssopum, Origanum, Foeniculum, Coriandrum, de quibus in commentarijs obsonarijs tractatur, qui ad medicos quodammodo et cocos coniuniter quidē illi spectant: proprius tamen utriq[ue] finis est, ac propositū. Siquidē nos ut pro sint cibi in primis, non ut delectent curamus: & uoluptatem si quando querimus, utilitatē eam cogimus seruire. Nam in nonnullis magnum ad cruditatē momentum affert edendi insuauitas. Ideoq[ue] modice talia condire satius fuerit. Cocorum uero lauicias, atq[ue] cupediās prauis apparatus instruetas, ut vulgo passim utuntur, cruditas magis quam laudabilis concoctio excipere consuevit.

Ex Paulo AE G I N E T A lib. 7.

Selinon intantum calefacit, ut & urinam moueat, & menses. Quin & flatus quoq[ue] discutit, maxime uero semen.

Vires eius & luumenta ex Dioscor. lib. 3.

Satiuum Apium ad eadem quæ Corianum conuenit. Inflammationibus oculorum cū pane, aut polenta illinitur. Aestuantem stomachum mulcet. Mammariū duriciem reprimit. Vrinam ciet, siue crudum, siue co-

Plin. lib. 20.
cap. 21. lib. 19.
17.7. & s. The
ophrast. lib. 9.

B

In luxum:

Cum edatur. Decoctum eius, radicisq; potu, uenenorū noxē resistit: quā uomitones excitet.

Aluum cohbet.

Semen uehementius urinam pellit.

Contra serpentium uenena, aut epotam argenti spumam, auxiliatur.
Inflationes discutit.


Ammiscetur medicamentis quē dolorum leuamēta præstant, Theria-
cis quoq; ac tussis remedij.

 De Petroselino, & quomodo Petroselinon nostrum sit

Apium uulgare, uide infra in Commentarijs lo-

Mainardi, & Collinutij.

D



V.

De T A C E A nigra, uel Morsu Dia-
boli, teut. Abissz.

ALERIANAE herbæ in radice similis est
quæ Morsus diaboli ab Herbarijs uocatur, cætera tamen
dissimilia: an eius quoddā genus sit, siue aliud quiddam,
ex probatis scriptoribus affirmare nō ualeo, necq; quibus
alijs nomenclaturis apppelletur: nisi quod in Barbarorū
cōmentarijs lego, Morsum diaboli dictum, eo quod pra-
morsam inferne radicem gerit, quam a cacodænone fa-
bulantur, exemplo ubi nasci coeperit, uel fodí, præcerpi:
ne in usum ueniat uitæ humanæ. Quod perinde uerum
esse credo ut illud quod de fibrīs testibus nugantur, te-
stes ab ipsis euelli, & ab se abīci, quum uenatu urgeant,
uidelicet ne hominibus remedio sint: qđ tamen Dioscor.
credi debere, dicit esse nouissimum. Cætera infra lege a-

De G L A D I O L O , quæ hodie celebratur in officiis pro Spatula fœtida, uulgo Schærlin.

A

R H A P S O D I A . XIII.

Ex D I O S C R E B I B . . III.

XIphion, aliqui Anactorion, alij Phasganon, alij Machæronion, alij Arion uocant, Romanæ Gladiolum, quidam Genitalem. Non men inde accæpit, quod folium gladij præbeat speciem. Iridi simile erat, nisi minus & angustius uideretur, & gladij modo mucronatum, neruoso. In caulem exit cubitale, in quo purpurei flores, in ordinem digesti, inter se distant. Rotundo semine, radicibus geminis, una bulborum modo super alteram insidente. Quarum inferior gracilis est, superna uerior. Nascitur in aruis. Pars superior radicis cum thure illita, admisto uino, spicula & aculeos e corpore extrahit. Panos cum lolij farina & hydro melite discutit. Qua de re huiusmodi emplastris inseri solet. Menses impo sita trahit. Superiori radice ex uino pota, Venerem stimulari, & inferiore sumpta sterile scere tradunt. Superiore quoq; utiliter infantium enterosis, cum aqua potui dari præcipiunt.

Ex B A R B A R I C O R O L L .

Xiphion, a Theodoro dicitur Pugio. Floret uere, cum Viola nigra. Falso plerique arbitrantur Xiphion eandem esse, quæ & Lonchitis. Sed illa in siccaneis, hæc in humidis nascitur. Sunt & alia discrimina, quæ notari possint uolentibus. Habet hæc & radicem ad lucis auellanæ similitudinem fimbriatam, quæ effodi ante messes oportet, & in umbra siccari. Videtur hæc & Phasganon, & Machæronion, hoc est, Ensis uocari: radice, ut Theophrastus inquit, dulci, decocta & cōmendata panificis, si trita farinæ admisceatur. Unde Machæronij pastilli fortasse ortū habuerunt, quos tertio Kalendas octobres uulgas esit. Item rotunda, & sine cortice capilla fibris, ut Gethyrum. Scolopendriæ in herbâ eam frequentes conueniunt. Est & compositionis cuiusdam in medicina uiridis nomen Machæronion, ad morbos articulares, & Ischiada. Habet & Xiphias pistis, quem Gladiolu interpretantur, duo, ut inquit Aristoteles habens rostra, sed dentibus carens.


Vires & iuua
menta herbea.

B

Pastilli Ma-
chæronij.

Ex M. V E R G . C O M M .

Hæc est Gladiolus illa, cultellato folio herba, cui a principio statim Iridis folia hic compa- rauit: princeps in hoc foliorum genere, & quæ prima huiuscmodi similitudinis notam cæteris dederit: ideoq; tot gladiorum appellationibus diuersis locis indicata. Florere hanc uere cum Oenanthe nigra Viola, Helychryso, Limonia, Anemone, & Hyacintho Theoph. ait. Vocatq; & ipse Xiphion, Plinius multis locis Gladiolum: quo tñ loco ex pfecto de ea agit. uolum. capite, u. Xiphion, & Phasganon græcis nominibus eam appellat. Nec de folio eius aliud tradit, brennū tamen & angustius καὶ πτερύγιον μαχαιριόν. In quo uidendum est, an in mucrone desinens di- cendum sit, an decurtati mucronis: quales cultelli aliquando in incidendi tñ usum fabricantur. Vtrumq; enim καὶ πτερύγιον significare ex diuersa propositionis eius ui potest: & quod καὶ πτερύγιον, i. in acutum derasum est, & cui ex acumine suo ablatum aliqd fuerit: ut καὶ πτερύγιον Thucidides ait, & in græcis multa alia inueniuntur. Pro duabus deinde radicibus eius reticanda legentibus in hunc lo- ter in Gladiolo hac duas inueniri radices, q; in bulbosis plerisque alijs, in quibus præteriti anni bulbus & radix inferior semper est: genitaq; ex se alia cedit ipsa, donec tertio, aut quarto anno tota pereat. Auellanis Plinius eas comparauit: hic naturæ notas magis secutus, bulbulos paruos uocauit. Discrepant in natalibus eius Dioscorides & Plinius magnopere. Hic in aruis, ille in hu- midis: alter in genere διπλοίων, quæ qualia sunt superiore libro dictum a nobis est, posuit: alter in aquosis & palustribus. Potest tamen uterq; quod uerū sit dixisse: nam possunt arua humida esse Diosc. præterea in aruis maxime nasci dicēs, nō negauit penitus posse etiā in aquosis nasci:




De HERBA
Fullonum.
Rhapsodia XV.
Magdelgeer.
Breuzwurz.

AB uulgarib. het
barijs scribitur
herba Fullonū, uel her-
ba Saponaria, ea uidelicet,
quæ in prophetis no-
minatur herba Borith,
Alijs aut̄ lsatis, aut quæ
dam eius species iudicat-
tur. Quamquam neutrum horum nisi probat-
atur. Verum in Syno-
nymis de hac plura. Ne-
quem in animo est, scru-
pulosius omnia hic per-
sequi.



Synnaw/od vnf
erstraw. Mantel.
Herba uulne
raria, cui no
mē fecit Pedē
leonis, et Leō
topodium Hie
röym herba
rius. Verū Di
oscori. descri
ptioni non re
spondet.

Braun
flosſchblum.



Weyß Fleyschblüm.



Huic flori nomen inditū a grapho
accepimus cū pingeret, nec plura
timari licuit, herba alioqui
passim crescens, in
pratis præcipue,
uulgo nota.




Sanct Jacobus h̄um.
Latinum nomen nos
fugit.

Experientia tamen id
didicimus, fistulas curare,
& ne ultra serpent prohibe,
tunsa & imposita.
Vulneribus item mirifice
medetur, & ad quæc
interanea prodest.




Kleegblümlein

Dondernegelin:



Hos flores, sunt qui Garyophyllum esse contendunt: sed falso, meo iudicio. Existimam autem genus esse Keiri, uel Violarum altilium, ut Barbarus uocat. Nec ullum eorum effectuum compertum habeo, praeterquam quod in coronas adduntur, et in horum delicis habentur, odoriferi. Ceterum de Garyophyllis, infraequentia reuera Garyophylli, infraequiri ex annotationibus Schyleri, & Hieronymi Tragi; & in tertio Tomo cum libello nostro Synonymorum non nihil de his agemus. Eius generis flos sine odore nascitur passim in pratis, et est species sylvestris Garyophylli, Teut. Wilde Grassblumen. Hec D. Theobald. fettichius.



**C De Rosmarino, dicta Libanotis græce,
Germanice, Rosmarin.**

R H A P S O D I A . XVII.

LIBANOTIDIS tametsi quatuor genera distinxerunt Gale-
nus et Paulus Aegineta, tamē quarta hodie tantummodo nota herbarijs
est, uidelicet coronaria: de qua hæc est apud Dioscoridem descriptio lib. 3.
Rosmarinum, quo Coronarij utunt̄, ramos mittit tenues, & circa eos
folia minuta, densa, longa, exilia, subter incaua, sup̄ne uirentia, graui os-
dore. Excalfactoria ui præditum est. Regium sanat morbum, si decoctum
in aqua, ante exercitationes bibatur: & ubi laborans exercitationi se credi-
to misceri debet.

C De TEMPERAMENTO Liba-

notidis ex G A L E N O .

Libanotides tres sunt. Una sterilis, duæ fructum ferentes. Omnes ue-
ro eiusdem facultatis, emollientis, & digerentis. Succus tum radicis, tum
herbae mistus melli, obtusam oculorum aciem ab humorum crassitudine
emendat. Porro eius Libanotidis quæ ad coronas utilis est, quam Roma-
ni Rosmarinum nominant, decoctum, Regio morbo laborantes potum
adiuuat. omnes em̄ Libanotides abstergentis & incidentis facultatis par-
ticipes sunt.

Ex Paulo AE G I N E T A .

Libanotides tres quidem infrugiferæ sunt, duæ uero foecundæ, abster-
gentis, incisiuq; digerētis, et emollientis potentie. Harum omnium succus
cum melle mistus, amblyopias, & humorum crassitudinē emendat.

Ceterum eius, cuius ad coronas est usus, decoctū,

Regio morbo affectos adiuuat.

C

De MAIORONA,
RHAPSODIA .XVII.

Nomenclaturæ.

Græce, σάμυχος. τρίφυλλος. ἀμάρακος.

Latine, Samsuchus, Amaracus, Maiorona.
Germanice, Meyoron.

F Maiorona descriptio ex Dioscoride.
Ruticosa herba Samsuchum est, serpit per terram, hirtis & circinatis folijs, Nepetæ similibus, uel Calaminthæ, odoratissima.

Ex PLINIO descriptio alia
lib.21, cap.11, & 22.

Amaracum Diocles medicus, & Sicula gens appellauere, quod Argypetus, et Syria Samsuchū. Serit utroq; genere, et semine, et ramo, uiuacius prædictis, & odore melius. Copiosum Amaraco, æque quam Abrotono semen; sed Abrotono radix una, et alte descendens, cæteris in summo teræ leuiter hæret. In Cypro laudatissimum et odoratissimum.

Ex Serapione dict. Mercenius.

Mercenius est herba, habens uirgas extensas super faciē terræ, in suo ortu; & habet folia parua, rotunda; super quæ est borra fere similis folijs Calaminthæ, habentis folia subtilia; & habet odorem bonum. Quæ omnia prorsus Dioscoridi respondent.

De AMARACI Temperamento ex
GALENO lib.6. Simplic.

D

Amaracus excalfacit nō infrenue, non ualde autem desiccatur; sed in caliditate quidem terat; est ordinis, in siccitate uero secundi.

VIRES eius & Iuuamenta.

Succus decocti potus conuenit incipientibus hydropticis, et ijs quostrinæ difficultas aut tormina excutiunt.

Illita ex melle arida folia, suggillata tollunt.

Menses subdita in pessō trahunt.

Contra scorponis iictum ex aceto & sale illinuntur.

Luxat; tumoribus cérato excepta imponuntur. Aduersus oculorum inflammationes, tumoresq; cum polline polentæ illini prodest. Acopis, malagmatiscq; calefaciendi gratia commiscetur.

Ex PLINIO lib.21, cap.22.

Sampsuchum scorpionibus aduersatur, ex aceto & sale illitum. Menstruis quoq; mulam confert, illitum. Cohibet & oculorum epiphoras cum polenta. Succus decocti, tormina dif-
cutit. Et urinis & hydropticis utile. Mouet etiam narium sternutamenta. Fit ex eo oleū quod
Samsuchinum dicitur, aut amaracinum, ad excalfaciēdos emolliendosq; neruos. Etuulas ca-
lefacit. Et folia suggillatis cum melle, et luxatis cum cæra prosunt.

Ex VIGONIO.

Maiorona calida & sicca est, habetq; uirtutem consumptiuam, & exi-
catiuam cum ingenti calefactione. Et propterea epilepticis, spasmosis nari-
bus odorata, summum gaudium et iuuamentum prestat. Et eius decoctio
naribus attracta, cōfortat cerebrū ipsum, ab humorib. frigidis purgando.



De LAPPIS.
Tewton ce/Bleuten.

f

C

C

De uarijs generibus L A P P A R V M,
R H A P S O D I A . XVIII.

Ex Commentario M. Vergilij.

Lappa.

Ognitu & inuentu facilē, inf legumina & in frumentaria segete Aparinē sua descripione Theophrastus & Dioſc. fecerunt: ipsa etiam tenaci nexo prætereuntium uestibus haren, & quale hic descripsit semen ostendens in medio umbilicatum, ad cognoscendā ſe, ſuicq; contationem uolentes etiam conuertit. Persequuntur eam quotañis Maio & Iunio mensibus manu, messoriacq; falce agricolæ, peſtem fatis ſuis eam ſentientes, nihilq; apricis & pinguisbus agriſ frequentius nascitur. Copiosior tñ inter legumina q̄ inter frumenta inuenitur. Nouerunt calmitatem ſuam rufſici. Nomen tñ, & maleſicij eius cauſam ignorant. Et ut in ſimilibus fit, quorum ignoratur nomen, Lappam uocant. Qua uoce non in Aparine tñ, ſed in cunctis quorum matura ſemina uestibus prætereuntium inhærent, ignari utuntur. Quæ ſane multa ſunt: & inter alia Eupatorium etiam, de quo ſuo loco dicemus. Ex quo factum eſt, ut non ætate noſtra tñ, ſed antiq; etiā temporibus parum certa in huiuscmodi fuerit nominum ratio. Arcionq; Lappam tñ aliq dixerint, aliq Aparinem hanc, aliq plures alias, quarum ſemen aut q̄a aperū, amarū ue, aut cuſpidatū eſt uestibus hæret: quaſi ad faciendum genus & nomē una hæc nota ſatis eſet,

Corollarium H E R M O L A I B A R B A R I
de eadem re.

Aparine quam noſtri & Lappam uocant, Hippocrates Philiftion, & Phileterion quoq; ut Galenus putat. Non euidens, ſed occultus in ea floſ matureſcit, & intra ſe germinat ſemen: uerit animalia que in ſe pariunt, ut uiperæ. Nascitur in frumentario agro, inter Lentem præcipue, item pratis, hortisq;. Ramis ſa hæc & hirsuta, quiniſ ſenſiq; in orbem circa ramos, folijs per interualla, Semen subdulce, Omphacocarpon a Plinio, Galeno, & Paulo Aegineta dicitur. Niſi quis Omphalocarpon ex Diſcoride legi malit, ab umbilici ſimilitudine, quam ſemen praferat. Philanthropos uero diſta eſt hec a nonnullis herba, quia uelut amici ſolent, commeniant laeti niſi obhæreat. Aliud floris genus eſt, quod in Parthia nasci ſcribit Apollodorus, Philadelphiū appellatum: ex argumento, q̄ ramis eius ex interuallo ſponte cœant, ceu amantes: poſt digeruntur, concipient, atq; pariant. Huius tenuiſſimiſ uirgis reticulatim compositis, atq; ita conſtitutis, hortorum ſepta impenetrabili compage fieri.

D

Verba D I O S C O R , de A P A R I N E .

Aparinen aliqui Ampelocarpon, aliq Omphacocarpon, nonnulli Philanthropon uocant, ramosam herbam & quadrangulā, ex interuallis orbi culato foliorum ambitu, ut in Rubia. Flos albus: ſemen durum, rotundum, concavum, album, umbilici figura, asperitate uestium tenaci. Ea paſtores coli uice utuntur, ad eximendos e lacte pilos. Seminis cauliū ac foliorum ſuccus, potu contra uiperarum, phalangiorumq; morsus auxiliatur. Infuſa aurium dolori medetur. Herba cum axungia trita ſtrumas diſcutit.

Plinius de A P A R I N E libro. 27. cap. 5

Aparinen aliqui omphacocarpon, aliq philanthropon uocant, ramosam, hirsutam, quiniſ ſenſue in orbem circa ramos folijs per interualla: Semen rotundum, durum, concavum, subdulce. Nascitur in frumentario agro, aut hortis pratisue, asperitate etiam uestiū tenaci. Efficax contra ſerpentes, ſemine poto ex uino drachma: & contra phalangia. Sanguinis abundantiam ex uulneribus inprimunt folia imposta, ſuccus auribus infunditur.

De temperamento Aparines ex Paulo.

Aparine, quam aliq philanthropō, aliq omphacocarpon cognominat, mediocriter abſtergit & calefacit: habet autē & aliquid partiū tenuitum,

C De LAPP A M A I O R E.
 De Lappa maiore, quæ uocatur Bardana maior, prolixæ, sed admodum
 erudita est dissertatio apud Hermolaum Barbarum in Corollario Arcij:
 & nos in priori T O M O paulisper attigimus Rhapsodia. IIII. de Vngu
 la Caballina, olim exactam differentiam daturi horum omnium, id est,
 Vngulæ caballinæ, Personatiæ, Petasitæ, Arcij, atq; Arctij, ubi prioris To
 mi errata recognouerimus. Cætera ex Appendice, & Hieronymo pete.

Correctoriū
Autoris.

C De LAPP A quæ ῥάβδος græce uocatur, hi-
 storij D I O S C O R I D I S.

Xanthion aliqui Phasgation, alij Antithesion, alij Chascanon, alij
 Choeradolethon, alij & hanc Aparinem nominant, Latini Lappam.
 Nascitur laeto & pingui solo, & lacubus exiccatis, caule cubitali, angulo-
 so, pingui, prodeuntibus ex eo crebris alis. Folia Atriplicis habet insecta,
 Nasturtium odore imitantia, fructum grandis Oliuæ modo rotundum,
 & ut Platani pilula spinosum, qui contactu uestibus adhaerescit. Is ante
 collectus quam perfecte siccescat, tunditur, & fistili uase reconditur. Fla-
 uos autem facit capillos, si acetabuli instar tepida aqua madescat, mox ca-
 put nitro ante perfictum illinatur. Alij in uino tundunt, & ita asseruant.
 Semen aptissime tumoribus imponitur.

Explanatio Xanthij per H E R M O L A V M

B A R B A R V M.


Xanthion, & Phasgation uocatur a Galeno & Paulo, Phasganon a Dioscoride, Philan-
 thropos ab Aetio, nunc Lappa inuersa, & minor a nostris. Non uidetur quibusdam Xanthi-
 on ab Aparina superius descripta differre. Sed cur obsecro Dioscor. & Galenus, & cæteri di-
 uerfas habuere, duobus locis seorsum de his prodentes? Quid quod in omnibus græcis exempla
 ribus, Aparina ex interuallo stellata pingitur quasi Rubia? Xanthium multo aliter ostenditur,
 folio Atriplicis, uel ut quidam scribunt, etiam Solani.

B

Marcelli Vergilij alia distinctio Lapparum.

Plura Lapparum genera, folio, femine & natali solo diuersa: obseruatimq; a nobis est, quæ
 cumq; hamatis uncis, aculeatisq; & uestium tehacibus seminibus plantæ sunt, in græcis & lati-
 nis eodem aliquando nomine indicari: in illis Aparines, in nostris Lappæ. Quæ ueluti generis
 vox omnibus his est. Inter eas & Xanthion hæc est, numeratis ab hoc scriptore notis latis co-
 gnoscenda: sic dicta a græcis ὅτι ῥάβδος τρίχων πονεῖ, id est, fiauum capillum facit. Habet & alias
 appellatiōes, sed nobis parum certas, & ob id alijs relatas. Circa rusticas domos pingui ut hic
 ait, sed frequentius humido solo nascitur. Idq; est quod hic ait, arescentibus paludibus. Paludes
 enim appellat loca etiam, in quibus per hyemem aqua fuerit, æstate tiero aruerint. Omnia autem
 notarum quæ Xanthio huic a Dioscoride tribuuntur, nulla certior fructu eius est. Dico autem
 fructum Lappam, in qua semen est: quem figura grandis Oliuæ, & aculeatum hic describens,

f 2




D **M**ELILOTVM semper existimauit herbam illam Trifoliorum generis, cui nomen Steinflee, atque ea a multis annis ab hominibus medicæ rei peritis demonstrata nobis est: etiam si Simon ille lanuensis, idem videatur sentire: cuius uerba sunt. Melilotum, nomen compositum a melle, & loto, quod est Trifolium. Nam ipsum sine dubio videatur esse species Trifoliij: cuius flos est melini coloris. Et Dioscorides duas eius species asserit. Vnam, cuius odor est bonus, crocei coloris. Aliam, quæ magis Fœnogræco est similis. Et Plinius Sertulam campanam uocat. Hæclanuensis ille. Nos illam pinximus, quæ Fœnogræco similior est, sed minorem. Nam maiorem nescio quomodo neglexerit pictor, ut appingere eam non licuerit.

De Sertula campana locus est apud Dioscoridem libro tertio: ubi poterunt qui uolent, Barbari Corollarium, & Marcelli Vergilij Commentariū excutere. Meminit & Plinius.


corum T O M V S Secundus.

69


¶ De C A R D U I S,
R H A P S O D I A . XVII.



¶ De Carduorum differentijs necdum
nos explicare ualemus. Quare in aliud
tempus eorum descriptioes, & designa-
tiones reseruamus. Attigerūt tamē que-
dam de illis infra Leonicenus. P. Col-
linutius, Hieronymus herbarius, Iaco-
bus de Manlijs & reliqui, de quibus Ius-
dicem scrutari te uolumus. 3




Sehdystel.



f 2


72 S I M P L I C I V M Pharma⁹

Acetosa.



Saurampfer.

Vnifolium.



Einblatt.

¶ Hanc Delium quandam
nobis optarim explanare.

De Acetosa
require descri-
ptionem La-
pathi.

corum T O M V S Secundus.

73

¶ De Herba Trinitatis,
Sreyfali ḡeyt blūmlin.





¶ Trinitatis & herbam & florem uocatam uulgo
existimo, ob flosculos quos habet tricolores,
quibus nihil iucundius, nihilq; magis
admirabile. Quo autem ab Dio
scoride inscripta nomine
sit, necdum comperi.

M A L V A E.

Bappelen.

De Maluis lege Rhipioiam. xxxv. supra Tomo
priore, folio. 197. a.
Genßbappel.





Malva esculenta.

Rosshäppchen.

Sigmars a nrg, Herbam Simeonis, quere supra
Tomo priore, Rhapsodia, XXXV. folio. 197. b.



corum T O M V S Secundus.

77

¶ De NASTVRTIO,
RHAPSODIA .XX.

¶ Nomenclaturæ.

Græce, νάστυρτιον ονομάζεται οὐσία.

Latine, Nasturtium, Cardamum,

Cynocardamum.

Teutonice, Bressen.

¶ Descriptio Nasturtij ex P L I

N I O lib.19.cap.8,&
lib.20.cap.13.

A S T V R T I V M nomen accepit, a
nariū tormento. Et inde uigoris significatio, puer
bio id uocabulum usurpauit, ueluti torporem ex
citantis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur g
gni. Duo eius genera, album, & nigrum.

Ex Corollario B A R B A R I de


Nasturtio.

Nasturtium die quinto enascitur: duorum generum, mite, ac
sylvestre. Prioris quoq; ratio duplex; albi, & nigri. Nomen ei ana
sturtium tormento, uigoremq; uel prouerbio significat, iubente Na
sturtium mandendum inertibus, quasi torporē exciret, animum
q; obuacuet, contra uenerem inhibeat: q; q; Dioscorides accendi
eam putet. Miræ amplitudinis in Arabia dicitur gigni. Nasturti
um herbis reliquis succum adimit iuxta satis, quod et apud Arist
ophanem poëtam legitur. Hanc Græci non modo Cardamum, sed
etiam Cardamida uocant, ut Galenus inquit, & Hippocrates Sau
ridion, a Sinapis, quod & Saurion dicitur, similitudine. Milesium
Nasturtium ueteribus laudatissimum fuisse, Iulius Pollux autor
est. Persas id cū sale mensis apponere solitos, celebre est, cum prin
cipio frugalitatem amplectent, mox aucto imperio, in omne ge
nus luxus prolapsi.

De ratione nominis Nasturtij

ex M. V E R G I L I O.

Eius plures quondam, ut uidetur, appellations fuerunt: sed
omnes ex eodem principio, & ab eadem Cardami appellatione,
excepta Hiberide, quæ agreste Nasturtium est, ut in. i. uolumine
diximus, ubi Diſcoridis commentationes hæ irrepserunt. Cy
nocardamon enim, & Cardamantice solo nominé statim Carda
mon indicant. Hiberis vero, ut hic paulo ante dixit, & ut nos au
tore Paulo Aegineta tunc confirmauimus, agreste Nasturtium
est. Has ipsas uoces omnes, Apuleius etiam in Cardamo num
eravit in uicem sibi ideo respondentes, quoniam inter satiuum &
agreste Nasturtium maxima similitudo partium & uirium omni
um sit. Ob eamq; cauſam uagis appellationibus inter se utun
tur. Notum nunc olus ubiq; Nasturtium est. Contra ueñenata
præcipue usus eo Nicander: usus & hic ipſe cōtra Cenchridis ue
nenum, quemadmodū tunc copiosius docebimus: usus & Pau
lus Aegineta, Græcorumq; medici omnes totiens, & in tam mul
tis, ut non contemnendam medicinæ partem solum Nasturtium
expleat.



Hiberis.

g

C

De satu Nasturtij ex P A L L A D I I mense
Februario.

- Hoc mense Nasturtium constat, & omni tempore esse ponendum lo-
co quali placebit, & coelo. Fimur non desyderat. Humorem quamuis di-
ligat, tamen deesse non curat. Si cum Lactuca seratur, nasci fertur egregie.

P L A C I T A Barbarorum de Nasturtio.

Historia N A S T U R T I I secundum S E
R A P I O N E M. Cap. 358.

Nasturtium est triplex: scilicet Commune, notum. Secundum Nasturtium tectorum. Er-
tium orientale Nasturtium. Nasturtium tectorum, est planta habens folia stricta, longa duobus
digitis, & in summitate acuta, scissa, & pinguia, quæ extenduntur super terram: & habent in me-
dio uirgam subtilem, longam palmis duobus, habentem parcos ramulos, super quos suntue-
luti pili, habentes summitatem depressam, in quibus est semen latum, simile semini Nasturtii;
cuius figura est sicut figura Rutellæ fusæ, ita est depresso: & ideo græce appellatur rādōs, eo
quod significat lingua græca depresso. Et habet florem, cuius color declinat ad albedinem: &
nascitur in uñs, siue parietibus domorum. Nasturtium orientale, est planta longa circa duo bra-
chia, habens ramos subtiles & multos, in quibus sunt folia, a duobus lateribus, similia folijs Sel-
taragi, nisi quia sunt albiora, & molliora: & in summitatibus ramos sunt capitella, similia ca-
pitellis plantæ Actis. & habet flores albos.

Sententia P A N D E C T A R I I de Nasturtijs.

Nasturtium multorum generum est. Est enim quod Cardamū dicitur uulgatum, & cfr Na-
sturtium aquaticum, uel Babylonicum, quod Latini uocant Senecion, uel Apīu aquæ, uel Car-
damum agreste, de quo est apud Serap. cap. 31.

D E Cardami temperamento.

Cardami semen potentiae est urendi, sicut Synapi.

Vires eius & iuuamenta ex Dioscoride.

D Omnia semen est acre. Excalfacit, Stomacho aduersatur. Aluum tur-
bat. Tineas excutit, Lienem imminuit. Partus exanimat. Vrinam cit. Vc-
nerem stimulat. Synapis & Erucae simile intelligitur. Lepras & impetigiz-
nes abstergit, illitum cum melle, lienem extenuat. Fauos expurgat. Pule-
monum uitia extrahit, sorbitonibus incoctum. Serpentium uenenis po-
tum resistit, atq; eas suffitu fugat. Capillorum defluvia cohabet. Carbunc-
culos ad suppurationem perducit & rumpit. Coxendicibus cum polen-
ta commode ex aceto illinit. Tumores collectionesq; discutit. Emittit fu-
runculos, illitum cum muria. Herbæ ad omnia eadem, effectus licet minor.

Ex P L I N I O de eodem.

Nasturtium Venerem inhibet. Animum exacuit. Aluum purgat. Detrahit bilem, potum in
aqua decem denariorum pondo. Cum lomento strumis illitum, opertumq; Brasifca, præclare me-
detur. Nigrus capit is uitia purgat. Visum clarificat. Cōmoras mentes fedat ex aceto sumptu.
Lienem ex uino potum, uel cum fico. Tussim ex melle si quotidie ieuniū sumat. Semen ex uino
omnia intestinorum animalia expellit, efficacius addito Mentastro. Prodest & contra suspiria,
et tussim cum Origano, et uino dulci. Pectoris doloribus decoctum in lacte caprino, Panos dil-
cutit cum picea extrahitq; corpori aculeos, & maculas illitum cum aceto. Contra carcinomata
adijicit ouorum album. Et lienis illinitur ex aceto. Infantibus uero e melle utilissime. Scili-
us adiicit hoc serpentes fugare, scorpionibus resistere. Capitis dolores contritum, & alopecia
emendare, addito synapi, grauitatem aurium trito imposito auribus cum fico. Dentium dolo-
res infuso in aureis sueco. Porriginem, & ulceram capitum cum adipe anserum. Furunculos conco-
quit cum fermento. Carbunculos ad suppurationem perducit & rumpit. Phagedænas ulceri
expurgat cum melle. Coxendicibus & lumbis cum polenta ex aceto illinitur. Item licheni. Iter-
ro ad omnia effectus maior.

Ex PLATINAE lib. i. de Honestate uoluptate.

Hoc, ut peculiari cibo Persæ utebant, ut inquit Xenophon, qui sub Cyro militabant. Nimirum usus eius usus, & Eruca nocet, moderatus prodest. Nam & animum exacuit, & aluum purgat, ac bilem detrahit. Valet item ad plurimos medicinarum usus.

A

Nasturtium
Persarum mi-
litum cibis.

Ex PLATINAE lib. i. de Honestate uoluptate.

Nasturtium est calidum & siccum in quarto gradu. Semen eius præcise competit usui medicinæ. Vnde cum reperitur eius receptio, semen debet poni, non herba. Semen collectum, in multa efficacia per quinque annos seruatur. Herba uidetur esse magnæ efficacie: exiccata modice, uirtus tem habet dissoluendi, & consumendi, ex qualitatibus suis.

Contra paralysim linguæ ualet, semen masticatum, & in ore tentum. Humiditates etiam aliorum membrorum, & cerebri præsertim desiccat, comesta, uel in sacculo superposita.

In lethargia fit sternutamentum ex puluere seminis eius.

Viam relaxatam siccatur gargarisma eius, & sicuum siccatur. Contra illas passionem, ex trigida caussa semen eius in saccello, & in uino decoctum superponitur.

Ad eadē, & contra stranguriam, herba ipsa decocta in uino & oleo supponitur. Egressum anum reprimit puluis seminis illitus.

(ponitur.)

Ex VIGONIO.

Nasturtium est calidæ & siccæ complexionis in tertio. Et uirtus eius est maturare apostemata frigida. Et semen eius cum aceto decoctum dissoluit strophulas.

Ex APULEIO.

Ad capitis uitia, et porriginæ, & furfures herbæ Nasturtij semen mixtum cum adipe anserino, & tritum inunge.

Herbam Nasturtium, & Pulegium ex aqua decoctum, bibere dato, emendabis & discuties cruditatem.

Aqua Nasturtij tumores gingivarum reprimit. Et lumbricos uentris intermit, Parotidas mire sanat, & uariolas.

De Altero NASTVTO, scilicet Aquatico.

Coliculus cubitalis Senetio est, quadamteius rubens, contiguis in Diosc. lib. 4: uicet, exiguisq; folijs Eruca modo in extremitatibus incisuris diuisis, sed longe minoribus quam Eruca, Lutheis floribus, cito dehiscentibus, & in pappos desistetibus. Vnde & ἡγιέσθω dictū est, quod uere scilicet, flores humani capilli modo in eo canescant, Radix illi est inutilis. Nascit plarū circa urbes, & oppida, in aggeribus murorū & septis. Postiores fere omnes aquaticum Nasturtium interpretantur. Et Germanice, *Buntressen*.

VITERBII eius & Iuuamenta.


Refrigerant cū folijs flores: eāq; ob caussam imposita utrāq; simul emplastri mō per se, aut ex uino dulci testiū, & sedis inflammatiōes sanāt. Cū thuris aut polline, nō alijs tñ uulnerib. cunctis, sed neruorū etiā medenī.

Possunt idē præterea per se Senetionis pappi, ex aceto emplastri modo impositi. Recentes contra poti strangulant.

Totus enim caulis in aqua elixus, mox in mulso potus, biliosos stomachi dolores sanat.

80 S I M P L I C I V M Pharm^a

Menta.



Mentha.

corum T O M V S Secundus.

81

¶ De M E N T I S,
R H A P S O D I A .XXI.

A

MENTARVM differētias omnes, nemo rectius distinxit Hiēronymo herbario, cuius infra Commentariorum consule, a calce Appendixis,

Mentæ nomenclaturæ secundum
Dioscor.lib.3.

Hediosmon satium alijs Mintham, alijs Calaminthan, Latini Mentam
vocant, alijs Nepetā, Aegyptij Tis, alijs Perxo, alijs Macetho. Cognita hers-
ba est, Calfaciendi, adstringendi, atq; exiccandi uim habet.

Mentina lib. Obsoniorum.

Menta suauissimi odoris herba est. Hanc fuisse puellam a Plutone amaram, ferunt poetae,
versamq; in herbam sui nominis a Proserpina, cuius pellex erat. Hinc præterea Mentulam di-
stam, quasi donum amorum, uel quasi meritā, uel quod mensam grato odore percurrat. Excī-
tat enim hæc herba, propter inflammationem & humiditatem, demortuam Venerem. Hanc
ob rem crediderim, ueteres exercitus duces uetusse militem, quem castum uolebant, unde et ca-
stra sunt dicta, hac herba uesci. Appetentiā inducit Menta, & obesos a morsu crescentia conseruat.
lætum corredit, stomachum iuuat, lumbricos interficit. Contra morsum canis rabiosi ualeat
plurimum. Seritur Menta æquinoctio uerno: melius tamen surcula uenit quam semine. Humi-
do minus gaudet. Aestate uiret, hyeme flauescit. Semel sata, diutina ætate durat. Est & Menta-
strum, sylvestre genus, quod ut Vitis propagatur.

Virtutes
Mentæ.

De M E N T A E temperamento ex Galeno.

Hedyosmos, alijs uero Minthen odoratam nuncupant. Est enim & alia quædam Mitha nō
odorata, quam Calaminthen appellant. Vt traçq; gustu acri, & facultate calida est, ex tertio ordi-
ne excalfacientium. Infirmiter est tamen Menta odorata quam Calamintha, minus excalscit.
Vt autem in uniuersum dicam, hæc ceu sylvestris quædam est, illa ceu domestica. Quam obrem
sane, ob eam quæ ex cultu accedit humiditatem, medio criter item ad Venerem excitat: id quod in Calamintha
omnibus accidit quæ humiditatem semicostam, & flatuosam continent. Ob talem ipsius her-
bæ temperaturam, in abscessibus ea quidem cum polera mista utuntur: id quod in Calamintha
facere nequeas: propterea, quod ualentius tum excalfaciat, tum desiccat, quam id genus pos-
sint. Habet uero etiam quiddam amarum in se & acerbū. Illa quidem lumbricos interficit, a-
cerbitate uero si cum oxycrato bibatur, recentes sanguinis refectiones reprimit. Substantia est
ut si qua alia herba partium tenuium.

V I R E S eius & iuuamenta ex Dioscoride.

Sistit sanguinem, poto ex aceto succo. Tineas in uentre teretes enecat.
Venerem stimulat. Singultus, uomitiones, cholerasq; sedant, terti ramu-
li cum acidū granati succo poti. Suppurationes discutit, si cum polenta il-
linatur. Imposita fronti, capitib; dolores mulcet. Mammas si tendant, aut
lacte turgeant, compescit. Cum sale, canū morsibus illinitur. Aurium do-
loribus cum aqua mulsa subuenit. Vuluæ ante coitum admota, concæpti
oni resistit. Linguæ scabriem conficta lœuigat. Coire lac, densariq; in
caseum non patitur, si folia potionibus lactis immergant. In summa, sto-
macho utilis est. Et in condimentis peculiarem gratiam habet.

Verba P L I N I I quæ supra mutuatus est Pla-
tinæ lib.19.cap.8.

Eodem tempore seritur Menta planta: uel si nondum germinat, sponsa-
gia. Minus hæc humido gaudet. Aestate uiret, hyeme flauescit. Genus ei-
us sylvestre Mentastrum est. Ethoc propagatur ut uitis, uel si inuersi ra-
miserantur. Mentæ nomen suavitatis odoris apud Græcos mutauit, cum

C alioquin Minta uocaretur, unde ueteres nostri nomen declinauerūt. Gratio Menta mensas odore percurrit in rusticis dapibus. Semel sata, diutina ætate durat. Congruit Pulegio, cuius natura in carnarijs reflorescens sappi us dicta est. Hęc quoque seruantur simili genere, Mentam dico, Pulegium, & Nepitam.

Ex PLINIO lib. 20. cap. 19.

Mentæ ipsius odor animum excitat, & sapor auiditatem in cibis: ideo in mammarum mixtura, familiares ipsæ accessere, ut coire, densareque lac non patientur. Quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur. Data in aqua & mulso, eadem ui resistere & generationi creditur, cohibendo genitalia densari. Aequem maribus ac foemini sifit sanguinem, et purgationes foeminarum inhibet. Cum amylo ex aqua pota, cæliacorum impetus, syriation, & uomicas uuluae curauit. Illa & iocinæ nerum uitia ternis obolis ex mulso datis. Item sanguinem excreantibus sorbitonem. Ulcera in capite infantium mire sanat. Arterias humidas siccat, siccas adstringit. Pituitas corruptas purgat in mulso & aqua. Voci succus sub certamine utilis duntaxat, & qui gargarizatur uua tumente, adiecit. Et a ruta & coriandro ex lacte. Ut ilis & contra tonsillas cum alumine, lincuæ asperæ cum melle. Ad conuulsa intus per se, uitiosaque pulmonis. Similis gultus & uomitiones sifit cum succo granati, ut Democritus monstrat. Recentis succus narium uitia. Spiritus subductos emendat. Ipsa trita choles in aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus. Illeum etiam impensis cum polenta, & si mammæ tendantur. Illinitur & temporibus in capitis dolore. Sumitur & contra scolopendras, & scorpiones marinos, & ad serpentes. Epiphoris illinitur, & omnibus in capite eruptionibus sedis uitios. Impetigines quoque, uel si teneatur tantum, prohibet. Anibus cunctis mulso instillatur. Aiunt & lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne uelz latetur: si is qui momorderit, dicat se lieni mederi, per dies nouem. Arida quoque farinæ tribus digitis apprehensam, & stomachi dolorē sedare in aqua, & similiter aspersa in potionem, uentris animalia expellere.

APULEIUS de Menta.

Ad ignem sacrum herbæ Mentæ succus expressus, adiecto sulphure et aceto de penna inunctus, sine mora dolorem sedat.

De Mentastro secunda specie Mentæ,

Ex Dioscoride lib. 3.

Sylvestrem Mentam Latini Mentastrum uocant, hirsutiore folio, & prorsus maiore quam Sysymbrij, grauiore odore. Quare minus ad fano sum usus expetitur.

De CALAMINTHA, tertia specie Mentæ.

Ex DIOSCORIDES Libro Tertio.

Ex Calaminthæ generibus, quædam montibus familiaris, folia Ocimi habens, incana, surculos aridos, & caules angulosos, purpureum florem. Altera Pulegio similis est, sed maior. Quam sylvestre Pulegium idcoap-

pellarunt, quod odore ipsum æmuletur. Nepetam Latini uocitant. Terz A
tia Mentastro cognata est, folijs oblongioribus, caule & ramis maioribus
quam superioris, sed uiribus inefficior. Qmnia folia gustu feruentia
& acria. Radix superuacua. Nascit campestribus, asperis, & aquosis.
Potu, aut illitu demorsis a serpente opitulatur.
Decoctum potu menses & urinas expellit.
Ruptis, conuulsis, orthopnoeæ, torminibus, cholerae, rigoribusque

auxiliatur.

Regium morbum expurgat.

Præsumpta in uino uenenis resistit.

Tineas, cæteraque interaneorū animalia, cum sale & melle pota, enecat.

Nec secus cocta, crudiae si teratur.

Elephanticos esitata adiuuat, si postea serum lactis ebibatur.

Folia detrita si in uellere subijciant, menses extrahunt, & partus enecat.

Accensa, aut substrata serpentes fugant.

Nigris cicatricibus candorem reddunt, in uino cocta & illita.

Suggillata tollunt.

Calamintha ischiadicis imponitur, ut concretum hæmorœ euocet, sum-

mam cutem exurens.

Vermes necat succus auribus instillatus.


Ex BARBARI COROLL.

B
Calaminthā, nostri fere Nepitā appellant, etiam si Dioscor, speciem eius unā priuatim Nepi tam uocari tradat. Prorsus tanta inter Mentam, Mentastrū, & Nepitā societas est, ut mirū non s. misceri qñq ab autoribus earū & spēs & noia. Aliogn & qd modo Pulegiū officinis & ruribus uocā, haud plane scias Calaminthæ genus sit, an uerū Pulegiū. Nepitā etiā non sata nascit. Calaminthā grece Κερά quoq dicitā fuisse, testis est Strabo; qui noñulos scribit existimare, Lacede moniā ab Homero non Cætoessam a magnitudine, sed Cæteressam a Calaminthæ copia uocari.

E X M. V E R G. C O M M.

Congenerem aliqui, similem tantum aliqui Menta Calaminthem, quam nos Nepetā diximus, in græcis fecerunt. Subscribitque illorum sententiae, nomen quod coniunctam sibi habet Mentam. Habent contra posteriores illi figuram, qua Menta similem faciunt: naturam uero & uires, qui sui generis herbam esse dicunt. Triplicem hanc Dioscorides ait: diuersisq notis inueni separat, sed nō facile cognoscendis: tanta trium generū similitudo est. Plinius unum tantū constituit genus lib. 20. cap. 14. Nepetamq id uocat. Nicander in theriacis suis duo tantū, & alterum: haud sane, quia montanā Calaminthē ille dicat, sed cum aquaticā & riguis gaudentē dixit, prout signasse genus uidetur: cui diuersum montanū, & in siccis nascēs sit. Versiculi eius sunt. οὐ ποταμοῖο πολλυπέργαχοι καταδίνωσιν δηλόντες καλάμινθον ὅπερι χαιτώτασσαν. πολλὴ γάρ λεύσι παρά την θυρίν τηλίκην ἔρεται. ἀγριαύλοσιν ἀγαλλομήνη ποταμοῖσιν. Quorum sensus est. Surrito tunc circa resonantis fluminis uortices comosam frondentem Calaminthem. Copiosa enim prope aquarum scatebras, & circa labra earum nascitur, fluminibus gaudens. Ex quibus pro comperto habendum est, Nicandro duo haec tantū genera esse, locis in quibus nascuntur distincta. Hic tandem ex foliorū, ramulorum, florum, & odoris diuersis notis sua genera separat. Non facile, ut diximus, inuenienda & cognoscenda: tanta est nataliū mixtura, & naturæ cognatio. Apuleius, quicq ille fuit, in cōmentario, qd de aliquot herbis reliquit, Nepetā hanc ait montanam Men-

tam a græcis dici, a Magis sanguinem Hammonis, ab Italīs Nepetam montanam.



Sunt qui uelint hanc herbam Saniculam dici minorem.
Teutonice, Kleiner/oder Wylder Sanickel.
Maior descripta est Priore Tomo folio. si.




Sanguinaria.
Blütfraut.

¶ Sunt herbæ non paucæ, suntque radices, sunt lapides et gemme, que singula Sanguinaria dici possunt. Hæc tamen herba uulgo Sanguinaria uocatur: nam rubet, & succus eius ut purpura tingit. Alias Soldo-
nella, Nascitur stercorarijs.

Raponeoli.


82

Kapünglin.





Artemisia.
Buck.
Herba hęc
descripta est
supra Tomo
priore, fol.
285.a.



Tanacetū

¶ De P O L Y P O D I O ;
R H A P S O D I A . XXII.

A

¶ Nomenclaturæ.

Græce, πολυπόδιον.

Latine, Filicula. Felix arbor.

Germanice, Engelsb. Baumfar.

¶ De ratione nominis ex M. V E R E**G I L I I Commentarijs.**

Folia Romanis Filiculam, Græcis pilosæ cauernosæq; acetabulorū modo radices Polypodium fecerunt: exiguam herbam: ideoq; diminuto nomine ab utraque gente appellatam. Folia enim (quod hic Theophrastus, Plinius, latinizq; & græci fere omnes testantur) Filici similia habet: radices autem pilosas, minimi dīgitī crassitudine. Sed quod marinis Polypis cognominiem plantam fecit, per longitudinem certis interuallis dispositi concaui tumores, eadem specie & naturæ usu quo in polypis acetabula uidentur, fuerunt. Neq; enim a multitudine pedum, quos nullos habet ut polypum, Polypodium græci herbam nominauerunt, sed quoniā polypo, qua diximus nota similis est, sic quondam vocata fuit: nulla alia q; exigui polypi significatione. Diminutum siquidem a polypo nomen Polypodium est. Facile intelliget quod dicimus, qui oculatus testis radice eius fuerit. Videbit enim qualem nos diximus crassitudine, & uillositate radicem: mox in ea apertos & concauos tumores quoddam, quibus nititur et hæret: non aliter q; in mari polypi acetabulis suis hærent, fugient, & quæ cooperunt tenent. Qualia autem Acetabula sint, & unde ad multas naturæ partes id nomen transierit, in Acetabulo herba, & alibi longius diximus. Idque est quod Plinius uicesimo sexto uolumine ait. Radix crassitudine dīgitī minimi, acetabulis cauernosa, ceu polyporum cirri. Feli ci descriptione usus, rei quam ante eum Theophrastus, & hic scriptor iisdem fere uerbis tradiderant. Theophrasti uerba libro nono de planta rum historia sunt, quo loco de radicum diuersitate agit, hæc. οὐ πολὺ τοδίον δασταῖς ή ἔχουσα ποτυλιθόνας, ὥστεράι τοῦ πολύποδος πλεκτάναι, καταγέδε κατώ. φύλλον ἔχει ὄμοιο τὴν πτερίδην μεγάλην ἡ φύεται εν ταῖς πέτραις. Quorū sensus est. Pilosa autem Polypodij radix, acetabula habens, qualia polyporum cirri habent: purgat per inferna. Folii maiori Filici simile habet, et in petris nascitur. Hic non tam manifeste rem descripsit: sed cum dixisset habere Polypodij radicem cirros polypo similes, cogitanda lessentibus reliquit acetabula: quæ necessario eos sequuntur, & sine quibus illi enim tota polyporum flagella sunt: hæc autem in flagellis & cirris his cauernosæ concavitates, quibus id animal nititur, apprehendit, & apprehensa exsugit. Et hæc tota Polypodij nominis ratio in græcis, & cauera fuit. Romani, quæ certius & in aperto magis erant folia contemplati, Filiculā vocauerunt. Testaturque id Plinius, eodem loco dicens. Detrahit bilem Polypodium, quam nostri Filiculam uocant. Similis enim Filici est. Sed

Cirri
Acetabula.

h

C multo certius ante eum. M. Cato operis sui de re rustica capite centesimo quinquagesimo octavo, qui cum familiam rusticam diceret, quomodo aluum de hinc oporteat, plura simul coqui iubebat: frustū de perna Brasicae, & Betæ, cum radice sua coliculos tum Filiculæ paulum, Polypodium hanc intelligens: cui, testantibus id cunctis alijs, egregia in purgando uis est. Polyrhizon, id est, multiradicem uocari hic etiam ait, ut paulo ante diximus, a copia radicum: quod nomen accreuisse nos illi credimus ex pilositate eius. Nasci in petris tantum Theophrastus ait. Omnes alij tamen ultra petras in arborum, præsertimque quercum truncis prouenire etiam tradiderunt. Probantque officinæ, ex quercu magis, & ex petris, aut alijs arboribus. Plinius sub arboribus uetus nasci ait. Cæteri uero in, non sub arboribus. Addidit ille tamen uetus statem necessariam Polypodiæ natibus. Inter corticis enim rimas nascitur, quas uetustiores tantum arbores amissio iuuentutis humore & laeuore ducunt.

Descriptio Polypodiæ ex Dioscoride lib. 2.

Polypodium aliqui Scolopendrion, alij Pterin, alij Polyrhizon, Latinum Filiculam uocant. Nascitur in muscosis petris, & uetus arborum cibus, præsertim Quercum, palmi altitudine, Filicis similis, sub hirsuta, non tenui perinde diuisura. Radix pilosa, in qua continentur cirri, ceu polyporum, crassitudine digiti minimi, coloris intus herbacei, austera alijs

D quantum, & gustu subdulcis.

Descriptio eius quæ Dryopteris uocatur,

priori non absimilis, ex eodem

Dioscor. lib. 2.

Dryopteris aliqui Pterion, alij Nymphæam Pterin nominant. Nascitur in ueterum roborum musco, Filicis similis, multo minore foliorum incisura, radicibus inuicem implexis, hirsutis, gustu acerbis, in dulcedinem uergentibus.

Textus Plinij de utraque lib. 27, cap. 9.

Filicis duo genera, nec florem habent, nec semen. Pterin græci uocant, alij Blechnon: cuius ex una radice quamplures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, non graues odore. Hanc marem existimant. Alterum genus Thelypteris Græci uocat, alij Nymphæam Pterin. Est autem non singularis atque fruticosa, brevior, molliorque & densior, folijs ad radicem cananiculata. Vtriusque radice sues pingueſcunt. Folia utriusque laterib. pinnata, unde nomen græci imposuere. Radices utriusque longe in obliquum, nigrae, præcipue cum inaruere. Siccaria autem eas sole oportet, Nascuntur ubique, sed maxime frigido solo. Effodi debent uergilijs occidentibus. Vtius radicis in trimatu tantum, neque ante, neque postea. Pellunt interaneorū animalia. Ex his tineas cum melle. Cætera ex uino dulci triduo potæ. Vtius stomacho inutilissima. Alium soluit, primo bilem trahens, mox a quaque melius tineas cum scâmonij pari pondere. Radix eius duum oblongorum pondere ex aqua, post unius diei abstinentiam bibitur, melle præ-

gustato contra rheumatismos. Neutra danda foeminitis: quoniam graui^z A
dis abortum, cæteris sterilitatē facit. Farina earum ulceribus tetris insper-
gitur. Iumentorum quoq^z ceruicibus. Folia cimicem necant, serpentem
non recipiunt. Ideo substerni utile est in his locis suspectis. Vistæ etiam fu-
gant nidore. Fecere medici huius quoq^z herbæ discrimen. Optima Mace-
donica est, secunda Cassiopica.

De temperamento Filicis ex G A L E N O

lib. 8. Simplicium.

Filix radicem habet maxime utilem. Latum enim lumbricum interficit, si quis eam quatuor
drachmis in melicrato ebibat. Ad eundem modum partum uiuum quidem necare, mortuum
autem ejcere, mirum non est. Est enim amara, paulum habens adstrictionis. Quamobrem ul-
ceribus imposita, uim habet ualentem desiccandi. Non tamen mordax est. Similem uim habet ei-
Thelypteris nominata.

V I R E S & Iuuamenta Polypodiū ex

Dioscor. lib. 2.

Purgandi uim habet. Coquitur cum gallina, aut piscibus, aut Beta, aut
Malua ad aluum soluendam.

Aridæ farina aquæ mulsa insparsa, detrahit bilem & pituitam.
Trita luxatis efficaciter illinitur, & aduersus digitorum fissuras.

De D R Y O P T E R I.

Dryopteris Psilotrum est cum radicibus trita. Illinitur enim primum,
usc^z dum sudorem euocet: mox sudor abluitur, & recens imponitur.

¶ Genera Filicis quatuor.

De Filicibus hactenus ex scriptorum sententia. Penitus uero rem no^z B
bis expendentibus, Quirinus & peritus, & fidedignus herbarius, quatu-
ornobis eius genera demonstrauit. Primum Polypodium Engelsfū. Se-
cundum Dryopterin, Klein Waldfar/oder Eychfar. Tertium sylue-
strem Filicem altitudine quatuor, aut sex cubitorum, locis nemorosis pro-
uenientem. Teutonice, Groß Waldfar, & Quartū Saxifragi generis,
teuto. Roter Steinbrech/oder Maerpfeffer/oder Steinfar genant,
que fere omnia in folijs, et herba ipsa conueniunt, tantum in radicibus ua-
riant: quarum singulas & uidimus, & gustauimus. Nam Polypodiū dul-
cis est, Dryopteris acerbior, sylvestris amarior: tanti dulcoris, ut propte-
rea sues, qui illa afficiuntur, omnem etiam circa terram subruant, quo eis
uesciliceat. Quinta quoq^z species, quam supra sub Tanaceti nomine de-
scriptissimus in priore Tomo, nescio an in hoc album referri debeat. Sunte
nim qui & hanc Filicem uocant, & uulgari nomine Reynfar.

Supra priore
Tomo, fol.
160. & seq.

C



¶ Des A L V I A,
R H A P S O D I A .XXIII.

¶ Nomenclaturæ.

Græce, ἡλιόφακτος. ἡλιόβοσκος.

Latine, Salvia. Elaphoboscus.
Germanice, Salbey.

SALVIA, ut inquit Hermolæus Barbarus, sic dicta est. tum quod salutaris est, et multis accommoda morbis: tum quod ad prolem facit cipiendam. Nam in Aegypti inquit Copto, multis pestilentia sublati, auctæ sunt mulieres, huius herbæ succo ad conceptum uti.

Saluiam esse Tussilaginis alteram speciem, ideo libenter Dioscoridi,

D Plinio, & Apuleio credimus, quia foliorum canicies, rugæ, redolentia, & reliqua notæ respondent. Quamq; quæ sit illa uera ac genuina Tussilago, mihi certe compertum non est. Nec id mirum. Nam flore & caule confestim ubi apparuerit, exuitur, disperitq; e cōspectu. Quod autē ab Thicio phrasto Sphacelo comparatur, cuius quidem species ab ipso creditur, & deo nullam pugnantiam habet, quia nihil obstat, unam & eandem herbam, diuersis alijs in figura & similitudine posse & equiparari: ut pulchritu etiā adnotauit Marcellus Vergilius. Sed iam autores ipsos potius loquentes audiamus.

Saluiæ διπλη ex Dioscoride lib. 3.

Saluiæ frutex est ramosus, longus, uirgas habens quadrangulas, et canas: folia mali cotonei effigie, sed longiora, asperiora, crassiora, et quasi simil attritarum quasi uestium scabrikiem referant, hirsuta, subalbida, per quam iucundo odore, sed graui. Semen sumis in caulis sylvestri Ormio simile gerit. Et in asperis nascitur.

S A L V I A Pliniana lib. 22, cap. 25.

Nostrī qui nunc sunt Herbarij, Elelisphacon Græce, Latine Saluiam uocant. Mente similem, canam, odoratam. Plura lege lib. 26, cap. 6.

Comparatio S P H A C E L I, et Saluiæ,
ex Theophrasto lib. 6, cap. 2.

Sphacelus, & Salvia inter se distant, quasi alterum urbanum, alterum genus sylvestre dixeris. Sphacelo foliū leuius, contractius, minusq; squalens; Saluiæ scabrius.

Apuleius de S A L V I A .

Quidam græcorum Cission, siue Ciosmin, alijs Elisphacon appellauntur, Saluiam, alijs Tussilaginem vocant. Eleisphacos agrestis grauioris est odoris: usualis uero, quæ est bo*m*i odoris ac leuior*s*, Saluia uocatur. Est igitur frutex, siue sarmentum in longitudinem porrectum, subalbidu*m*, virgis maioribus, folijs paulo asperis, odoris boni: et fructu sine semine in summitate ramorum similius, minor agresti. Nascitur asperis locis. Et est uirtus redarguentis cum acrimoniam: quæ deniq*z* pro Dictamno uenenum saepe ejicit.

De S A L V I A E temperamento

ex Gal. lib. 6.

Eleisphacos euidenter excalfacit, ac leuiter subastringit.

V I R E S & Iuuamenta ex Dioscoride.

Menses cit, & urinas decoctum foliorum, ramorumq*z* potum.

Partus extrahit.

Pastinacæ marinæ iictibus auxiliatur.

Vulnorum sanguinem cohibet.

Tetra ulcera purgat.

Testium pruritus sedant rami, folia si decoctione foueantur.

Addit Plinius, quod ulceru*m*, & auru*m* uermes quoq*z* extrahit.

Nec alia fere Serapion Arabs.

Ex A P V L E I O .

Ad pruriginem circa anum Saluia decoquitur, & de ea aqua inferiores partes fomentantur: & sedat pruriginem summe.

Ex Macro, quæ in Dioscor. non habentur.

Salvia, cui nomen Eleisphacos est apud Argos.

Cum multa lecoris prodest potata querelis.

Cum uino succus tepidus sumitur huius,

Compescit uentrem, tussim, lateriscq*z* dolorem.

Ex P L A T I N AE obsoniorum lib. 3.

Saluia calida et sicca, in multis condimentis utimur. Nec mirum, cum herba sit salutaris. Nam et contra paralysim ualet, & dentibus illita prodest, et serpentum uenenosos morsus sedat.

¶ E V P A T O R I I descriptionem, si libet, huc referas, quam habes supra eodem Tomo, fol. 31.

C

• **E** De V A L E R I A N A,
R H A P S O D I A . XXIII.

C Nomenclaturæ.

Græce, φοῦ, ἄριξις νάρδος.

Latine, Valeriana. Amantilla. Herba benedicta.
Valentiana.

Germanice, Baldrión. Zennenmarc. Bazenfraut.

C Descriptio P H V ex Dioscoride
lib. Primo.

PH V, quod aliqui sylvestre Nardum appellant, nascitur in Ponto, folio olusatri, aut Elaphobosci, caule cubitali, aut altiore, leui, cauo, molli, in purpuram uergēte, geniculis intercepto. Floribus Narciso proximis, maioribus, teneris, & in albicāte purpureis. Radice superius ad digitinū noris crassitudinē, ex obliquo uilloſa, in nigri Veratri, aut lunci odorat modū, capillamentis inuicem contextis, flauescētibus, odoratis, cum quadam odoris grauitate Nardum æmulantibus.

E X M . V E R G . C O M M .

QVam pro Dioscoridis Phu, ætatis nostræ Herbarij ostendunt. f. Valerianam herbam, longe minor ea est quæ ab hoc scriptore describitur. Nec omnes omnino utriusq; inuicem fibri respondent noræ, quæ tamen præcipue a Dioscoride numerantur, conuolutæ glo-

Dmeris modo, & ut Plinius ait, uilloſæ radices, earumq; Nardi odor, & albicans in caule purpurea in nostra pariter sentiuntur. Credimusq; nos, ut in animalibus etiam sit, quæ non eadem modo corporis, ingenijq; sui natura ubiq; nascuntur, in alieno orbe celi, aut terræ beneficio, Phu hanc proceriorem nasci. Quoniam & in nostro orbe cubitalis aliquando uisa fuerit.

De Temperamento P H V ex G A

L E N O lib. 8.

Phu odorata quadammodo est huius herbae radix, Nardo uiribus finillis, sed tamen ad pleraq; infirmior. Vrinam mouet plus quam aut Indica, aut Syriaca Nardus, perinde ut Gallica.

V I R E S & Iuuamenta ex Dioscor.

Excalfacit.

Vrinam mouet, si sicca potui detur.

Decoctum eadem præstare potest.

Ad lateris etiam dolorem efficax.

Menses ciet.

Antidotis inseritur.


Adulteratur radice Rusci ammista: sed maleficiū deprehenditur, quoniam hæc dura est, & frangenti contumax, sine ulla odoris gratia.



Valeria=

na.


• Baldrian.



DE VERIA

HERBARVM cognitione
APPENDIX,
cui sequentia insunt,

- 1 Exegesis omnium Simplicium Dioscoridæ,
& quomodo ijs quæ in Officinis seruantur respondeant.
- 2 Scriboni Largi Medici uetustissimi, de Simplicibus fragmentum.
- 3 Io. Mainardi Ferrarien. Medici nostri seculi clarissimi, Annotationes aliquot Simplicium, e scriptis eius extractæ.
- 4 Nicolaus Leonicenus de falsa quarundam herbarum inscriptione a Plinio.
- 5 Pandulphus Collinutius de interpretatione Simplicium quæ sunt apud Plinium, calunnias Leoniceni respondens.
- 6 Leonardii Fuchsij, Principis Brandenburg. Medici Annotationes de Simplicibus, a medicis hactenus perperam intellectis, & aestimatis.
- 7 Generosi Comitis Hermanni a Nuenar censuræ aliæ Herbarum super eadem re.
- 8 Do. Bernardi Schyllerij Medici iudicium de Cariophyllis.
- 9 Hieronymi Tragi medici dissertationes fere quinquaginta, de herbarum quarundam nomenclaturis.
- 10 Marci Gatinariæ medici quondam Ticinen. Annotatio una & altera de Tarxaco, Cincorea, Iua, Esula, & Soldanella.
- 11 Iacobi de Manlijs Alexadrini, interpretatio Simplicium, secundum ritum Officinarum.
- 12 Hieronymi herbarij Apodixis Germanica, ex qua facile uulgares herbas omnes licet perdiscere.



C E X E G E M A omnium Simplicium
quæ sunt apud Dioscoridem: & colla-
tio eorundem cum ijs quæ in
Officinis habentur.

C Ex Primo Dioscor. LIBRO.

R I s tametsi Illiryca inscribat, & in primis probet, ta Violwurtz.
men & in Italia habetur. Etcō sensu omniū est radix al-
ba, digituli crassitudine. Quę ab officinis Irīos, gignen
di casu, pronominatio usurpatur.

A C O R V S, quæ & Venerea, ab Officinis quoq; Acorus uocatur. Gelwasser
M E O N, ab Officinis Meu. Exhibit enim tenellas quasdam radicu- Gilgen.
las aromaticas. Quamquam sint, qui pro Radice interpretentur, quæ ab uñoy.
agyrtis circumfertur, & uulgo Beerwurtz uocatur: cuius admodū feracem Hungariam pređicant: & quantū apparet, Anethi sylvestris folijs & cau- Meu.
libus non dissimilis. Quod doctioribus propono discutiendū. De Oste-
rio autem plane non consentio: tametsi & ea sententia suos habeat asse-
clas. Nihil enim illi conuenit cum Anetho: neq; radices habet tenues, sed
crasas, & interdum ingentes pugnos æquantes.

C Y P E R V S. Cyperi herbam non uidi, neq; in officinis habetur. Wildengalgen.
Radicis hodie usus notus est tantummodo, quam ipsi interpretantur, Wilder Galgen.
Hungariam. Sunt tamen qui ex Plinio interpretantur, odoratum, angulo
sum, uel triangularem luncum. Et ex Celso, lego odoratum, & quadra-
tum luncum.

C A R D A M O M V M. Ethodie in Officinis peregrinum aroma
celebre habetur sub nomine Cardamomi. Sic enim Arabes appellare
maluerunt.

Commentarius noster quem habemus, pro spica N A R D I interpre-
tatur Nardum: consentientibus & Officinis, quibus ego Pseudonardum
potius nostratem crediderim. Sunt enim nouem species Nardi, quas ex
Plinio collegit Barbarus.

C E L T I C V M Nardum nascitur in Liguriæ alpibus, & ab inco-
lis regionis suæ Gallica appellata est, nostra Lauendula, si Vergilio cre-
dimus. Etego plane consentio. Nihil enim in toto Dioscoride descriptū
lego quod illi repugnet. Quanq; Officinæ Spicā Celticā interpretentur.

M O N T A N V M Nardum non ualeo coniçere quæ sit. Sed neq;
Commentarij aliquid huius rei certum demonstrant.

A S A R V M uulgo notissimum, Germanice Hasselwurtz. Mirum, quo
modo non & illius nomenclatura uitiata est & adulterata a barbaris. Ita-
li uocant Baccare.

P H V, uel Cretica Nardus, sine controvërsia nostra est Valeriana,
Baldion/oder Dennmarc. Quod autem paulo minor nostra appetet quam de
scriptio habet apud Dioscoridem, regionis & influentiæ culpa est, non
rei ignorantia,

Gelwasser
Gilgen.
uñoy.
Meu.

Wildengalgen.
Wilder Galgen.

B
nægð'āmo
uñoy
Bardamūme
lin.
vægð'os ivði
nñ
συγιακή

κελτική
Lauendula.
ναεδοσόρεων
τύλαιτος
νίρος
ασαρού
Baccare.
φοῦ
Valeriana.

M A L A B A T H R V M. Distinguit huius tria genera Barbarus, ut
rum tertium cognitum tantummodo Medicis & officinis, id quod pa-
sim ostenditur, satis amplum, folio nucis iuglandis, sed aridum, subpalli-
dum, & multo solidius. Ipsi Folium appellant, aut Folium Indum: quod
inde adfertur.

D E C A S S I A nihil pronunciamus: cum de ea adhuc apud iudicem
lis sit. Lege autem Leonardi Fuchsij propo. 18. de Errorib. Medicorū, p̄c
terea Leonicenum, & Mainardum.

C I N N A M O M U M notum est sub nomine Canellæ apud mer-
catores & Italos. De germine tantum controvërsia est. Item de loco ubi
proueniat. Consule fabulas Philostrati de Appollonij uita, Item Plini-
um, & Theophrastum.

A M O M I semen in Officinis seruatur eodem nomine.

R a d i x C o s t i .

C O S T V S. Pro triplici illo Dioscoridis Costo, Officinæ amarum
tantum Costum exhibit.

σχοίνιος

O d o r a t u s P V N C V S in Aphrica & Asia nascitur. Cornelius Cel-
sus luncum rotundum uocat: ut aliis intelligatur ab angulari & quadra-
to. De quo supra in Cypero diximus. In Officinis instar straminis, sed
bene, & nescio quid aromaticum redolentis, reconditum habetur, sub
barbaro nomine Squinanti: feruntq; Camelorum esse cibum in Arabia.
κάλαμος ἀρωματικός. Calamus aromaticus, uel myrepsticos. i. unguent-
ius, & duratus, quamquam Plutarchus etiam arabicum Calamum inter-
pretatur, ne ab Officinis etiam alio nomine appellatur.

C a l a m u s .

D

Βάλσαμον

B A L S A M U M nomine tantum notum, uerum propter eius pre-
cium immensum, ab officinis exoletum. Xylobalsamum tamen seruatur,

ἀσπάλατος
Darsian.

A S P A L A T V S. Radicis usus tantummodo habetur, a Ma-
ris sub nomine Darsian.

Βεύον
Vsnea.
Moschos.
Xyloaloës.

B R I O N, id est, Muscus, Officinarum Vsnea. Verum aliud est
Moschos, Gazellæ sanies, preciosissimum illud odoris genus.

ἄγαλον, lignū est quod ex Arabia & India deportatur, ut inquit Dio-
scor. Medicorum uulgas Xyloaloën concorditer uocat, uel Aetio quoq;
Autore.

νάγκαφτον

N A R C A P H T V M ex India defertur corticosum, simile Syco-
mori libro: quod iucundi odoris gratia suffit. In nostratis Officinis
necdum uidi, sed & uocabulum quoq; incompertum.

λάκα
Lacca, vide
Dialacca.

C A N C A M U M arabici ligni lachryma est, Myrræ quodammodo
similis, olidi gustus: quam ad suffimenta usurpant. pharmacopolarum
est Lacca. Vide Dialacca.

κνφη

C Y P H I Thymiamatis compositio est, dicata Dñs, qua abunde Ae-
gyptij sacerdotes utebantur olim. Ab nostris officinis in usu non habe-
tur, sed ne a Doctoribus quoq; scribitur.

C R O C V S nemini non notissimus.

Crocomagma, olei crocini fex. Instructiores officinæ reconditum ha-

bent: & autor Luminaris maioris non improbat.

H E L E N I V M nostra est Campanica Enula: de qua in Herbario nostro plura.

οὐρανίου ἔλαιον, oleum quod ex inmaturis oiliis exprimitur, ab communi oleo in latrījs seorsum seruatur.

ἴλαιον τῆς ἀγριᾶς ἔλαιος, oleum quod sylvestres oliuae fundunt.

σικυώνιον ἔλαιον, Sicyonium oleum. Vt ebatur eo in aliquot malis antiquis

tast: nunc ex usu disperijt.

E L E O M E L in Palmyris Syriæ, ut inquit Dioscor. ex quodā cau-
dice manat, crassius melle sapore dulci. Commentarius noster uetus si-
simus quem habemus, pro Manna interpretatur: quod an ita habeat, per
occasioneum discutiendum relinquimus ijs, qui de origine Mannæ com-
mētarios hodie scripserunt. Nam nō ad alia properamus, necq; commē-
tarium scribimus, sed nuda tantum nomina interpretamur.

Cicinū oleū e Cicī arbore in Aegypto copiosa, ubi sine igne & aqua,
aspersum tantum sale, exprimitur. Cibis foedum: luminibus lucernarū,
propter nimiam pinguedinem, ineptum. Vergilius diligens sane scri-
ptor, pro Phaselio interpretatur. Sed nos in scriptis Rhapsodijs pro oleo
de Cataputia maiore inuenimus. Ex Officinis hodie exoleuit.

Amygdalinum oleum, uel Metopium, duorum generum, hodie ser-
uatur, & de dulcibus, & de amaris Amygdalis.

Oleum Balaninum secundum Hermolaum e Myrobalanis, uel Aes-
gyptia Glande: secus Pandectarius scriptor, qui pro granis Ben, uel Be-
hen appellat. Hodie in usu non habetur.

Oleum Hyoscyami in priuato usu habetur podagricis.
Oleum de grano Cnidio, id est, de Cocco gnidio, ne illud quoq; in usu
habetur.

ἔλαιον κυπείνων, id est, e Cnico herba, uel Cartamo, effectu a superiore non
diuersum.

Oleum Rhaphani, admodum protritum plebēis oleum.

Oleum Melanthinum, oleum de Nigella, uel Git, exoletum.

Oleum Sinapinum habetur in usu.

Oleum Myrtleum, uel Myrtinum, & Italiae quondā celebre, habetur
in officinis.

Oleum Laurinum, uulgatum & celebre.

Oleum Lentiscinum, Oleum e Lentisco Græci οχινον uocant, nam σχοινος
iuncus est. Fit autem ex gummi Lentisci.

Mastichinum oleum, e Mastiche.

Oleum Rosaceum, quod extra myropolia etiam uulgas conficit, ha-
beturq; in usu, Rosis oleo in Sole maceratis, & in uitro repositis.

Mel Rosaceum, quod eodem modo maceratur, & excoquitur.
ELATINVM OLEVM e palma Elate, quā nostri Palmam
abietem uocant.

A

ἔλαιον
Enula Cam-
pana.

ἔλαιομέλο

ἴλαιον ἔλαιον

Phaselus.
Oleum de Ca-
taputia.

ἔλαιον
Myrobalani
Grana Ben.

ἔλαιον νοσηνάμο
νον

ῥάφανινον
μελάνθινον
σινάπινον
μύρσινον

λαρινίνον
οχινίνον

μαστίχινον
ρόδινον
Rosenöl.
ρόδινέλαι
Rosenhöflig.
ελάτινον

C

Oleum Melinum, quod ex malis Citonijs fit & struteis.
 Oleum Oenanthinum, fit ex flore uitis Labruscæ.
 Telinum oleum, id est, e Fœnogrecq, nobilissimo semine.
 Sampsuchinum oleum, ex Amaraco, uel Maiorona.
 Ociminum oleum, ex folijs Basiliconis.
 Abrotinum oleum, quod fit ex Abrotono.
 Anethinum oleum, in usu hodie habetur inter anodina.
 Susinum oleum, uel Lirinum, uel Liliorum alborum, quo nihil fami
 liarius parturientibus.

Oleum Narcissinum non conficitur hodie. Sed nec de flore satis con
 uenit scriptoribus: ut in nostro Narciso scripimus, & infra quedam ad
 notauimus.

κρόνιον ἐλατον ab autore Luminis maioris inter uulgata & commoda olea
 recensetur.

Oleum Cyprinum neglectum, atq; hodie minime in usu.

Irium, uel Irinumoleum quod, fit ex Iride Illyrica.

γλεύκινον ἐλατον, exoletum.

ἀμεράνιον, idem oleum quod paulo ante Sampsuchinum uocauit: sed aliz
 am eius componendi rationem ex Coacorum consuetudine docet.

Megalinum oleum etiam Dioscoridis tempore exoleuerat, ut ipse inz
 quit, ante sua tempora alioqui cantatissimum.

Hedychroon, & Hedychrum, a coloris hylaritate sic dictum, idem ui
 D detur esse cum Amaracino, ut inquit Barbarus: nisi quod nomen hoc
 proprie habet in Co, ubi nobilissimum olim parabatur. Quamquam est
 & Theriacæ eius nominis compositio: de quo alias in Pandectis nostris.

Metopitum ex Galbano unguentum: sic dictum, ab ligno ex quo defa
 dat, quod Metopium uocatur, ut inquit Dioscor. Liquor, uel potius la
 chryma Metopij hodie seruatur. Vnguenti usus nullus.

Mendesium, eo loco ubi Mendes, id est, caper colitur, ut inquit Barba
 rus: peregrinum Germaniæ.

Stacte uocatur pinguedo recentis Myrrhæ, cum exigua aqua tuse, &
 organo expressæ. Ea perquā odorata ac preciosa est. Sic dicta,
 id est, stillando. Plinius simpliciter Myrrham sponte fudantem dixit: &
 est gummi quod Storacem liquidam hodie uocant, quo ad poma odoriz
 fera & suffitus utuntur.

Cinnamominū unguentū, olim ad prodigium usq; in precio habitū,

Nardinum, uel Spicatum, foeminis Romanis, & præcipue prædictiū
 bus olim familiare. Vel potius Nardus pistica illa, cuius Euangelistæ me
 minerunt, si Barbaro credimus.

Malabathrinum, uel Foliatum, uidelicet quod e succo Folij eius no
 minis conficitur. Peregrinum, & exoletum.

Iasminum, sed aliud forte quam nostrum Violaceū. Quod inde con
 icio, quod apud Persas ex albis tantū violis confici solutum est, ut inquit

*διαράθρων**τύλινον**σαμαρύχινον**δινίθινον**πούρινον**Gilgenol.**ραγνίσσινον**Violwurz dl.**μεγαλέσιον**ιδηνύχροον**μετόπιτον**μερδίσιον**σάκτη**Storax.**κινναμόμινον**νάρδινον**Nardus Pi
stica.**μαλαβάθρινον**ιασμίνον*

A

Dioscor. Sed & alia nostratibus conficiendi ratio est.

M Y R R H A nusquam non obuia in officinis, sed adulterina, teste Mainardo, Leoniceno, & Leonardo Fuchsio: ut infra leges.

S T Y R A X lachryma est arboris, malo Cotoneg similis. Sed myro= polae mutata litera, Storacem appellant.

^{cattaneo} lachryma est Saracenicæ arboris. Habetur in officinis, sed sub nomine Bdellij Iudaici.

T H V S notum. Sed sunt eius aliquot genera. Est enim Masculum: quod sic a specie testuum uocant, mammosum, cum hærente lachryma priore consecuta. Plura de hoc Barbarus in Corollario. Officinæ tamen inter Thus & Olibanum differentiam faciunt. De quo in nostro Lexico, secundum sententiam Barbarorum & neotericorum.

Cortex Thuris & ipse sua iuuamenta habet, ex gummi notus & liquore, cui interdum mixtus inuenitur. Quamquā Vergilio magis placet corticis Thus, idq; pro Cortice Thuris. Quod enim in eo laudatur, & medicinæ inseruit, Thus est: quo nisi turgeat cortex, inutilis erit.

Manna Thuris quid sit, infra ex commentarijs Leoniceni, Mainardi, & D. Leonardi Fuchsij petendum censemus: qui copiose admodum de ea, & differentia eius ab Saccharo differuerunt. Nam perplexior est con= trouersia, quam que paucis explicari queat.

Fuligo Thuris, an aliquibus in usu sit, nescio.

P I N V S & Picea, generi eidē distribuitur, sed specie differunt. Quia Picea, B Picea pinguior atq; tenuior est folijs, sed minus alta, ac recta: præterea connum minorem, & magis algentem, nucleos quoq; resina perfusos obtinet. Lege Barbari Corollarium: similiter Vergili annotationes.

^{spiculae}, Pineæ nuces, de quarum differentia uide Vergili commentarium: quamquam omnes sint notissimæ.

L E N T I S C V S arbor Germanicæ nostræ peregrina, Italiæ tamen familiaris. Mastychen destillat, notum gummi,

^{μαστυχη}, Resina lentiscina, Mastyx.

^{τερπενιθη}, Resina Terebinthina.

P I X nihil aliud est quam fluxus combustior in tæda sua resinæ.

Pix sicca, uel spissa, ab Officinis Colophoniam tametsi Dioscor. etiam li quidam illam Colophoniam uocat.

^{ἄσφαλτος}, Bitumen: alias ab Officinis, Iudaicum Bitumen.

^{βάρβαρη} uocant Babylonij Bituminis colamen, colore candidum. Inueniatur enim & nigrum. Ignoratur ab Officinis. Quanquam sint qui oleo Petroleo pro ea utantur: q; simili modo ex stagnantibus colligitur.

C V P R E S S V S & in Italia, & in Gallijs prouenit tantum, Germaniae & frigidioribus climatibus ignota. Genera eius uide apud Dioscör. & commentarios, Galbulæ tantū eius nuces a nobis in usu habentur.

I V N I P E R V S duorum generum, ut inquit Dioscor. Resudat ex eo gummi, quod Sandaracam, uel Vermicem hodie uocamus.

B

μύρα

τύρα

στύρα

βδέλλιον

θυσμα-

στολον

οιλιβανον

- C** Seuenbaum. *εράθυος*, Sabina. Alias Sauina. Nota.
 Cedria. *κεδρία* arbor magna, ut ferunt, ex qua picem colligunt, quæ Cedria uocatur. Officinæ tamen Pegulam uocant.
 Pegula. *πλάτανος* Cedrides, Cedri fructus.
 Λάφινα L A V R V M fructicantem uidi in nostra Germania: sed ad iustum & natiuam altitudinem nunquam excrescere, neq; baccas parturire.
 Lorbeer. *λαρύγιδης*, Bacce Lauri, notissimæ.
 πλάτανος P L A T A N V S peregrina Germaniæ. Audiui, qui Romæ uidentur, & Florentiæ.
 Melia F R A X I N V S, uel Melia, germanice, *Εσθβαυμ*.
 Alberbaum. P O P V L V S duorum generum, alba, & nigra. Gummi ex stillat nigra, quod Succinum, uel Electrum uocamus, barbare Charabe. Ita enim quibusdam placet. Vide Barbari commentarios.
 Μάκηνα M A C E R omnium consensu officinarum est Macis.
 πτελέα Vlmus.
 ιαδαμός Harundo. Nota. Genera eius innumera lege ex Barbari Corolario.
 πάπυρος Papyrus ignota hodie.
 μυρίκα M Y R I C A, seu Tamarix. Haud dubium quin sit vulgaris Tamariſcus.
D ERICA æque famosa arbor, Tamarici similis, sed longe minor; cuius flore apes reprobum mel efficiunt. Germanice *Heyd*, scoparū generis.
 άκακαλίς A C A C A L I S quadam tenus etiam Myrtice similis. Quam ipse nondum cognoui.
 γάμυος Rhamnus trium generum habetur.
 ἄλμωσ Halimus.
 παλιύρις P A L I V R V S frutex aculeatus, durus: cuius semen pingue & lignosum inuenitur. Vergilio, cognati frutices, senticosi sunt, Cynobates, Rhamnus, Paliurus, & Oxyacantha.
 οξυάκανθα Acuta S P I N A. Officinæ Berberis.
 φιλλυρία Rubus Canis. Respondeo & huic uulgatae Berberis descriptio apud Dioscor. & huius plane generis est. In commentario quodam reperi, Rubum Canis differre ab Cynorrhodo, uel Rosa canina: quia haec spongiosas habeat circa fruticem, illa uero minime.
 ηπιρρος L I G V S T R V M, a Mauris Alkanna.
 φιλλυρία T I L I A Lucornm ornamentum.
 ιπποκρίς Cistus, ignota mihi.
 ιπποκρίς H Y P O C I S T I S, barbarorū Hypoquistidos, quod sic appellant.
 λαδον L A D A N V M in Officinæ uidere licet: sed illi Lapdanum pronunciant, uel Laudanum, non Ladanum.
 ζειρος H E B A E N V S iuxta omnia signa & nota s quibus hanc describunt Hermolaus Barb. & Plinius, appetit quiddam habere nostro Guaiaco simile, aut certe eius generis esse: sed non habeo, cur id certo affirmem.

Pastilli rosei, id est, Trochisci

L I C I V M , alias Pyxacantha, arbor spinosa, ut inquit Dioscor. Ho-

die succum quoque eodem nomine uocant: qui in usu habetur.

A C A C I A succus spinæ crescentis in Aegypto. Resudat ex eo gum-

mi quod Officinæ gummi Arabicum, Celsus sine epitheto Gummi ap-

pellat, Vulgus Medicorum hodie ignorat quid sit Acacia, & pruna illa

sylvestria quæ in spinis proueniunt, pro uera Acacia interpretantur, gra-

ui errore: cum ijs prorsus Dioscor. descriptio non respondeat. Sed de

his alias.

A M V R C A expressæ oliuæ recrementum est.

Vitex, frutex qui circa fluenta prouenit, passim notus: quā

quam seminis tantum usum preferunt myropolæ, herbæ non adeo.

S A L I X & ipsa ut uulgo nota, ita multorum generum.

Oleaster, sylvestris olea: sed non est horum ferax Germania.

Colymbades, oliuæ conditæ, & gulosæ diuitum delitiæ.

Aethiopicæ oleæ lachryma, forte id quod hodie gummi Elemi uocant,

Rhus opsoniorum, Rhus coriaria, ab Officinæ omnibus Sumach uo-

catur, Italicae frequens.

Quercus, Glans, Fagus, Ilex, Castanea, Galla, omnes notæ arbores, &

noti fructus.

P A L M A M A Aegyptus habet, sed non sola. nā & Romæ habetur.

Fructus palmarum Dactyli, & Thebaicæ Palmulæ, Tamarindi.

Malum punicum, seu Malogranatum, trium generum. Sunt enim dul-

cia, uinosa, & acida.

C Y T I N U S , Malí punici flos.

Malicerium, Malí punici putamen.

Balaustium idem fortasse quod Cytinus.

M Y R T U S , Italicae nota.

Myrtidanum, uirgultum & soboles Myrti. Vide Barbari Corollarium.

C E R A S I A , alias Cerasa: quorum gummi in usu habetur.

S I L I Q V A , Maurorū Charliob, siue Charamulium: sicut enim offici-

ne uocant.

M A L V S . De Malorum multifarijs generibus, vide Corollarium

Barbari super hoc loco.

Mala Cotonea nota sunt. Vocantur & Cydonia, & Chrysomela.

Melomela, sic a sapore melleo dicta.

Orbiculata mala, siue Epirotica, ex figura orbis in rotunditatē acta.

Persica poma, notissima, & multorum generum. Quanquam Gale-

nus libro secundo alimentorum differentiam facit inter Persica, & Perse-

am, diuersaque capitula de utraque habet.

Armeniaca, siue Præcocia mihi uident, q̄ prima oīm uenalia habent.

A
pōdōpGummi Ara-
bicūm,

æmogyk

κολυμβαδίς
Elemi.

Sumach.

Dactyli.
Tamarind.

hōæ

B

κύτινος

αἴπερ τῆς φύ-

αν

μυρτίνη

Charliob.

C Persica exilia, & Prunorum fere generis, sed dulcisima.
Citrin opifel. Medica mala, Cedromela, Citræa, Mala Hesperidum, poma Citri, in officinis habentur, & ipsa nota.

P Y R O R V M genera ut sunt multisaria, ita passim etiā notissima.
& x̄as Pyrastrum, uel sylvestre Pyrum.

M E S P I L V S nota, sed duorum generū. Est em que Merola Italice, a Mauris Zaur, uel Zarur: & uulgata, que Setanium; cuius fructus Estula a nonnullis uocantur.

L O T V S. Nec ea unius generis habetur. In Italiam translata fertur, sed admodum rara. Est & herba Lotus, de qua infra.

Cornus, Italice Corneiol.

Sorba nota.

P R V N V S nota arbor, πολυγενής. Supra etiā inter sylvestria Pruna constituimus. Celebrantur hodie inter precipua Damascena: & in myro polijs Prunorum resina.

A R B V T V S, Vnedo, coriarijs notissima. Habetur in Italia frequentior, ubi fructus eius Cerasa marina uocatur.

Amigdale duplices sunt, & Amare, & Dulces. Dulces Germaniae miliariores.

Fisticum.

D **P I S T A C I V M**, Officina Fisticum. Fructus in officinis habetur; arbor Germaniae peregrina est.

N V C E S luglandes, tam notæ, ut Suevis occasio prouerbij fuerint. Nuces Auellanæ, Nuces ponticæ, & ipsæ quoq; nemini non notæ. Vide Barbari Corollarium.

M O R V S nemini non notissima.

F I C V S, & Sycomorus notæ, tum in primis Italie.

Perseam uideo quosdam pro Persica nostra interpretari.

**legis
Vicetoxicū.**

I B E R I S officinarum Vicetoxicum. Nascitur circa inculta, & uirarū diuerticula, admodum familiaris Italie. Radici & odor & sapor Nasturtij. Vnde Barbarus ex Antigone non inepte, sylvestre Nasturtium interpretatur.

E Ex Secundo Dioscoridis **L I B.**
R I N A C E V S quidam fluminalis, uel marinus: quidam terrestris. Terrestris passim notus.

Purpuræ, Buccinæ, Ioniæ, Myaces, Tellinæ, & quicquid est piscium generis, mihi plane ignotæ sunt, nec ullius rei tam imperitus sum, quam Piscibus nomina diffinire.

C O C H L E A, que & Domiporta, nota.

Blaetæ By-
zantia. Conchula Indica, hic apud Dioscor. οὐν. Suspicio esse Blactas Byzantias, quas hodie Officinae sic uotant.

nægkivos **C A N C E R** & ipse propter gule titillationem, commissatoribus nō ignotus.

S C O R P I O Terrestris, Italie notissimus.

De Dracone marino, Scolopendra, Torpedine nihil compertum ha- A
beo, nec notiora nomina que pro illis repona. Tametsi Torpedo crebro
in usu sit Galeno.

V I P E R A a Mauris Trigo, & græce ιχθυς, uulgo Amaras
saltalice.

C H R I S T O P H O R I H E G E N D O R F

fini, in quorundam Piscium nomenclatu-

ras genuinas, Annotatiunculæ aliquot.

D V M hæc scriberemus, incidimus casu in Progymnasmata doctissimi
uiri Hegendorfini. Nam cū eodem munere fungamur pueros docendi,
& domesticis nostris adolescentibus illius progymnasmata interpretare
mur, oblatus est nobis locus de Piscibus: qui quoniam pulcre nobis face-
re uidebatur ad præsentem locū Dioscor, de Piscibus, commentario no-
stro ad uerbum inseruimus.

A N G V I L L A E.

De Anguillis non est quod diu dubitemus. uocabulum enim nullum
aptius, nullū accommodatius ijs Piscibus, quos Anguillarum nomine do-
namus, inuenire possemus. Plin. lib. ix. cap. xxi. Anguillæ, inquit, octo-
nis uiuunt annis, durant & sine aqua senis diebus, aquilone spirante, au-
stro paucioribus. At hyemem eadem in exigua aqua non tolerant, nec
in turbida, adeoq; circa uergilias maxime capiuntur, pascuntur noctibus.
Exanimes piscium solæ non fluitant.

Anguilla.

B

D E M U L L O.

Mullum uocamus ein Barne, de quo pisce Plin. ita scribit lib. ix. cap.
17. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima & copia Mullis, sicut magnitu-
do modica, binasq; libras ponderis raro exuperant, nec in uiuarijs pisci-
nis crescent. Septentrionalis tantum hos, & proxima occidentis parte
gignit Oceanus. Cetera eorum genera plura. Nam & alga uescuntur &
ostreis & limo, & aliorum piscium carne. Barba gemina insigniuntur in
teriori labro. &c. Quæ descriptio, an non nostris piscibus, quos Barmen
uocamus quadret, nemo non intelliget. Porro quem latini uocant Mul-
lum, græci ρύλαν appellant; Ausonius uocat Barbum. Germani ein Barb.

Mullus.
Barbus.

D E C A N C R I S.

Pisces, quos hodie uocamus Cancrones, Cancri ueri sunt, si Plinij in li-
bro nono, cap. 21. descriptionem spectabimus. Et sunt, qui Cancros, qui
bus nos utimur, Camuros appellant, quod genus esse Cancrorum Athe-
neus libro sexto dipnosophistarum scribit. Porro de uarijs nihil reperio
apud scriptores. Est uox a germanico sermone sumpta. nam germani
nidicunt, ein Vor. Tum Fundulus dictus uidetur, quod in fundo aquæ
natet. Rubiculi a rubicundis oculis nomen acceperunt. Haec uocabula
noua sunt, nouorum & Germanorum Piscium. Perca plane semiger-
manum est uocabulum, ein Perse. Nec mirū, uocabula tam barbara irre-
pliuste in linguam latinam, quando uocabula alia dari nequeant: quod aut

Cancrones.

Campus.

Fundulus.

Rubiculus.

Perca.

plæriqz pisces ueteribus ignoti fuerint, aut quod nos ueterum uocabula,
quod plane credo, fugiunt.

D E L V C I O.

Piscis uento
duratus.

De Lucio quoqz non ita multū in authoribus reperitur. At dum piscem uentoduratum dicimus, est periphrasis, qua quemlibet piscem uento duratum, designare possumus, ut est stockfisch, schollen. Carpo quoqz semigermanum est, nec de pisce hoc aliquid literis est proditum. Hæc uocabula Piscium propterea excussi, ut iuuentus uideret, quam in Piscibus exprimendis, & ieuni & inopes simus: sed ut iuuentuti faciamus gratum, aliquot uersus ex Mosella Ausonij adscribemus, quibus aliquot piscium genera, bellissime describuntur.

Squamigeri gregis ede choros, liquidoqz sub alueo
Dissere cœruleos fluitanteis amne cateruas.

Squameus herbosas Capito inter lucet harenas,

Viscera præ teneris fartim congestus aristis,

Nec duraturus post bina trigoria mensis,

Purpleisqz Salar, stellatus tergora guttis,

Et nullo spinæ nocitus acumine Redo,

Effugiensqz oculos celeri leuis umbra natatum.

Tuqz per obliqui fauces uexate Saraum,

Qua bis terna fremunt scopulosis ostia pilis,

Cum defluxisti famæ maioris in amnem

Liberior, laxos exerces Barba natatus,

Tu melior, peiore æuo, tibi contigit omni

Spirantum ex numero non inlaudata senectus.

Nec te puniceo rutilantem uiscere Salmo

Transierim, late cuius uaga uerbera caudæ

Gurgite de medio summas referuntur in undas,

Occultus placido cum proditur æquore pulsus:

Tu loricato squamosus pectore, frontem

Lubricus, & dubiæ facturus fercula cœnæ,

Tempora longarum fers incorrupte morarum,

Præsignis maculis capitis, cui prodiga nutat

Aluus, opimatoqz fluens abdomine uenter.

Quæqz per Illyricum per stagna binominis Istri

Spumarum indicij caperis Mustella natantum,

In nostrum subiecta fretum, ne lata Mosellæ

Flumina tam celebri defraudarentur alumno.

Quis te naturæ pinxit color: atra superne

Puncta notant tergum, qua luthea circuit iris,

Lubrica cœruleus perducit tergora fucus,

Corporis ad medium fartim pinguescis, at illinc

Vsqz sub extremam squallet cutis arida caudam.

Nec te delitias mensarum Perca silebo
 Annigenos inter pisces, dignande marinis
 Solus puniceis facilis contendere Mullis.
 Namqe & gustus iners, solidoce in corpore partes,
 Segmentis cœunt, sed dissociantur aristis.
 Hic etiam latior risus prenomine cultor.
 Stagnorum querulis uis infestissima ramis
 Obsidet: hic nullos mensarum lectus ad usus,
 Feruet humosis olido nidore popinis.
 Quis non & uirides uulgi solatia Tincas
 Norit: & Alburnos prædam puerilibus hamis,
 Tridentesqe focis obsonia plebis Alausas?
 Tece inter species geminas, neutrumqe, & utrumqe
 Qui nec dum Salmo, nec iam Salar, ambiguusqe.
 Amborum medio Sario intercepto sub æuo.
 Tu quoqe flumineas inter memorande cohortes
 Gobio, non maior geminis sine pollice palmis,
 Præpinguis, teres, ouipera congestior aluo,
 Propexiqe iubas imitatus Gobio Barbi.

P A S T I N A C A Germanici maris piscis.
 S B P I A Piscis cuius ossibus hodie utuntur aurifabri & argentari,
 ad aurum subinde fundendum. Meninit eius sæpiissime Celsus.
 C A S T O R, uel Fiber, amphibion animal: cuius testiculos in Offici
 nis uocant, Castorium.

Roch.
 Os Sepiæ
 Bibergesl.
 B

Silurum sunt qui pro Sturione interpretentur. Verum id non ita ha
 bere, contra affirms Vergilius.
 Mustela, Ranæ, Feles, notæ.
 Cerrus, uel συρεγίς quid sit ignoro.
 Menas an probe interpretatus sit Theodorus Gaza pro Aleculis, ui
 de Vergili commentarium super hunc locum.

G A R V M omne quod ex Piscibus, carnisqe maceratis liquamen
 est. Salmora.
 Cimices qui in cubilibus enascuntur, notiores quam commodiores.
 Millepede, Multipedæ, Centipedæ, κυνηγίδες, nullibi non in humidis &
 aquosis nascentes. Græci a liuido colore, etiam ὄντες, i. asinos uocauerunt.
 quod nomen Germanis hodie mansit. Nam & illi teutonice sic uocant, Efel.
 σιλφιὲ τοῖς ἀετοκοποῖοις, Blacte pistrinariæ, que in pistrinis inueniuntur.
 P V L M O N E S Marinos nouerunt qui ad mare habitant, & ui
 dent mirabilia eius in profundo.
 Suillus & agnitus pulmo, noti.
 Pulmo Vulpis. Vsus eius ad Loh: quod ab eo sic inscribitur. Loh de
 pulmone uulpi.

nōgēs
 Wentleben,
 Heymissius,

- C** A S I N U M I E C V R, Genitale Cerui, Vngula asini, lichenes equorum, Vngulæ caprarum, Iecur caprinum, apri, canis rabiosi, ueteres Soleg ueteramentariorum, nota omnina.
- Iecur Mergi, Gallinæ, Gallinacei, Qua, Cicadæ, Locustæ, nota.
- O S S I F R A G V s septimum Aquilæ genus.
- Galerita, A. Gelij Cassita.
- H Y R V N D O, nuncia uera Veris, malegrata auicula, ut est in proverbio.
- Rasura Eboris. Eboris scabiem Officinæ uocant, Eboris ramenta, uel rasuram. ἀσφαλεῖας, Talus suillus.
- ζλαφραίειας C O R N V Cerui. Rasura eius in usu habetur.
- κάπται Erucæ quæ in oleribus gignuntur, notæ.
- C A N T H A R I D E S ad ciēdas uessicas in Officinis seruant, note. Buprestis, Cantharidum generis.
- S A L A M A N D R A, Lacertæ genus iners, uarium, quod frusta creditum est ignibus non urit, Italiæ nota.
- ἄραχνη Araneus multorum generum. De quo uide Barbari Cor.
- Σεύδοφρ. L A C E R T A ubiq; nascens, & notissimus uermis.
- σιντ ονιγρος Seps, Lacertæ genus, sed uenenosum, ut placet Nicandro.
- D S C I N C V S. male ab Officinis Stincus. Vocatur & terrestris Crocodryllus. Ostenduntur in officinis parui pisces ex Nilo flumine.
- Τερρενι V E R M E S, Intestina Terræ, Lumbrici, noti.
- μυογάλη M V S araneus, muris magnitudine animal, & mustelina specie. In Italia uenenatus eorum ictus.
- Mures qui in domibus oberrant, noti. Plura eorum genera, Alpini, Pontici, Glyres; & in his generibus diuerso colore & forma.
- Lac notum.
- Lac Schistum, uel Scissile, concreta eius pars, & casealis.
- Ιππανή De C A S E I S, & eorum generibus, uide Barb. Cor.
- Η Ι Ρ Ρ Α C E caseus equinus, alimentum rusticorum.
- βότυρον e pinguissimo lacte fit: uel spuma lactis concretior. A boue sic nominatum, quia e bubulo lacte potissimum fit.
- Succidæ L A N A E, lana impura, sordida, nondum elota, uel purgata.
- C O A G V L V M leporis, notum.
- Adipis genera fere omnia in Officinis habentur. Medullæ quoq; & quædam fellis genera.
- T R I T I C V M uulgo Frumentum. De quo uide doctissimam An notationem Hermol. lib. Corollariorum.
- H O R D E V M, alias Lutum Vulcani.
- Zythum, Courmi, genera Ceruisiæ.
- Zea priuatim a latinis semen est: & est genus frumenti quod uulgo Spelatam dicimus.
- κριμνών Gryph. C R I M N V M crassior est Zea, triticeaq; farina, ex qua pultem fas

Ciunt: fortasse latine Cremor.

O L Y R A uulgo & Italice Secale, frumenti genus, sed minus nutrit: A
ens quam Zea. Latine hodie Siligo. Quamquam refragetur Columella,
De quo uide Vergili commentarium.

A T H E R A ex Zea tenuissime molita, sorbitio, quasi liquida pultis abus
cula, infantibus conueniens.

T R A C V M frugem non noui. Nec $\beta\epsilon\mu\mu\nu$ quoqz geniculatum. Ali
o qui inter Vicia segetis ad instar Auenae nasci dicitur, dependentibus lo
custis, ut innuit Dioscor. uel lolijs, ut Plinius describit.

O R Y Z A frugum generis, Hordeum Galaticum, uulgo Rizum, pa
rati & quotidiani in sanitatem usus.

H A L I C A sit ex Zea: quam Dicoccum uocamus. Alias Far.

M I L I V M notum.

Panicum, Milio simile.

S E S A M V M peregrinum hodie & incelebre.

D e L O L I O uide infra Hieronymi Tragi Annotationem priuatam.

A M Y L V M ex eo appellatum est, quod sine mola fiat. Ab officinis Brassimel.

Amydum. Notum.

Foenogræcum notum.

L I N V M, cuius & oleum & semen Officinis est in usu.

C I C E R, Germanice Zypererbæn.

F A B A nota.

Faba Aegyptia, peregrina: radix tamen quibusdam in Officinis in ca
leolas secta habetur.

L E N S, alias Lenticula, nota.

P H A S E L V S, Germanice, Phæseln.

E R V V M an sit Vicia, certo non habeo quod dicam, & cum de hac
re quæstionem mihi mouisset Io. Sinapius, amicus noster, & ipse quoqz
rei Medicæ apprime peritus, mutum me reperit. Quod ideo scribimus,
ut & alijs præbeamus ansam disquirendi. Alioqui Mauri interpretantur
pro suo Almelic. Et Commentarius noster, quem ex Fettichio Medico
habuimus, Bononiæ Mocka dici interpretabatur. Galenus etiam Aphæ
cen pro Vicia interpretatur,

L V P I N I in Officinis seruantur: quibusdam in locis Germaniæ sa Feigbonen.

ticebro, quibusdam infeliciter proueniunt.

R A P V M notum uulgo, γογγύλα græce.

Rapa sylvestria, quæ longiora, caule breui, & Rhaphani figuram imi
tantia, semine intus candido, duplo maioris quam Papaueris.

Buniada ignorant Officinæ, inquit Barbarus, & sylvestris Rapi semi
ne eius uice utuntur, quamqz facile cognosci poterat. Est enim sylvestri

Rapo semen & nigrius & maius quam Buniadis.

R H A P H A N V M Celsus uocat Radiculam, & alij quoqz Radis Kettich.
tem. Habetur multorum generum, quemadmodum & Rapa: & iuxta

Cœcli & regionis influentiam, figurā longitudinis & rotunditatis mutat.
Sed sylvestris Rhaphanus meo iudicio est, quo Officina utuntur. Germanice, Meerrettich.

Megelwurz.
εὐλαταθηρ
Sauram-
pfer.

Rumex prorsus multorum generum est. Primū Oxylapathon, id est, acutum Lapathium uocant Officinæ. Secundū hortense. Tertium agrestis, & rotundum Lapathium. Quartū, quod Dioscor. Oxalidā, & officinę Acetosam uocant. Vulgo herba Brūsta. Est & Hippolapathon Russicum qui nascitur in aquosis. Vide de hoc Herbarium.

L A M P S A N A Brassicæ generis, Alias Napium. Pedali altitudine, foliorum trium, que ei hirsuta sunt.

De Bunio Napi genere, incertus sum, ideo nihil pronuncio.

B L I T V M, uel Blitus, ignavum & notum olus.

M A L V A multigeris nota.

A T R I P L E X, olus aureum, duplii differentia habetur, Agreste, & Hortense satiuum.

Quæ uulgo S P I N A C H I A hodie, Atriplex Hispaniensis dicta est quondam: eo quod ab Hispania primū allata ad alias exteras nationes.

B R A S S I C A E tria genera habentur. Primum, caulis uulgatus, domesticus. Secundum ignotum. Tertium marinum: quod esse Soldonellam, in Soldonellæ descriptione monstrabimus infra.

Bürgel

D

B E T A, *τεῦτλον*.
• *αὐλοχύνη*, id est, comestibilis illa Portulaca, nota est. Sylvestre non uidi.

A S P A R A G I in agro Moguntino crebriores proueniunt, ubi citram edendo sunt, & in delitjs habentur.

ἀγρογλώσσων, id est, Plantago, per omnes suas differentias nemini non cognitissimum.

S I V M sub nomine Lauoris Officinæ est in usu. Alias herba Candelaria, in acetarijs aquis potissime nascens.

Sisymbriū, Mentha aquatica ab Officinæ, uel Balsamita; sic dicta, quod facillime in Mentham degenerat culta.

Sisymbrium alterum non uideo quid tamen aliud possit esse, quam Sectionem, uel Nasturtium aquaticum: consentientibus etiam Commentarijs aliquot, quos habuimus: quamvis alibi etiam describat hanc Dioscor.

C R I T H M V M, Crithmon, uel Batis, id est quod Officina omnes Cretatum uocant. Est autem Cretamus Feniculum marinum.

C O R O N O P V S, Pes Coruinus, uel Cornicis: descripta est a nobis in primo Tomo Herbarij, sub hoc nomine.

Cicerbita, seu Sonchus, aliq Cichoriū uocant, Rostrū est porciniū, quod hodie sic uocant in Officinæ. Vide de hoc infra Annotationē Leoncen.

Intybus, uel Intybum: nam utrumque apud Pliniū & scriptores legitur. Longa est controversia de Intybis: sed breuiter sic docti. Intybum agrestis est Cichorium, uel Cicorea, ut uocant Officinæ, eaque sativa. Rursum sativa duplex. Latifolium, Lactuce simile: quod Endiuiam uocamus. Alterum

Cretamus.
Fenicū marin.

Hanenfuss.

σόγχος

σέρπις

Endiuia.

A

folio angustiori, subamarum: quod tamen quo nomine baptisare rite des
beam, non babeo. Addit Commentariolus noster, quem habemus. No-
tandum, cum Celsus de Intybo loquitur, de domestica intelligi debet.

Quando uero de Amhuberia, Cicero ea estimari debe. Plura de hoc infra.
Condrilla & scribitur & fertur folio similis esse Intybis & Cichorij: sed
nemo mihi demonstrare ualuit. Meminit huius infra Hier, medicus.

C V C V R B I T A . Hoc opus, hic labor est. Et uehementer hic erra-
tur, nedum in nominibus, uerum etiam in re. Erroris caufa: quia res non
uidimus. Commentarius noster Bononien . sic distinguit. Cucurbita
uulgo Succa est Italice, & notissima: Cucumis Italiæ tantummodo notus,
Germaniq nequaquam. Melones sunt que uocantur Stapones, & Melo-
peones in figura & quantitate. Cum enim rotundæ figuræ sint, & ma-
li effigiem referunt, Melopeones: cum autem magnitudine in longitu-
dinem processerunt, Pepones uocantur. Totum hoc genus a Medicis
Melones appellantur. De Citrino Cucumere, quem alij Citriolum, alij
Citrullum, uulgo Citrion, quo in acetarijs & Monestris stuntur, non fit
mentio apud Dioscor. Vide Barbari Corollarium super hoc loco.

L A C T V C A est duplex, domestica, & satiuæ nota. Quamquam
& illa multorum generum, atq; aliter in Italij, aliter in frigidiori solo pro-
uenit. Sylvestris (ut inquit Dioscor.) satiuæ similis est, sed longior caulis,
& candidiora folia, quibus succus inest: ex quibus diuino, illud fortasse
esse quod Scariolam, uel Taraxacon uocamus.

L E P I D I O N , uel Bisacutum, ignoratur nostra ætate, nec Com-
mentarij aliquid certum indicant.

S C A N D I X , uel Scanaria herba. Hæc inquit Vergilius, hodie ab
herbarijs ignoratur: & quam illi modo Scandicem appellant, latiore, &
quasi Betæ folio est. Antiquitas autem, ut in re nota sit, nullas eius certas
notas tradiderunt. Verumtamen ut ex multis coniçere licet, tenui & ca-
pillato folio est. Plinius lib. 21. cap. 15. inter sponte nascentes numerauit:
coniunxit illi, ut uerisimile est, congeneres plures alias, quæ omnes tenui
folio, & capillaceo sunt: præsertimq; Caucalim, & Tragopogona: quæ
a capillamentis, que pro folijs habet, Coma dicta est a Græcis. Ob quam
causam non ab re penitus fuerit, similem in foliorū figura illis credere.

C A V C A L I S , non est Coronopus, ut quidam falso existimant,
sed Dauci generis, eiusq; figuram, incisionem foliorum, umbellam adeo
referens, ut a quibusdam Daucus credatur.

E R V C A ideo dicta est εὐζωμος græce, quoniam commendet iura.
Additur Lactucæ in acetarijs, & altera ab altera contemperatur.

O C I M V M Officinæ pro Basilicone interpretantur.

O R O B A N C H E . Ex maleficio, ut inquit Vergilius, nomen illi fe-
cit antiquitas. Et quoniam fruges, legumina, Eruumq; præsertim circum-
ligando se necet, Eruiangina dicta est: id enim Orobache græcis significat.
Barbula hirci, breui caule, folijs Croci, radice longa, dulci, supina, ma-

νορδεῖλας

Succa.
Cucumis.
Melones.
Stapones.
Melopepo-
nes.
Pepones.

θειδαξ
Λατιφ.

γιγγιδιος

σκάνδιξ

Coma.

καυκαλίς

ζητιμος

δροβάχυχος

Εριανγίνα.
τεργιοπάχυ
νος

C gno super caulem calice, e cuius summo semen nigrum dependet. Italice,
Barba de predt.

ορνιθόγαλον ORNITHOGALUM. Ferunt nihil uilius, neq; frequentius ha-
bere agros, sed ego plane non uidi, quod equidem meminerim.

T V B E R A rotundæ radices sunt, sine caule, sine folijs flavescentes;
quæ Vere fodiuntur, & cocta eduntur. Zunesta taren sola Italice.

Smilax Phasioli genus, scdm Barbarū, reclamante tamē M. Vergilio.

M E D I C A alia est a malis Cedromelis, quæ paulo ante libro primo
egimus, herba, non fructus. Quidam iactant in Italia satam se uidisse, spe-
cie qua hic eam describit Dioscor. Mihi coruo rario est albo.

S I N A P I ubiq; cibis admiscet, gratissimo obsoniorū condimento.
Nasturtium Lactucæ temperamentum in acetarijs & obsonijs.

T H L A S P I. De ea infra consule Commentarios Mainardi. Neq;
enim hodie agnoscitur.

De Drabi prorsus nihil habeo, aut quod dicam, aut quod diuinem.

Irionem interpretatus est Ruellius Erysimon. An inter fruges censer-
debeat, uel inter olea potius, consule Commentarium Vergilij. Erucu-
lam nobilem interpretari audio, & admodum procluem esse Bononiae
circa muros in loco qui dicitur, El marca. Ipse non uidi.

Piper, Gingiber, nota aromata.

Hydropiper in ripis puenit, sapore admodū acri, similis herbæ quam

Officinae Persicariae maculatam uocant; tametsi illa sine macula est.

Ptarmica, Sternutatoria.

S T R V T H I V M herba qua purgandis lanis utuntur, qui eas e-
cinae Condisi appellant.

C Y C L A M E N, alias Tuber terræ, uel terræ Umbilicus. Item Pa-
nis pororum, & Panis terræ, a Mauris Barcharmarien, & officinis Ar-
thanita uocatur: uulgo Pan porcin. Vide Vergilij commentarium.

Cyclaminus altera, quæ Capriolorum modo uicinis arboribus se ap-
plicat, flore candido, acinis Hederæ mollibus.

Dracunculus duplex habet, Maior & Minor. Maior Serpentaria, seu

Colubrina in Officinis: Minor, Serpentaria minor, per uias & saepes repes,

A R O N species, Dracontij, uulgo Aron, uel Barba Aaron.

Arisarū congener esse scribitur Aro & Dracontio, sed mihi ignota.

Asphodelus. Suspicor esse quam Auicenna & Officinae omnes Affo-
dillum nominant: de qua infra uide iudicium Hieronymi Tragi.

Bulbus uomitorius, & Bulbus Cibarius, Ceparum genera.

S C I L L A in Officinis suspensa, sub Squillæ nomine ostenditur,
cepa ingens: Alias Cepa muris.

Pancration. Eandem, inquit Vergilius, non similem Scillæ Pancratii
on, hac nostra ætate Herbarij ostendunt, confunduntq; simul, alioqui
diuersa genera: tanta natalium similitudo & mixtura est. Nos utrancpli-

multisam, pterop̄ colore, & id qdē nō satis, diuersā secernere nequimus. A

C A P P A R I S fructus in Officinis seruatur ad nocturna obsonia. Caprif.

L E P I D I O N . Vergilius. Herbarijs modo hanc non Lepidion, sed Rhaphanum appellant, in Pannonia frequentem, ubi ferunt eam non a litter quam radices Stobæ. Commentarium habemus in quo scriptum inuenimus. Lepidium aliquibus Rhaphanus minor, uulgo in Germania Meerrettich. Sed haec quomodo cum sylvestri Rhaphano conueniant, non video, quem supra interpretati sumus, Meerrettich: quæ descriptio magis quadrat rei, quam praefens Lepidio.

R A N V I C U L V S aliquibus Apium Risus, alijs uero Corianderus. Vide infra Annotationem Comitis de Aquila de hoc.

Fremum non noui.

Argemone, uel Agrimonie. Vide infra Collinutū, & Leonicenum.

Anagallis, Morsus gallinæ Officinarum.

Hederæ multiplices sunt, sed cognitæ.

G H E L I D O N I A duplex, maior & minor. Maior uulgata Chelidonia; Minor, Testiculus sacerdotis.

Auricula M V R I S , quamquam duorum fere generum describitur Diocor. tamē unū cognitū Herbarijs uulgo, quod in usu est Officinis.

Ilsatis satiuā. De hac uide infra Leonicenu. Quidam congenere faciunt herbe Lunarię, de q̄ paulo ante. Alij qd sit Nil, uel Maurorum Nilecha,

T E L E P H I V M a quibusdam Sedum uocatur agreste. Opinor esse quam Officinæ Crassulam maiorem uocant. Italice, Frangrossa.

Δρυειάνη
Odermengē.

χελιδόνιος
Schölwurz.
Pfaffen hōdun.

Crassula ma-
ior.

A E X Tertio Dioscoridis L I B.

G A R I C V S quid re uera sit, uide infra in Annotationibus, Similiter & de Rhapontico, & Rhabarbaro, apud Leonicenū, Collinutium, Maiuardum, & Fuchsium.

G E N T I A N A etiam in sylva Hercynia copiosa habetur, maxime montanis; & hodie ab agyrtis circumfertur, ad mulomedicinam.

A R I S T O L O C H I A utrāq̄ nota.

γλυκίζεται Radix dulcis. Tabernæ aromatarie uocant Liquiritiam.

Centauriū, & ipsum quoq̄ duplex. Maius, & Minus. Minus notum, qd Febrifugā uocant. De maiore uide infra Hieronymi Tragi Anno.

Chamæleo albus, uulgo herba Carlina, de qua infra in Añotationib. Crocodilion, Spinarum generis, ignotum mihi.

L A B R V M Veneris, Virga Pastoris maior, uel Carduus fullonū. Spina alba, Arabum Bedeguar, uel herba de Casa.

Spina Arabica, albæ spinæ similis est, ut inquit Diocor.

S C O L Y M O S, Carduorum generis.

De Poterio nihil certum lego, Acanthion Albe spine simile, folijs aculeatis per extremitates, & lanugineosa obductis: q̄ collecta, & in unū aceruata, bōbicis effigie p̄bēt.

Acantha in Veteri cōmentariolo, p Branca interpretata inuenimus.

Rha ponticū.
Rha barbarū.
Engian.

Holwurz.

Tausent gul-
denkraut.
Febrifuga.
χαμαίλεως

Kartendysol.
Bedeguar.

C Spina sylvestris Carduo similis, aculeata, breuior quam quæ in horis, fatisq; prouenit.

A N O N I S spinosa, post Ver: folio Ruta aculeata, ramis ut tribus lus. Nascitur solo culto, præcipueq; in vegetibus, aratro inimica, uiuaxq; unice. Hanc uidi quidem, & passim obuiam est, sed germanico nomine designare non ualeo.

Spina alba, alia a superiore Alba spina.

Tragacantha in Creta tantum, & Achaia nasci traditur, etiam Spinazrum generis. Est etiam in Tragacantha lachryma, quæ vulnerata radice manans concreuit; & habet hodie in Officinis sub nomine Dragantii.

E R Y N G I O N uulgo Synseuel Centuncapita, ut interpretatur Barbarus. Quamquam sint duo eius genera.

A L O E ex Officinis nota.

A B S I N T H I V M uulgare, notum.

Absinthium marinum, Camphorata.

Abrotanum • **H y s o p u s**

Origani genera • **P u l e g i u m**

De D I C T A M O uide infra in Annotationibus. Nam quæ in Officinis ostenditur radix alba, potius Pseudodictamus est.

S A L V I A, nota.

M I N T H A quoniam odore suo suauissimo mentem excitat. Vulgo Balsamita.

Eius species sunt Menthastrum, hirsutiore folio, & profus maiore, grauiore odore, in hortensi & rustica re cunctis notissima.

Calamintha trium generum, ut inquit Dioscor. ex quibus tertium solum Officinæ Nepetam, Calamentum, uel herbam Cattæ uocant.

T H Y M V S ab omnibus cognoscitur, surculosus frutex, exilibus folijs, et angustis circumdatus, capitulis in cacumine flore purpureo, referitis, tempore quo floret.

S A T V R E I A, Tymbra in hortorum delitijs seritur, Tymo similis, minor tamen & tenerior.

S E R P I L L U M utrinq; domesticum, & sylvestre notum.

S A M S V C H V S, i. Maiorona nota.

Sertula Campana; sed non ea quam Officinæ uocant Melilotum.

M A R V M ignotum & Aegyptia potius herba.

O C I M A S T R V M, Ocimo similis, odora, sed hirsutior.

B A C C H A R, Non desunt, inquit Vergilius, qui genus esse floribus existimarent, quem modo Caryophyllum uocant, sed sylvestris. Nunc cultiles ij spectantur, ab odore ita cognominati: tanta uarietate, amplitudine, pulchritudine, ut Rosæ pares, non inferiores spectari possent.

R V T A nota.

M O L Y, hodie sylvestris Ruta, ut inquit Vergilius. Panacis tantū gummi, & succus seruatur in Officinis. Cætera ignotæ.

Liebstöckel.
Bastency.
Silemon-
taffum.

L I G V S T I C V M , Officinæ uocant Leuisticum.
P A S T I N A C A , nota.

Seseli, Latum Ciminum: pro quo Officinæ Silermontanū ostendunt.
Seseli ethiopica, dignitas secunda. Hoc nigrius est, & nascitur hodie q
apud nos, sed frustra, Medicis, Officinisq; incognitum.
Pariter Peloponnesse, & Creticum Seseli.

S I S O N , De hoc nihil usquam apud quenquam scriptorem certum
extat: propter importunam quandam & imperfectam historiam.

A N I S V M , Apio simile est semen, magnum, feraens, oblongum,
C A R O S , hoc est, ut inquit Barbarus, quod Plinius Carium, uel Ca-
reum appellat. Athenæus Pastinacam maiorem esse putat, multo prestan-
tiorem sapore, quam Pastinacam uulgarem.

A N E T H V M Culinis notum.

C I M I N V M , identidem.

A M M I , Cuminum simillimum, tantum candidius, & exilius. Offici-
nae Ameos uocant.

C O R I O N Officinæ Coriandum, uulgaris est noticiae.

Hieracia maior, Lactuca rotundior & breuis: dicta ex eo, quod accipi-
tres scalpendo eā, & oculis succo tinctis, obscuritatē cū sensere discutiunt.

Hieracia parua, seu minor, autore Pandectario, Rostrum porcinum,
sive ut alijs placet, Dens Leonis. Secus alij, quorum opiniones uide in-
fra in Annotationibus.

A P I V M multorum generum habetur, Domesticum, Palustre, Ru-
sticum, Saxatile, & id genus alia. Nam & Ligusticum, & Cherephyllon
inter Apia annumerant. de quibus infra in Annot. De omnibus autem
Commentarius Bononien. Doctoris Theobaldi Fettichij sic fere ha-
bet. Apium domesticum, apud aliquos herba Petroselinum.

Apium Palustre, uel Aquaticum, forte id, quod ubiq; pro Apio do-
mestico Officinæ ostendunt.

Apium Saxatile, Petroselinum in saxis proueniens.

Holusatrum, grande Apium, ab Officinis Petroselinum Macedoni-
cum. Secus alij: de quibus infra.

Smyrnion eiusdem generis cum Holusatru.

F E N I C V L V M Marathrum, nota.

D A V C V S gallica Pastinaca. de quo Barbari uide Corollarium.

Celebratur in Officinis Dauci semen.

D E L P H I N I V M . de quo sic Vergilius. Quam nostra ætas Se-
nam Officinis omnibus, & uulgo notam uocat, antiquitas, ut opinati ali-
qui sunt, Delphinion appellauit. Consule eius Annot. super hoc caput.

πύργον, uel herba Saluaris, passim ex Officinis notissimum.

Rosmarinus, uel λισανώτις, herba coronaria, & nemini non cognita.

Sphondilium ferulam differentem non nisi folijs a Panace, frequens,

ut inquit Barbas, gignunt palustres agri Patauini.

Pastinaca
maior.

Syllene.
Bumif.

Ameos.

Lactuca ro-
tunda.

Rostrum por-
cinum.

σελινον

δελφίνιον
Sena.

C vāgōdāx, id est, Ferula, calidis nascit̄ locis, atq; trans maria, similitudine
Segapenum. referēs Feniculū; e cui⁹ caule stillat qđ hodie i officinis Segapenū uocat̄.

P E V C E V D A N V M, seu Peucedanus, nomen a Pinu inuenit.
Officinæ tale fere exhibent quale hic Dioscor. describit, tantum radice

non succosa, nec graui odore, sed iucundo: uocantq; Feniculū Porcīnū.
G I T H, siue Melanthon, ipsa est Nigella, Maio & Iunio mensibus in
pratis, sepibus, limitibusq; omnibus nascens, nihilq; eo frutice uilius, si-
mul & frequentius. Vocatur etiam alio nomine Torminella.

De Laserpitio, & Maoudari optima atq; doctissime quæq; Barbarus
atq; Vergilius: & inibi de Lasere, Opo cyrenaico plura. Quamquam &
Medici, & Officinæ modo etiam re & uoce p̄o Aſa foetida utantur, qua-
prauissimi odoris est, atq; tantum differt a Laserpitio, quantū a melle fel.

S A G A P E N I V M ferulaceæ herbe succus est, quæ in Media na-
scitur: ab Officinis Serapinum.

E V P H O R B I V M, gummi ex Euforbia Libyca arbore, quæ Fe-
rulæ speciem habet, ex Officinis notū. nam in usu Medicis hodie exift.

Galbanum quoq; & Ammoniacum, & Sarcocollam ex Officinis pe-
te. Nec enim difficulter exhibent quidam, quibus bene uolunt.

Glaucium & a Mauris, & ab Officinis Memitha; & in instructioribus
Officinis servatur.

Glutinum græce κόλα, notū. Præstantissimum quod fit ex auribus tau-
rorū, & genitalibus: sed adulterat nihil æque. Vide Barbari Corollarū,

Gluten Piscium, græce ἵχθιον. Piscis cui glutinosum est corū: idem
q; nomen Glutino eius: quod alij ex corio, aliqui ex uentre putant fieri.
Uſus eius ad congelanda fercula quæ Galatina uocant.

V I S C V M Officinæ uocant, Viscum quercinum.
Aparine, Rubea minor, Italice, Grapella.

A L Y S S O N differt a Rubea folijs tantum, ramisq; minoribus. Ita
dictum, quod rabiem canum defendat.

Asclepiadem herbam quidem Commentarij, quos habemus, propter
restri Hedera interpretantur.

A T R A C T Y L I S, spina de genere Carthami: fertur esse admo-
dum vulgaris, sed mihi incognita & inuisa, quod equidem meminerim.
Vergilius pluribus depingit.

Polynemon Cunilæ bubulæ similis appingitur, folijs Origani, caule
Pulegij, geniculis multis intercepta, sine umbella.

Clinopodium, Serpillo similæ, etiamsi non serpat, aut eadem, aut pro-
pinqua illi esse uidetur.

Leontopedalion, uel Leontopodium, necq; ex Commentarijs, necq; ex
doctorum hominum interpretatione ualui coniūcere quæ nam esset.

Teucrion, uel Teucris, ignota.

Chamedryos ab officinis, uel Calamandrina. **L E U C A S**, incerta.

L Y C H N I S noctu lucere creditur, & ut nomen ex re illi factum in

A

dicat, ignis fulgore quodā uidentū oculos in se conuertere: non aliter τρόπος
felium oculi flammariū modo in tenebris lucent, et putres in humidis cau-
dices eodē tempore ignium speciem quandā uidentibus afferunt. Nasci-
turq; in locis humentibus, foliorum uiolæ albæ. Plura non lego.

Lychnis sylvestris, Pes accipitris, uel Hieracopodium: quamquam ac-
cipitrinus Pes apud nostrum uulgaris est quæ Corneola quoque dicitur,
folio Salicis fere pusillo, flore subluteo, cum siliquis Ciceri similibus, &
cum his semen inficere capillos dicunt, colore rubeo. Qualis autē sit Pes
Milui, dicta Columellæ inter herbas, ipse non explicauit.

μελισσα
φύλλον
Androm.

B A L L O T E, Marrubium nigrum, Officinæ, Prassium foetidum.

φυλίτις
Hirszung.
Ble.

Melissophyllum suspicor esse nostram Melissam.

Prassium, Marrubium, idem: nam utrumq; nomen Officinæ in usu.

Stachys Marrubio similis, ut inquit Dioscor. Hermolao uisa Romæ,

ubi, inquit, & Nauiculam, & alijs Coronatam herbam uocant.

P H Y L L I S, uel Phyllitis, secundū omnem descriptionē Dioscor.

oportet esse quam Officinæ Scolopendriæ, uel linguā Ceruinam uocant.

Phalangium flos lilio rubro similis.

T R I F O L I U M aut acutum, aut odoratum. Sunt enim multa eius

genera. De quibus uide Vergilij & Barbari commentarios.

Polion montanum ex Officinæ notum. nam crebro illis est in usu.

S C O R D I U M uerum hodie ignoratur. De quo uide infra anno-

tationem Mainardi. Quidam uocant palustrem Trixaginem.

B E C H I O N, & ipsa Tussilago. Commentarij quidam interpretan-

tur pro Vngula caballina: quod mihi tamen non probatur. Nisi alia sit

Vngula, quam quæ mihi hactenus est comperta.

Vngula Ca-
ballina.
Kesszibb.

B

A R T E M I S I A nota est. Et est duorum generum.

Ambrosia uagi nominis herba, & circa alias quoq; fluctuans, non fa-

ciliis inuentu, alijs aliter eam ostendentibus, & cum Artemisia tamen mi-

scentibus cunctis. Vergilio uidetur peregrina esse orbinostro, & Cappa-

docie potius familiaris.

Botrys, & ipsa Ambrosiæ, uel Artemisiæ species.

γέγενιον, herba Gruina. Officinæ hodie Rostrum Ciconiæ, uel Acum-

muscatam uocant.

Graphalion quasi herba fullonia, siue tomenticia, latine Centuncu-

lus, uel Centuncularis, Italice Centnorge. Vulgaris herba est, inquit Ver-

gilius, candicans semper, præsertimq; in maturitate. Folia eius non adeo

magna sunt. Flores minimi, & ipsi albescentes. Cum creuit, sternitur per

terram. Nascitur pingui solo, præsertimq; in marginibus itinerum, in

hortis & inter uites. Nullius nostra ætate usus est, neq; quicq; in Herba-

rum censu uilius modo, & neglectius uiret: & cū aruit, minus cognoscit.

T Y P H A herba palustris, de qua sic Dioscor. Folium Cyperidi si-

mile habet, caulem album, leuem, æquabilem, florem in cacumine ambi-

entem densum, qui in pappos soluitur: quod lanuginem quidam uocant.

Βότρες
Storchen
schnabel.

χαφάλιον
Centunculus

- C** *nigra* olim nota, ut inquit Vergilius; nunc quod uiderim, aut audierim, nulla nisi in veterum, Plinijsq; commentarijs audita.
OE N A N T H E fortasse ea, aut illi similis quā Officinæ Filipendula lam uocant.
- C O N Y Z A**, Pulicaris, quia pulices necat.
Meyenblüm Hemerocallis, Milium sylvestre, fortasse flosculus, aut illi similis quem in priori Tomo pinximus.
- Gel Violaten.** **L E V C O I O N**, *λευκοῖς* grēce Maurorū keiri, uel Viola matronalis, Crateogonon fama tantum notum & fide ex Autoribus. φύλοι, id est, Folium, incertæ historiæ.
- S A T Y R I O R V M** quinq; genera pinximus & descripsimus in Priori Tomo, & nuper Sextum nobis exhibuit Io. Melbrey herbarius, simile prioribus, sed albis omnino flosculis.
- De Horminio quid sit, uide infra Collinutiū, & Nicolaū Leonicenū.
- S E C V R I D A C A**, uel *ιδύστρεψη*, similis Gith, & in segetibus nascitur, figura qua eam hic describit Dioscor.
- O N O S M A** ignoratur.
- N Y M P H A E A**, Cacabus Veneris, uel Officinarum Nenufar. Androsaces herba Syriaca, & nostro orbi incognita.
- A S P L E N V M**, uulgas ubiq; Splenium: quod longitudine, latitudineq; sua fasciolæ, & ut sic loquamur, emplastelli formam haber. Hodie Scolopendriam, a Scolopendarum similitudine & figura, quam habet, foliosum magis cespitem quam Plantam uocant Officinæ.
- A N T H Y L L I S**, Solastrum, Chamæmelo similis herba per omnia, ut inquit Vergilius, & in flore, & in colore.
- Anthemis uerum Chamæmelum, uel Chamomilla, trium generum hominum, ut inquit Vergilius, & in flore, & in colore.
- P A R T H E N I V M**, uel Solis seculum, ut uocant Romani, quidam opinantur esse quam Matricariam uulgo uocamus. Alij eam quæ Cotula foetida dicitur; tam similis quoque Chamomillæ, ut uix dignoscatur, nisi per odorem.
- B V P H T H A L M V S**. De hoc in Tomo priore sententiam nostram diximus. Hodie a quibusdam Cotula creditur. Ab alijs ea herba que in Italia Bauzoar uocatur: quum hæc albos, illalutheos flores habeat. Sic enim in Commentarijs legimus.
- P E O N I A**, uel Casta herba, nota passim. De qua sic Vergilius. Vidimus nos, renascentemq; aliquot annis utramq; Peoniam obseruavimus: & ex his quas habebant ambæ præcipuas & certiores notas, folia scilicet, caules, folliculos, & in folliculis semina. Nihil scriptoris huius historiæ aptius respondere uisum est.
- Lithospermon, Lapidum semen, seu Milium solis. habet enim cum milij semen durissimum inter coliculum & folium.
- P H A L A R I S** herba sic explanatur a Vergilio. Ostenderunt nos

bis herbarij aliquando uno tantum culmo, & magis quam caule, aut calamo surgentem: uerioremc^z Plini^j, quam scriptoris huius historiam fecerunt, qui thyrsum habere tenuē, longū ceu calamū cā ait. Erant & in ea & in sumo ceruleus spicatus flos, sed rarī in spica illa florib. In Commentario nostro Bononiēn. lego. Phalaris hodie uulgo Bononiæ, Pamizola.

Rubea pculdubio nostra Rubea tinctorū, & ea quæ serit copiosa ad modū in agro Hagenöico, & q̄ in sepibus, umbrosisq; locis ubiq; nascit. Lonchitis forte Cannarum generis quæ in humentibus proueniunt.

A L T H E A, id est, Hibiscum, de genere Maluarum.

A L C E A, uel herba Simeonis, ut uocant Officinæ.

A N A G Y R I S. Hanc aliquando suspiciati sumus esse herbam Gra- tiæ dei, nam & illa ingrato odore existit, cum plerisq; alijs signis quæ ha- bet: uerū cū frutex sit arboris instar Anagyris, parū firma uideſ suspicio.

C E P A E A fertur Portulacæ similis, sed herbarijs hodie incognita. Alisma in aliquā Cōmentarijs p Fistula pastoris interpretatū repimus, in alijs pro aquatica, uel palustri Plantagine. Alterū nobis magis p̄batur. Onobrychis incognita hodie.

Hypericū apparet esse quā & Officinae Hypericō, & Perforatā, uel herba S. Ioannis appellat. Quamq; & qd sequitur Ascyrū, uel Ἀσκύριον pro plus nostrati accedere uideſ. Est & qd Andresemō uocat Hypericū, Hyperico simile, caulinis maioribus, densioribusq; ac magis rubentibus: quod in uinetis gignitur, & medio autūno effoditur. Hypericū quod C. ri uocatur, & Vergilius affirmsat sibi exhibitū ab Herbarijs, necdū uidi.

Chamepitys, græce χαμεπίτης, ab Officinis uocatur Chamepiteos, sed alij alia oñdūt: & quemadmodū diuersarū herbarū hęc nomēclatura est, ita diuersas quoq; herbas p Chamepity exhibent herbarij. Sane quā Luca cas aucuparius nobis uidenda p̄buit, ualde diligens & rerū peritus pharcacopola, non admodū abludit ab Dioscor. hac descriptione: quāq; qd hic scribiſ de hirsutis & suppinguib; folijs, nō plane deprehendi. Vnde m̄hi suspicio orit, necdū uerā sibi cōpertā habere Chamepityn pharmacopolas: cum tam diuersas herbas sub hoc noīe pferant. Et qd pene exciderat, est herba cui Iuā nomen est, & ipsa in magno usu barbaris scripto-ribus pharmacorū, quā p Chamepity qdā diuendūt: de q̄ in sequētibus.

Ex Dioscoridis L I B. Quarto.

B E T O N I C A duorū generū est, Mas, & Fœmina, Alba, & Ru- bea, uel Fusca, ut uocant Officinæ, Vtraq; celebris, & nota.

Lysimachia, uel Lysimachion, herba tinctorū, siue Citrina, ab alijs Lu- thea, uulgo Corniola, autore Leoniceno: eo quod luthi ei flores sunt.

P O L Y G O N O N, uel Sanguinaria. Credo esse quam Officinæ uocant Centnodiam. Quamq; commentarij quidam etiam Peram pa- storis, & Corrigiolam pro Sanguinali herba interpretentur Polygonatum existimatur esse Officinarum & Arabum Secacul.

A

ερτεδδα
νον

Υβισφ.

Sigmars
wurz.S. Johāns.
fraut.

B

Cori.

Iua.

Sanguinaria.
Weggraß.

Peruinca.
Yngryen.
Flammula.

C Clematidem primam Commentarius noster Bononiensis. interpretatur pro Peruinca: & belle mea quid sententia. Et alteram pro ea quam Officinæ hodie Flammulam uocant.

Polemonia, ipsa est Ruta agrestis.

S Y M P H Y T O N Petraeum, nos Alii Gallice uocamus, ut inquit Barbarus, folijs paruis, ramis tribus, aut quatuor a radice. Nascitur in petris, ideoque Petraeum cognominant. Symphyto autem græci nomen imposuere, quoniam consolidet. Hanc Veneti inquit, Cotonea appellant.

Symphytum alterum, Solidago, uel Consolida maior, notissima.

H O L O S T E O N, sine duricie esse herba dicitur, etiamsi ab offensione habeat, sed triuialibus herbarijs plane ignota.

Stœbe Dioscoridæ uulgaris noticiæ herba, nobis ignota.

V O L V C R I diuersa habentur genera: uerum maius id esse continent in Dioscor. quod Officinæ uocant Matesylua, & Caprifoliū, Italice Braccabusta.

Tribulorum, Carduorum, & Spinarum infinita sunt genera, de quibus olim plura, ubi & plus occidit fuerimus, & in rerum cognitione alius quiddam promouerimus.

Saxifragia.

D

λαγύπτος
Pes Leporis.

L I M O N I V M, sylvestris Beta, ut existimant.

OLAGOPV S, Pes Leporis, uel Leporis Cuminum, Leporinope-

disimilis est, & nota hodie. teutonica, Hasenfuss.

M E D I O N, uel Trifolium odoratum, appetet esse Lilium aliquod odoratum, & τριφύλλων.

Epimedion, Romane Vindicta, non assequor quæ sit.

X I P H I O N, id est, Gladiola, uel Genitalis. Hæc est Gladiolus illa, cultellato folio herba, cui a principio statim Iridis folia hic comparauit: ut inquit Vergilius.

Sparganion folia quoque Gladiolæ habet, sed arctiora, & in terram magis procumbentia.

X Y R I S, uel Iris agrestis. De hac uide commentarium Vergili, qui pluribus illam notis, & a se uisam pingit.

A N C H U S A quæ esset, aut saltem eius aliquod genus, a nemine unquam potui perdiscere: nisi quod in Commentario Bononiensi. uetus sit scriptum reperi. Anchusa generæ repertæ Bononiae in loco qui dicitur El Marcia grand. Ibidem nihil uilius crescit. Folia habet partim Læ-

ctucæ, partim Buglossæ similia.

Ocimastrum, sylvestre Ocimum.

G R A M E N, uulgatissimum inter herbas, sed longe aliud quam quod uulgus Gramæ uocat: geniculares in ramulos serpit, a quibus crebro radices spargit dulces Gramæ harundinaceum. Gramæ Parnasi illius spes sunt.

De Siderite, & eius speciebus ingenue fatemur cum M. Vergilio, in tanta ueteru & iuniorum diuersitate, nihil babere nos de Siderite, quod

pro comperto tradere ualeamus. In commentarijs tamen legimus uulgo dici Sclaream, & eam esse herbam unde liquor fluat, qui Sanguis Dracos nis uocatur in Officinis.

A

Sclaream.
Sanguis Draco
conis.

R V B I multa sunt genera, sed quæ magno separantur discrimine, tit inquit Barbarus. Communiter tamen, ut audio, pro Rubo hodie intelligunt Officinæ eum qui Mora profert, quæ Germanice uocant Brombeer. Ceteræ species additis suis notis distinguuntur.

Brombeer.

Idæus rubus in sola Ida nascitur, ut hic inquit Dioscor. H E L X I N E , herba muralis, uel Parietaria. De qua uide Vergilij Parietaria. Commentarium.

Elatine scribitur similis esse Helxine, sed per omnia minor. Eupatoriu. De hoc uide infra Leoniceni, Collinutij, & alioru. Anno. De Quinqzfolio quoqz consule infra Mainardu Ferrarien. Nam quæ hodie pro Pentaphyllo celebratur, nihil est minus.

Wild Salbeys.

P H O E N I X herba a Plinio uocatur Hordeum murum, uel muri- num. Nascitur in tegulis frequentior quam in aruis, hordeaceo folio, cuius seminibus inter tegulas mures uescuntur.

Lolium ma-
tinum.

Idæa radix, peregrina & Italica & Germania, peregrinitatemqz suam natatis loci cognomine indicat.

Cauda equi-
na.

Rhodia radix, Macedonia tantummodo nota. Equisetum, uel *πτυούχις*, id quod Officinæ uocant, Caudam equinam. Coccum quo infectores utuntur, a Mauris uocatur Kermes, & ab Officinis Granum tinctorum. Et ex eo tingitur Scarlacum, Reperitur in Gallijs apud montem Pessuli.

B

Tragum si nō id est quod Gyrci barbulam uocamus, ignoratur quid sit. Nam in Creta tantu nasci inquit Dioscor.

De luncis, & luncorum differentijs & generibus, uide Hermolai Bar- bari Corollarium.

L I C H E N , aliquibus Hepatica. De qua in priore Tomo sententia Hepatica.

Paronychia. Describunt, effigiantqz hanc, ut inquit Vergilius, nostræ ætatis Herbarij, petrosis locis nascentē, folijs latifoliæ Lauri duobus, aut complurimū quatuor ramulis: inter quæ spicatus flos, crassitudine polliz cis & longitudine, colore inter flauum & lutheum.

Chrysocomen Barbarus interpretatus Iouis Barbam, sed repugnante Marcello Vergilio.

Chrysogonon ignotum.

Helichryson. Commentarij quidē, quos habemus, interpretant pro ea herba, quæ officinæ hodie uocat Sticados citrinū, uel Sticados montanū.

Chrysanthemon quantum disteta Buphthalmo, uel Bouis oculo, de quæ supra egimus, uide Comment. Verg.

A G E R A T O N . Vergilius. In latinis sub hoc nomine nulla, quæ nobis nota sit, plantæ huius historia est.

C Verbenaca, ea est quam Officinæ dicunt Verbenam. *πιεστέων*
A S T R A G A L V S ex commentario quem habemus, nota herba inferioribus Germanis, qui eam vulgo uocant Erdt moren, uel moren. Quod plane non intelligo quid sit. Alijs Castaneæ Salandinæ. De Hiacyntho uide iudicium Hermolai & Vergilij. Commentarij exponunt Cæpam Banosam.

Papauer erraticum, Rubeum Papauer.

Papauer cornutum, uel corniculare, herba quam Officinæ pro Glauco, & Mentha ostendunt.

Iusquiamus. Apollinaris herba, Hyoscyamus, uel ut Officinæ uocat, Iusquiamus.
Bysen. SOLANVM uesicatorium, quidam accipiunt pro ea herba quam Officinæ uocant Alkakengi, Schlutten, oder Iuden kyrszen. Est & aliud Solanum, quod Solatrum communī nomine uocamus.

M A N D R A G O R A, De hac uide infra in Commentarij. Item Vergilij Commentarium de impostura agyrtarum circa hanc.

A C O N I T U M Officina Napellum, & rura quædam Lupariam. Habes infra & Annotationem de Cicuta & Aconito.

Taxus, græce σμιλαξ. Taxos habet Italia.

Apocynon, Brassica rustica, uel Canina.

Rhododendron, arbor quæ ab Officinæ uocatur Oleander.

C O L C H I C O N, Ephemeron. De his sic Vergilius. Quærendū, sint ne quos Medici & Herbarij Hermodactylos uocat Ephemeron hoc, an Colchicum paulo ante descriptum.

A L S I N E, Auricula Muris.

Lens Palustris, innatæ aquis nō fluentibus, muscus Lenticula similis.

Aizoum maius Semperiuum.

Aizoum minus, Crassula.

Vmbilicus Veneris, ab foliorum rotunditate, in forma umbilici redit, sic dicta.

G A L I O P S I S, Vrtica Labeo, nascitur in sepibus seclus uias, & habet radicem Strophulis non absimilem.

Galion fertur crescere in muris.

E R I G E R O N, siue Senetion, herba qua hodie in acerarij utinatur. Alias, herba Petrella.

Bryoni thalassium, Musci genus.

Potamogeton, herba S. Laurentij ab Officinæ.

Stratiotes in Aegypto tantum nascitur.

Stratiotes Chiliophyllos, nostrum Millefolium, Teutonice Garb. Et respondet historiæ huius per omnia.

Verbascum, qd Officinæ barbare Taxum, uel Tasson Barbassum.

Arction. De eo in priori Tomo plura, atq; item de Personata. Commentarij tamen interpretantur Lappam maiorem, & Bardaham maiusculam,

Iusquiamus.

Bysen.

Alkakengi.

Schlutten.

Oleander.

Meißbörlin.

Meerßen.

D

Millesolium.

φλόμον

Taxus bar-

batus.

Bardana ma-

ior.

P E T A S I T E s herba Galerita , in qua folium pediculo superpon-
sum, non aliter in medio, quam in Fungis passim uidetur, haeret.
Epipactis peregrina Italæ & Germaniæ, interç frutices Asiæ & Græ-
ciæ annumeratur.

Capnos, uel herba Fumaria, ea quam Officinæ vocant Fumum terre.
Cytisus notissimus quondam frutex Italæ, teste Vergilio in Bucolice,
nunc nullibi est: aut si alicubi crescit, sine honore est.

Myriophyllum, uel Millefolium, Barbaro alia uidetur esse ab ea quam
supra inscriptit Chiliophyllum . Quamquam iuuamenta utrincq; respon-
deant. Vtraq; enim vulneraria inscribitur, & ulcerum curatiua.

M Y R R H I S . Quidam existimant esse eam, quæ hodie Cerefolium
appellatur.

C R I S I I , & B V G L O S S AE differentiam, & de nominum il-
lorum commutatione, uide infra in Annotationibus, & Herbarij nostri
Tomo primo.

A S T E R , uel herba Inguinalis . De hac herba passim multos consu-
lui, nec expiscari a quoquam ualui quæ nam esset.

Iscopyron. Vide in Annotationibus Vergilij.
Chamæcissum uocant Hæderam nō attollentem se a terra, non tamen
ueram Hederam, sed herbam cultis locis nascentem, hæderaceis folijs, ne-
q; tota figura. Vide de hoc Vergilij Commentarium.

B V G L O S S V M , uel Lingua Bubula, nostra Borrago uulgatissi-
ma. De quo item infra in Annotationibus.

Vnum folijs & coliculis uulgo existimatæ Buglossæ, sed tenerioribus,
flosculis purpureis. Alterum linguæ canis simile, sine caule.

Leontopodium, ut inquit Barbarus, in uetusissimo Dioscoride appi-
cam uidimus, simillimam herbæ quam uulgaris ex consuetudine Calen-
dulam appellat, ut eadem omnino esse uideatur. Nec præterea quid de
ipsam prodam habeo.

Hippoglosson. Hanc se uidisse Barbarus testatur, nobis uero adhuc
incomperta.

Anurrhinon herba, sic uocata est, quod eius semen uitulorum naribus
simile existat. Folio paulo minus quam hæderaceo, flore qualis Viola,
purpurei coloris. Sic quondam M. Vergilio exhibita ab Herbarijs est.

Catanance Thessala herba: cuius secundam speciem existimant quæ
ab Officinis Bistorta uocatur.

T R I P O L I V M an sit Turbith Officinarum, uide infra in An-
notationibus.

Adiantos, id est, Capillus Veneris, nota herba.

FIDIC V L A, seu Trichomanes, Adianti genus alterum, & ea quæ
Officinæ uocant Calytrichon.

Xanthion, id est, Lappa. Sunt autem plura Lapparum genera, folio,

Erdtransphi.

Cerefolium.

Borrago;

Lingua Ca-
nina.

B

Bistorta.

Maurraut.

Calytrichon.

Lappa.

C semine, & natali solo diuersa: obseruatumq; a nobis est, quæcunq; hama
tis uncis, aculeatisq; & uestiū tenacibus seminibus plantæ sunt, in græcis
& latinis eodem aliquando nomine indicari, in illis Aparines, in nostris
Lappæ.

Foerasse
Rittersporren.

Wilder
haberen.

Linaria.

Yngryen.
Bonifacia.

Ben.

Wundel
baum.

Nux Vomi-
ca.

Bronauglin:

AE G I L O P S , uel Auena, herba arvensis, necans hordeum, folia
Tritici habens.

B R O M O S , Auenæ similis.

Glaux, & Polygala, ignotæ.

Osyris putatur esse quæ hodie ab Officinis uocatur Linaria,
Smilax Hederacei generis.

R V S C V S , sylvestris Myrtus. Aliquibus locis scopæ ad purganda
pauimenta ex eo fiunt. Officinæ uocant Bruscum.

Chamædaphne, Vincaperuinka, ut in priore Tomo scripsimus.

Laurus Alexadrina, herba quæ Bislingua uocat, uel herba Bonifacia.

Cucumer sylvestris, uel Cucumer asininus, ex quo Elaterium faciunt.

Staphis agria ex Officinis nota sub eodem nomine.

Thapsia nota ex Officinis.

Spartium, id est, Genesta, nota.

De N A R C I S S O uide infra in Annotationibus iudicia uaria Do-
ctorum.

Glans unguentaria est Ben, uel Behen.

Ricinus a Mauris Kerua, & ab officinis Cataputia maior dicitur.

Tithymalus, Lactuca marina, siue caprina, uel herba Lactaria. Com-
mentarius Fettichij Nucem uomicam uocat, quam hodie in Officinis sic

uocant, Tithymali fructum.

P I T Y V S A fertur esse Sebram, uel Mezeregi, latine Esula maior,

Lathyris, & ipsa Tithymalus, Cataputia minor.

S C A M M O N I A herba ignota: succus in usu Officinis, quem cor-
rectum & præparatum uocant, Diagridium.

Chamælea, Oleastellus, id est, Mezereon. Herbam uidimus in Offic-
ina Aucuparij, ne per latum quidem unguem discedentem a Dioscor. de
scriptione.

Thymelæa, nostrum Coccognidium.

Cucurbita sylvestris, id est, Colocynthis, uel Coloquintida, ut uocant
Officinæ,

C N I C V S ab Officinis uocat Carthamus, uel Crocus hortulanus.

S O L A T R V M herba maior, Scorpuron, uel Heliotropium, ubi
q; crescit in mense Augusto, caudam præferens Scorpionis.

Scorpiodes uidetur esse quam Plinius Calendulam uocat: quamquā
Herm. Barbarus Leontopodio tribuit hoc nomen, ut supra diximus.

Ex Scribonio Largo nobis obseruata.

Zηταφίσ ἄχρις, Herba est quam uocant Pediculariam: eo quod pediculus necat.

τολυννένεθ, Herba nerualis. Ea, si quamplurimum ie uno stomacho comeditur, a prima luna ad tricesimam sanat επιλυτιαρ. Hæc eadē ebrio data copiosa, in crapula uinū discutit, mentemq; restituit. Quam autem uelit non satis intelligo. Certe Arnoglossum Plinius uocat Nerualem.

Herba Vrceolaris, confert ad dolorem aurium, et tinnitus earum, si sine ulcere sint. Sed quæ sit, diuinandum relinquo.

τολύγονον, sic appellata, quia multa est, et ubiq; nascitur.

λυσιμαχίον eiusdem generis cum Poligono.

κοτυληδών, herba, folia similia cymbalis habet, nasciturq; fere in parietibus humidis.

Elaterium, succus Cucumeris syluatici.

Symphyti radicem quidam Inulam Rusticam, alijs autem Alum Gallicam uocant.

πολιόν, Tinaria est, ut opinor.

ιποκυσίς, succus Rosæ syluaticæ, quam Caninam uocant.

κακαιδένος folia Quercus similia habet.

κολονυνθίς, Cucurbita sylvestris.

γναφαλίς, Herba Centunculus, uel Sorba, uel siliqua Syriaca.

περικλυμένον, Sylva mater.

ιηραβοτάνη, Calcifraga.

Τριφύλιον, quam nos Vetricam dicimus, Oxymyrsine, Scopa regia, Trifolium acutum δευτερίφυλον, Nascitur in Sicilia plurimum. Nam in Italiæ regionibus nusquam eam uidi herbam, nisi in Lunæ portu, cum Britanniam peteremus cum domino nostro Cæsare, plurimum super circumdatos montes. Est autem folijs in specie & numero similis communis Trifolio, nisi quod huius pleniora sunt, et quasi lanuginem quandam super se habent, et in extrema parte uelut aculeum eminentem. Sed huius frutex duorum pedum interdum, aut etiam amplior conspicitur, & odorem grauem emittit, quorum nihil circa pratense Trifolium inuenitur.

Glycyridam nigram Peoniam Græcorum quidam appellant.

σχιζένος, Schizetus, lunci odorati flos.

ιοσκίναμον, Græci, Latini Altercum.

D E M O N S T R A T I O N E S aliquot Herbarum

ex Corollarijs Hermolai Barbari, de quibus dubi-

um quibusdam est, qualibus nominibus designen-

tur apud Autores.

De Caryophyllis. Ex Corollario de Pipere Lib. Secundo,

Paulus Aegineta Caryophyllum, nō Garyophyllum uocandum existimat, quasi multifolium, etiamsi hanc inquit non habet naturam quæ

A

I 8

C nomine prætenditur: sed flores arboris cuiusdam Indicę, festucacei sunt, & nigri, longitudine pollicari, acres, odorati, subamari. Lignum eius Xylocaryophyllum appellant. Ab huius odore, Violarum genus altillum Caryophyllum uulgo dicitur, ubique modo nascens.

¶ Et rursum Lib. 3. cap. de Bacchare.

Non defuerunt qui Baccharem genus esse floris existimarent, quem modo Caryophyllum uocamus, sed sylvestris, nunc altiles ē spectantur. Ab odore ita cognominati. Tanta uarietate, amplitudine, pulchritudine, ut Rosae partes non inferiores uideri possint, cum eacque de principali contendunt: quod nec colore superant purpureo, uermiculato, cädido, nec odore, nisi quod a longinquo plus olet recens Rosa. Iam nihil Rosa fuga*c*ius, longissima namque decerpis mora dies. Caryophyllum in triduum & amplius uita, uigoris durat, Aliquis tanta magnitudo, Patauina*r*um præcipue matronarum cura, ut orbem utracum manu complecti ferre nequeas. Folia quaterna, quinacum nonnullis. Rosae modo numero*s*a, mirabilis quorundam Alabastro culturæ ratione, quæ dehiscens, ipso staminum loco Alabastrum ostendit alium pandente se paulo post in florem, coliculo priore consenescente. Scio putare aliquos Caryophyllum ueteribus fuisse Caltham. Sed cum Vergilius nobis eam luteolo cincta colore tintam, nec Plinius a Vergilio dissentiat, nondum uideo, qui possit ita statui.

D

¶ De CAPRIFOLIO & MATERSYLVIA.

Periclymenon, Caprifoliū, et Matersylua dicitur uulgo. Quamquam Dioscor. Matersyluam pro Hædera capit, cui Periclymenon simile est.



Ex lib. Epist
iarum primo,
Epistola.;

¶ IO. MAINARDI Ferrarien. de qui
busdam Simplicibus censuræ.

¶ DE ERVILIA.

VODNOS E Ruiliā uocamus, non id est legumen, quo Arabes, uel potius libri ex arabico in latīna lingua quomodolibet uersi, Mes, uel Almes, uel Mel se uocant, necque id quod Almelic. Nam cū teste Serapione cap. iis. granū id quod Mes appellat, oculum habeat, cū pupilla nigriore, et herba cūtū Phaselus tamen euidentia, & experientia ipsa satis docet, quod Eruilia otulū non habet: uel si quid habet, quod oculus a defendantे propriū dogmatum forte dici possit, id omnino nigriore pupilla non constat. Subinde quantum Phaseli herba, ab ea, quæ Eruiliæ distet, ex utriusque aspectu quiuit addiscere potest. Si quis tamen uisui non credit, gustum consulat. Scripti bunt siquidem Auicenna, & Isaac, in cortice Mes, esse ponticitatem. Ia enim ipsi appellant eum saporem, quem Græci σεύφρον, nostri modo stupidum, modo acerbum nuncupant: qui quidem est sapor linguam uehementer adstringens et uelut ligans, qualem glandes maxime præseſſit.

A

Mes, Písum.

Eruilia non
est Almelic.

funt. Tam alienus est autem hic sapor ab Eruilia uera, quam ipsa a Glan-
dibus. Rursus Mes est idem quod písum: sed písa nō sunt Eruilia nostra. Scribit enim Plinius libro duodecimo, Písa habere angulos, ut cicercula: quos in Eruilia certe nostra non uidemus. Libro quoq; decimo octavo de
Eruilia & Píso ceu rebus diuersis, ait, quod folio constant longiore. Et
Theophrastus Písum multifolium else dicit, terrenum, amplum, adeo qz
uagum, ut locum totum implete, etiam si amplio interuallo sit positum:
quæ nostræ Eruiliæ minime quadrant. Liqueat ergo, quod Eruilia non sit
Mes. Quod uero non sit id quod Arabes uocant Almelic, nō aliter qz A=
vicennæ ipsius testimonio probandum. Is enim cap. 353. secundi libri, ex
sententia propria asserit, Almelic esse Erbuz, ut ibi legitur. Quod uero
Erbuz, de quo ibi Auicenna (Orobon Græci appellant) nos Eruum,
tam sit ab Eruilia nostra, quam Mes Auicennæ diuersum, adeo clarum
est, ut probatione non egeat. iumentorum enim potius quam hominum
cibus est Eruum, Eruilia homines libentissime uescuntur. Quonam ue-
ro nomine hæc res ab antiquis censeatur, quam Eruiliæ Pliniū uoce non,
nulli, uel parum ab ea (ut fieri assolet) deflectendo, Riquilam uocant, Pi-
farelos Veneti, Rodionos alij, hoc operosius est ualde iudicare. Si enim
uix possunt illa agnoscī, quæ ab antiquis summa arte effigiata, & ueluti
sub oculos posita sunt, quanto laboriosius fuerit leguminæ agnoscere,
quorum illi uel nomina, uel naturam, non quali forma constarent, ostend-
erunt. Pæsertim nostro æuo, quo simul cum nominibus, multarum re-
rum cognitio interiit. Adde, quod & Galenus ipse ambigere in his quo-
q; uidetur: anxie & scrupulose nōnulla eorum peruestigans, & ambigen-
ti demum magis qz decernenti similis. Quod non alia ex causa puto acci-
disse, nisi qz antiqui in eis describendis fuere negligentiores, quæ in pro-
patulo & assiduo hominū usu esse cognoscebant. Quod & Plinius quo-
dam loco animaduertit. Sunt tamen duo, triaue, quæ me mouent, ut cre-
dam Eruiliam hanc nostrā esse id, quod Theophr. & Diocles Dolichon
uocauerūt, et Galeni tempore Phaseolus, uel Lobus dicebatur, & a The-
odooro Siliqua: quanq; (si a tanto uiro dissentire licet) siliqua existimans
da est aliud legumen iuxta latinos autores. Quod uero præter nomen is-
pum, quod nulli alteri legumini magis quadrat, præcipue me mouet, est
id quod de Dolichis scripsit Theophr. s. de histo. plantarum libro: quod
si iuxta longum lignum quis eos affigat, ascendunt & frugiferi fiunt: si
non, mali & uermiculosi redduntur. His si addideris Galenum dicentem,
Dolichos in hortis conseri, excrementa alui excutere, & uix ob redun-
dantem humiditatem conseruari posse, uidebis profecto, huius Dolichi
proprietas adeo huic nostræ Eruiliæ congruere, ut nulli alteri legumi-
nimagis. Adde quoq; si placet, et aliud Dolichorum proprium ex eo
dem Theophrasto, & Gale. 2. lib. de Alimentis sumptum, quod scilicet
ipsorum solorum, dum recentes sunt, simul cum seminibus Siliqua quo-
que mandantur. Ratione cuius proprietates appellari eos Lobos scribit

B

Phaseolus.
Phaselus.

C Theophr. & post eum Aetius. Eruiliæ autem solius inter legumina edita ab hominibus Siliquas simul cum semine, nemo est qui nesciat: cum & crudæ aliquando ab ociōsis, & coctæ nobilibus, confectio præsertim ex eis delicato quodam pulmento, libentissime mandantur, aliorum leguminum Siliquis in cibū iumentorū projectis. Nolim tamen quemquam mihi de uerbo calumniam facere, quod Dolichon dixerim Galeni temporibus fuisse nuncupatum Phaseolum, qui sit aliud ab Eruilia: dicimus enim, Galenum securi, aliud esse legumen quod Phaselus, aliud quod Phaseolus, uel Phasiolus dicitur: & Phaselū esse idem Dolicho, ut Paulus post Galenum confirmauit: Phaselum esse, qui nunc uulgo Phaseolus, quem & Vergilius uilem nuncupauit. Quod si animaduertissem Serapio, sub lubiæ nomine, quod certe a lobo græca uoce deflexum est, Phaselos cū Phaseolis. i. Eruilia, minime confudisset. Quod & hi quoque pericarunt, qui nostro tempore Dioscoridem interpretati sunt. Ex quo uides re licet, quantum ad res ipsas probe internoscendas conduceat nominum intelligentia, quam tamen nonnulli hoc tempore penitus aspernantur. Si igitur (ut probauimus) Eruiliæ sunt Dolichi, quis ambigat malas esse: cum scribat Galenus, Dolichos multum esse fabis deteriores, quæ dubio procul malis cibarijs connumerantur.

D
Ex Epistola
4. lib. 11.

Sumach.

Epistola. 5.
cap. 11.

¶ De R H O .
R H O S uoce quidē græca, sed quæ, ut inquit Plinius, latinum nomen non habet, significatq; eum fructum, quem Arabes & uulgas nunc medicinæ serui dicorum Sumach dicunt, olim obsonijs & pellibus, nunc medicinæ serui entem, de quo & Theophrastus, lib. 3. de historijs plantarum & Dioscoride, lib. 1. & Galenus octauo, et Pli. lib. 28. abunde conscripserunt: aitq; Plinius, quod ulceribus medet manatibus cū melle, Galenus. quoq; à vītā & mākā scribens, Syriacum eum nuncupat.

¶ De A N E M O N E .

A N E M O N E , Papauer rubeum a multis existimatur.

A L B A R A , Populns alba, uoce parum deflexa.

A E G Y R O S , nigra Populus.

Epistola. 5.
lib. 11.

¶ De P O P U L O A L B A .
Populus alba, calida potius quam frigida, scribente de ea Galeno, qd mixta est aliquo modo temperaturæ, ex aqua tepida, et terrestre tenuata substantia, et quod abstensiæ virtutis est particeps.

¶ De N I G R A P O P U L O .

Populus nigra secundum naturæ codicem, quam in proclive est certe re circa omnium fere fluenta, ad tantum caliditatis gradum extollit, non potest, ut int̄ medicinas tertij ordinis possit collocari. Nam quis rogo sapientem, quis odor, quæ demum qualitas, tam præcellentis eam monstrat? Neq; enim multum odorata, neq; eximio aliquo sapore prædicta, sed dum gustatur, primo quidem modice astringit, postea amaritudinem quandam subobscuram inuehit, olfaciens quid non insuauit, uerum exi-

guum id omnino representat. Si quis uero uia Regia, quā Galenus mon^{it}
itrauit, incedens, experiri eam in corporibus temperatis, distemperatis,
ægrisq^{ue} uoluerit, calefacientem non alde inueniet. Paulus præterea Ae-
ginea Galeni Simia, calefacere eam scribit in primo ordine: cui Constan-
tinus quoq^{ue} monachus consentit.

M I X A R I A, uulgo Sebesten.
uovis, Auricula muris, herba.

P T E R I S, Filix.

Santonicum, Absynthium marinum

S C E A uulgo Italice, nunc Sanctolina, cuius semen ante Corallinæ
usum, in magna fuit celebritate.

E R I N G E R O S, Senection. Nec est Cardus benedictus, ut puta-
uit Genuensis, sed herba apud nos passim nascens, uel mulierculis cogni-
ta: quam quoniam in petris fere inueniunt, Petrellam uocant.

Tragoponos, Hyrci barbula, uulgo & ipsa cognita, holus uidelicet
sylvestre. Barbam petræ dicunt, uel eam, uel aliam multum similem.

S Y D I A E, cortices Malii punici.

S E M E N Careos, Carui.

G L Y C Y S I D O S radix, radix Peoniæ.

S E N A, nota herba.

B E Z E D, et Albezæd, non est Keiri, uel Leucoson, sed quedam Ana-
gallidis species, quæ rubicundum florem profert.

¶ De C A R D A M O M O.

Cardamomum Arabes Cordumeni uocant, de alia re sub Cardamo-
min nomine pertractantes. Quæ nam uero res ea sit, Oedypo eget conie-
ctore: quoniam nullum de ea scribentem græcum autorem affert Serapiz-
on. Ex quo fit, ut existimem, uel rem esse nouam, hoc est, quæ post Gal.
tempora in usum uenerit medicorum, uel errasse in ea non solum inter-
pretes, sed et ipsos autores. Nisi forte quispiam putet, cum Plinius quatuor
cardamomi species enumeret, de duabus, capite de cordumeni, de reli-
quis, cap. de cardamomo ab Arabibus scribi. Auerrois tamen, libro sui
Colligit, quoddam cardamomum inter medicinas post Gal. repertas co-
numeravit, cum superius inter eas quæ a Galeno pertractantur, de alio co-
scripsisset. Ego tria seminum genera uidi, quæ pro cardamomo ferunt, in-
ter quæ nescio an unum sit quod uere Cardamomum dici possit.

B

Lib., Epit.
ftola. +

¶ De S E R I P H I O.

Seriphium aliud a Santonicō, non solum uoluit Paulus, sed & Gale.
lib. 6. Simpl. Et Pli. lib. 27. Nec te mouere debet Dioscor. Absynthiū ma-
rinum a nonnullis Seriphium, ab alijs Santonicum uocari scribens. scis
enim, quam inconstantes sint huiusmodi nomenclaturæ, et pro libito ab
unoquoq^{ue} confictæ, Alioqui si hasce sequamur, Abrotanum idem dice-
mus quod Absynthium ponticum; cum, eodem Dioscoride, autore. Ros-

C manis sic Abrotanum uocent, atq; idē quoq; cum Santonicō. quoniam ut refert Galenus, Abrotanum a Romanis uocari Santonicum, scripsit Pamphilus. Vocet igitur unusquisq; prout uult, ait Gal. modo sciatres esse diuersas. Tuitius tamen est sequi antiquorum, præsertim Galeni, nominata: ne in rebus quoq; ipsis labi contingat. Verum & Dioscorides ipse, si emaculatus sit codex, Santonicum rem diuersam a Seriphio facit lib. 3; in fine capi. 26, pro uerbo enim Sardonicum, legendum Santonicon: & pro uerbo Sardonium, legendum Santonicū. Quod nedum ex Galenī, Pliniū, Serapionisq; concordi sententia patere potest, sed quia nulla est in Gallia Sardonis regio, sed Santonis: estq; Sardonion, alia herba, de qua Dioscorides lib. 2. inter Batrachij species, & libro. 6. inter uenena mentionem facit, a qua Sardonius risus græcorum prouerbium non bonæ famæ in uita, sicut Dioscorides, Paulusq; testantur, & lib. 2. Auic. sub nomine Seardi, licet ignorauerit de qua re scriberet, nec intelligi ualeat quid scripserit, nisi ab his qui ea quæ ille scripsit, aliubi didicerint. Obscurius quoq; idem Auic. scripsit de Seriphio, & Santonicō lib. 2. sub Scheq; nomine in capitib; principiō, adeo, ut ne diuinando quidē possis assequi quid uoluerit: & ne in nostra tantum æditione putes difficultatem, consule & hebræam, & maiorem, non modo æquam inuenies obscuritatem. Vide quod saxum uoluant iū medici, qui Auicennam sibi in idolum erexere.

D Sed de his alias maiore ocio.

¶ De A N T H E R A quid sit ex eius lib. 2. cap. 3.

Legisse te in multis medicamentis Antheræ nomen dicis, nec adhuc scire quidnam significet, alijs lutheum illud quod medium florentium rosarum interiacet, alijs rubentem ueluti fructum, quem ubi defloruere, in sua spina relinquunt, Antheram nominantibus. Poteram certe petitioni huic tuæ breuibus satis facere, si dixisssem, neutrum esse Antheram: apud idoneos enim autores, non simplicis medicamentinomen esse, sed compositionum, quas ad oris ulcera antiqui reliquere. Quarum Plinius. 28. Celsus sexto, Dioscorides primo, Paulus, & plæriq; autores in suis libris meminere. Sed dixisses puto, non te hoc querere, sed quam rem hī intellexerint, qui ad alia componenda medicamina ea utuntur. Non enim uideri rationi consentaneum, ut compositiones hasce in alias compositiones adhiberi uoluerint: præsertim, quum non certi cuiuspiam medicamenti nomen Anthera sit apud enumeratos autores, sed multis communione, quæ ulcerato ori solent adhiberi. Ut igitur id melius assequare quod desyderas, res est altius repetēda. Antiqui in Rosa sex partes, nō nomine tantum, sed uitribus quoq; & facultatibus differentes, cognouere: quas a recentioribus fere neglectas, non inutile fuerit recensere. Rosam primo diuidunt in folia, flores, & capita: folia, in ungues, & id quod exemplis unguibus remanet. In flore aliud semē, aliud capillus: in capite aliud cotex, aliud calyx (ut Pliniū uerbis utar) intelligitur. Vngues, pars illa candida uocatur, quæ capitū de proximo hærens, præcidi a seplasarijs con-

suetuit, rhodomeli, uel rhodosaccharum reliquo paraturis. Florem lutherum illud intelligunt, quod folijs circunquaç ambitur, separatum in capillum, id est, in tenuia quædam fila, & in semen quod sub his filis lanugi ne quadam opertū, cortice continetur. Caput solidum illud intelligunt, quod folijs & floribus, ceu basis substernitur: cuius superior pars, ex qua flos & folia prodeunt, propriæ caput, reliquum calyx nunc patur. Differe autem hæc non nomine tantū, sed & uiribus, Dioscoridis primum testimonio probatur, florem in gingiuarum fluctione inspersum, capita pota in alui profluijjs, & sanguinis exscrectionibus, folia ad alias ab his usus commendantis. Sed & Galenus libro septimo de simplicibus medicamentis florem in adstrictoria ui, ait folijs præstare. Quod etiam confirmavit Auicenna libro secundo: licet pro flore semen, sicuti alijs in loca patientia inscribitur, Hiram medicum ait idem Galenus, in quadam andromachi compositione, rosarum folia in flores mutasse. Plinius flos scribit somnum facere, semen urinam ciere, dentium dolori, igni fascro, & stomacho mederi, & naribus subductum caput purgare, ungues epiphoris salubres. Ex his rosæ partibus, re ipsa & ui, nedum nomine differentibus, flores Antheræ nomine recentiores significasse, ex hoc maxime uidentur, quod ea in morbis utuntur, qui ad strictorianam uim ualde desiderant, qua præcipue flores pollere, G A L E N I testimonio superius demonstrauimus. Quod & nomen ipsum manifestat, quum ab eo quod est ἄνθειον, id est, flos Rosæ, deductum uideatur, uoce tamen (ut fieri uulgo solet) paulisper decurtata. Hæc habui de Anthera quæ scribebam, magis ut tibi morem gererem, quam humanæ saluti consulturus. B Quando non magni periculi res est, utrum ex his quæ petieras pro Anthera capiatur.

Schoenianthos, uulgo Squinantum.

Lapathum, est Acetosa.

Buglosson, id quod Borraginem hodie uocant.

Seridis species, Scariola, Cicerbita, Endiuia.

Vuae siccæ, Passulæ, Vuæ Orientales & Occidētales, Ziziuæ, Sclauæ.

Citria, quæ & Arancia nuncupantur.

¶ De T H L A S P I.

Thlaspis, herba est angusta, habens folia ad dīgitī magnitudinem, super terram iacentia: in summo scissa, subpingua, uirgam tenuem duo rum palmorum, adnascentias quasdam paucas habentem, & circa totam ipsam fructum parum latum in extrema parte, in quo semen paruum simile nasturtio, ad disci figuram, ueluti cōquassatum, florem subalbum. Nas citur in uijjs & sepulchrīs. Semen est acris saporis.

Ex lib. 5, Epistola 11.

¶ De s C O R D I O.

Scordion nascitur in locis montanis & palustribus, folia habens similia chamædryi, maiora tamen, nec adeo in circumferentia incisa, aliquo

C modo Allij odorem referentia, adstringentia gustum, subamara, uirgulas quadratas, a quibus flos subrubens dependeret.

¶ De I N T Y B I S.

Intybum duplex est, Domesticum, et Sylvestre: hoc Cichorium, illud Endiuia uocant. Arvensis rursum duplex est: scilicet Radicula, et quam Cicerbitam uulgaris appellat.

Apium Hortulanum, id est quod hodie Petroselinum uocant.

Tarcon, uulgo Draconem herbam uocant.

Raphanus duplex est, quidam qui Radix, & alius q̄ Armoracia dicit.

Spinacum, olus quod Arabes Aspanas uocant, nos paulum imitato nomine, Spinacum appellamus.

¶ De O P O B A L S A M O.

Ex lib. sexto.

Verum Opopobalsamum, uel ad nos non assertur: uel si assertur, tanti precij existit, ut totius antidoti precium praeuertat, duodecim enim drachmas, praeter id quod in Hedicroo apponi debet, tota Andromachicō positio recipit, quæ 18. libras parum excedit. Vix tamen crediderim, syncretum & recēs afferrī. Nam quod hactenus uidere potui, odore, colore, substantia, longe a qualitatibus ueri distabit. Sed & Galen. uarijs adulteri rari id modis queritur, inueniriq; in optima Myrrha Opopobalsamum, qd intra corpus assumptum mortiferum esset: nisi forte extra hoc periculum nos sumus, qui non optima solum, sed bona etiā Myrrha caremus. nam quæ Myrrha loco habetur, pro odore suavitatis teterrimū uirus obolet.

¶ De R H E O.

Rheon scribunt Pli. & Dioscor. radicem absq; odore, Costo nigro similem, cum id quod in usu est, nullam cum Costo nigro similitudinem gerat, magnumq; longe odorem, nec insuauem iactet.

¶ De A M O M O.

Verū Amomū, i. botruosū, & ueluti unia, nescio si Italia hoc seculo uisit.

¶ De C I N N A M O M O.

Neminem adhuc audiui ambigentem, præcipue a Lusitani Regis classse, id quod passim ex India in Europam inuehitur, esse uerum Cinnamomum. Quod tamen non esse, ex Galeni uarijs dictis in lib. de Antidotis, facile patere potest, Cinnamomum dicentis esse arbustum. s. uel. 7. plus minus adnascentes ramusculos habēs, longitudine inæquales, ita tamen, ut maior semipedem Romanum non excedat: & id quod optimum est, indicibilem quendam super omnia alia odorem habere, gustuq; aliquæ tenus calefacere, non usq; adeo tamen, ut cum tristitia mordicaret. Colore tale, quale si lac uocato Phæo, cum exiguo uocati Cyani misceretur, i. ut mihi uidetur, colore albo ad fuscum & subcyaneum tendente. Esset us. 6. genera. & uidelicet inter optimum & pessimum, quod exiguo interallo ab optima Casia minime mirandum distare, cum ea in Cinnamomum aliquando conuertatur: quemadmodū post Galenum in lib. 2. sua Medicinae scripsit Auic. uidisse enim se ait Galenu. Casiam adeo al-

tam & uberē, ut ad arbusti ascenderet magnitudinē, ramūsculosqz quos= dam mitteret, uisu, corticis tenuitate, odoreqz & gustu exacte similes Cin= A
De Adulterio Casiae nostræ uulgatæ, et errore (namomo,

re Medicorum circa eandem.

Ex quo dicto intelligere quoqz licet, quantū uulgaris nostra Casia di= stet a uera, nihil cū Cinnamomo habens cōmune; terra cum sit, inodora, & penitus aspernabilis, imo nihil habens quare Casia putari debeat: ut Diocoridē & Pliniū legenti, remqz ipsam in manu habenti, facile constas= bit. Casiam cū dico, Aromatitē intelligo, quā Officinæ Ligneam uocant. aliā enim cuius nunc communis est ad aluū leniendā usus, scio antiquis penitus incognitā. Inter illa, id est, Aromatites, ea esset eligenda, que Gizi, non Gizar, ut putauit Hermol. barbarico nomine dicitur: quæ adeo si milis est Cinnamomo, ut duplū eius pro Cinnamomo, Galeno teste, po= ni possit, q Quinto accedendū non putauit: dicentī non secus eos facere, qui carētes Cinnamomo duplā Casia accipiunt: his q dicerēt, dū caremus phalerno, uel uino cretico, duplū uilissimi uini bibendū? & eos qui simi= lagineum panē non habent, debere duos surfuraceos esitare. Non enim ait Gale. simile quid his faciunt, qui Casiam Cinnamomi loco accipiunt, sed illis assimulantur potius, qui cum fortī careant uiro ad pondus feren= dum idoneo, duos ei substituunt debiliores. Hanc Gizi appellatam, the= riacē imponere deberemus, & carentes Cinnamomo, pro simplo Cinn= amo duplam accipere. Fistularem autem uocatam, omnīū uilissimam. & propterea theriacæ non imponendā scripsit Gale. esseqz passim cogni= tam, exteriorem quidem corticem, quem Fistulam uocant, fortē haben= tē & odore & gustu, interiora debiliſſima, adeo ut nullius sint utilitatis. B

¶ De N A R D I S P I C A.

Carere nos Indica Nardo quis dubitet, qui Spicam quidem uocari a= pud Galenum legerit: esse tamen radicem. Sed & in ea theriaces prēpara= tione, quam cæteris ueluti concisam magis & manifestiorem præfert Ga= lenus, sic ad uerbum carmine quodā scribitur. Termentinæqz rhesinam, nardiqz radicem indicæ ad nos uehitur spica, atqz utinam nardi esset, sua= uitate enim odoris penitus caret, & saporis est ualde ingrati.

¶ De S C H O E N O.

In flore etiā Schoenii idem accidit, cū enim scribat Democrates. Schœ= niz non festucarum, sed flos, ad nos festucæ portantur, non flores. sed in hoc magna uis non est: siquidem Galenus herbam laudat.

¶ D E M A L A B A T H R O.

Malabathrū quis nostro seculo cognoscit? Ego toto uitæ meæ tēpore uix unicum folium uidere potui.

¶ De T E R R A L E M N I A.

Lemnij Sigillitram nunqz uidi uel glebulam saltem. Nam quæ pas= sim uendit, nec facie, nec uiribus fere similis existit. Alioqui Galeni quo= que temporibꝫ tam apte adulterabat, ut dignosci a legitima non posset.

C

¶ De D I C T A M N O.

Dictamno, nisi eam rursus Venus ab Ida sylua deportet, omnino deficimus. flore enim, caule, & semine carere debet, quibus nostra hæc uulgaris maxime abundat: radicem uero habere tenuem, & inutile, quæ nos stræ magna & ad usum sola ueniens neglectis folijs, quæ imponenda cœsent pharmaco, non radix,

¶ De P E T R O S E L I N O.

Quod uulgo Petroselinū uocamus, uel apīū est, ab antiquis dictū hortulanū, uel qcqd tandem sit, cōstat eius semē nō id esse qd Theriacæ miscendū iussit Andromachus. pfer̄ enim reliqs, Gal. teste, Macedonicū, & macedoniacis extreaticū: in hoc alia excellens, qd marissimū & acerrimū existit. Nostratis autē semē ut a credinīs cuiusdam particeps forte uideri possit, omni tñ p̄fus caret amaritudine. Sed postqz macedonico carendū erat, utinā Epiroticum haberemus, qd Galeni tēpore (tanta erat ueri emula) in Macedoniā p Thessalonicē apportabat, ut p Macedonico vendi posset. Recentorū autē negligētia effecit, ut Macedonico, & Epirotico carentes, Apī communis semine pro eo utamur.

¶ De R H E S I N A T E R E B I N T H I N A.

Loco Termenting, quæ ex Chio optima, ex Libya et Ponto etiam bona afferebatur, hodie utimur Peucina, uel Laricæa rhesina.

¶ De S C O R D I O.

Scordij nō solū herbā, uerū etiā significatū ipsum hodie amissimus, Alii sylvestre eius loco, nominis similitudine decepti, accipientes: magis infest uenenosis pharmacis, aut feris repugnās, sed aquæ intercutis gratia, si miliūqz morborū. Scordij autē tantā uim esse noñnulli fide digni scripserūt, ut, quæcunqz supra illud in prælio qdam corpora occisorū ceciderant, diutius remanerent incorrupta, secundū eas potissimū partes, quæ herbam ipsam attigerāt. Vnde credit, Galeno teste, uenenis ferarū, & mortiferis pharmacis uehementer repugnare.

¶ De P E N T A P H Y L L O, &

T O R M E N T I L L A.

De Pentaphyllo libenter intelligerem, uulgarem ne hanc passim inuisis, etiā stratis nascentē acceperitis: ego non huius radicē accipiendā puto, sed eius quam Tormentillā uocant: quā licet septifoliā maiore ex parte in Italia uideamus, hic, hoc est, in Pannonia, sæpius uidi quincfoliam.

¶ De T H L A S P I.

Thlaspi ignota nostro æuo, etiā uoce est, mihi apud Ioannē Augustū Laurensem episcopū, uirū & doctrina & prudentia, & quod magis est, religione celebrandū degenti, comperta herba est, quam ueram Thlaspi esse puto. Cappadocam tamen desyderat Galenus, colore ad nigrum accedente, maiorem Cretica, & ex quadam eius parte ueluti quassam: unde & nomen accēpit,

¶ De A S P A L A T H O.

A

Aspalathō nisi sandali uocati spēs sit, puto hoc tēpore penitus ignotā.

¶ De C A L A M O A R O M A T I C O.

Calamus aromaticus hodie nullus habet, & quoq; uulgus eo nomine uocat, radix potius est, non Calamus. Nec, ut arbitror, ueri illius calami radix etiam, sed uel acorus est, ut etiam suspicari Hermolaus Barbarus quodam loco uisus est, uel alia quedam res nobis incognita.

¶ De A C O R O.

Ego quoties Acoro opus est, nō uulgari illa radice, & iniucundi odo-
ris, sed uocato Aromatico calamo uti consueui.

¶ De M A R O.

M A R O N S i non est Samsuchi species, ingenuē fateor me nesci-
te quid sit.

¶ De A C A C I A.

Veram Acaciam, i. ex Aegyptia spina factam, quam lachrymam Cyaz
neam uocauit primus Andromachus, puto etiam in Italia deesse, sicuti &
uerum Balsami lignum.

Pompholix nostrum, in myropoljs Nil, oculorum collyrium.

Nux myristica, id est, Muscata.

Polentam latini uocant id quod Græci ἀφιτον, & Arabes Sauic.

¶ De C O N V E N I E N T I A S V C V T I,

& S Y M P H Y T I.

Nemo qui Auicennæ caput. 2. lib. 682. ubi de Sucuto agit, capitū Dio-
scoridis de Symphyto comparauerit, ambigere poterit, idem esse Auicen-
næ Sucutū, & Dioscoridis Symphyton: erroreq; uel interpretis, uel ipsi-
us met Auicennæ contigisse, ut Semperuū dicatur. Errasse autem Auic-
ennæ, uel potius nescisse quid esset, ex eo constat: quod uarias de eo op-
niones &c. 2. & 3. lib. affert, nec uni præ alijs adh̄eret. Secundo em lib. ali-
os existimasse, quod esset Semperuum, alios quod mandragoræ cuius-
dam semē, alios aliam rem. Lib. etiam. 3. cap. de sputo sanguinis, duas de-
eo sententias affert. Nam postq; dixerat, quod est Semperuum, aliam cu-
jusdam Aggregatoris subdit opinionem, non enim de alia medicina lo-
quitur sicut Iacobus cognomento de Partibus est arbitratus, sed de eodē
Sucuto ait, scripsisse uirum quendam in suis aggregationibus, esse cala-
menti, id est, origani specie, hoc est, similitudine. Origanum autem dici
ab Auicenna Calamentum. 2. lib. manifestatur, cap. 159. ubi sub calamensi
nomine de omnibus origani speciebus pertractat. Deinde subdit eundē
uirum dixisse, quod nascitur inter lapides: utrumq; autem primæ Sym-
phyti speciei adscribit Dio. nasci uidelicet inter petras, & origani trahere
similitudinem, tertiumq; cum his, Sputo sanguinis prodesse. Melius igi-
tur quam Auicenna conieciſti, & Sucutum esse Symphyton, & utramq;
eius specie uulgo dici Consolidā. Quarū maior, passim apud nos nascit,
& a similitudine radicis Lucanicam uocant, Miranduleñ Alā nominant,

B

Semperuū.

Origahutti A
uicennæ Cala-
mentum.

C Alum uolentes, uel potius debentes dicere. ita enim primā eius speciem nominat Plinius lib. 26. & 27. in saxis nascentem ramis origani tenuibus, in cacumine thymi capitibus, circulosam, odoratam gustu, cum dulcede, ne saliuam cidentem, radice longa, rutila, digitum crassa.

D E R H E V B A R B A R O, & quod hodie uerum
Rheubarbarum non habeatur.

Quod uulgaris medicorū & Officinæ omnes nunc Rheubarbarum uocant, & punici Rauedseni, hoc Celsus Radicem ponticā, Diosc. Rha, & iuxta quosdam Rheon, secundū alios Rhian, Plinius Rhecomā. Gale. quemadmodum Dioscorides interdum Rheon, interdū Rhian, aliquando Rheon ponticum appellat. Eo antiqui ad uentris purgationē non utebant, sed antidotis miscebant, & ad plærosq; usus alios adhibebant, q; operæ premium non est hoc loco referre, quando ex Plinio, Dioscoride, q; terisq; facile disci possunt. Primus (qd meminerim) Auerrois Cordubensis Galenū cæterosq; medicos taxans, qui constringere eum putarunt, nedum subductiū uentris, sed inter cætera purgantia medicamina else scripsit præcellentissimū; quem secutus Ioannes Damascenus cognomen to Mesue, ubi medica pharmaca solutoria, quæ benedicta uocat, recenset, seriosam & honorificam illius mentionem facit. Cui hac in re, sicuti & in reliquis recentiores medici credētes, tanti illud fecerunt, ut aliquando aurī premium æquarit, necq; ad alios fere usus nostro æuo accommodat, quam

D uel ad bilis uacuationem, uel ad intestinorum difficultates, uel ad eos qui de sublimi aliquo loco ceciderunt. Non prætereundum tamen silentio, posse cuiquam uideri, Serapionem iuniorem solutoria ui illū præditū exp̄ istimasse, quum suo de simplicib; medicamentis lib. scribat, dari in omnibus in quibus datur Agaricum. Verum cum uerba illa nō ex propria, sed ex Diosc. sententia proferat, nec sit (quod plerumq; peccat) satis fidus interpres, audiamus ipsum Diosc. sua uerba personantem, uidebimusq; id non ex Dioscoridis, aut Serapionis opinione, sed potius de peruerba uerborū Dioscoridis, uel lectione, uel intellectione, uel interpretatione prodijisse. Ait siquidē ipse Dioscorides. Modus pariformis Agarico ad unumquemque affectum eodem drachmæ pondere. Quod si quis contendant Dioscoridem his uerbis sensisse, omnibus uiribus poltere Rheon quibus Agaricum, is & Galenū incuria, & Auerroin criminē falsi accuset necesse est. Illum quidem, quoniam ex Dioscoride non dicerit Rheon sicut Agaricon inter cathartica reponendum: hunc, quod tam nobilis rantiam perperam antiquitatī impegerit, & se quasi nouum tam medicamenti inuentorem iactanter & falso prædicet. Magis autem mouet me Paulus, q; lib. 1. suę medicinę cū dixisset, Resinā Terebinthinā oilię magnitudine uentrē ciere, subdit, magis aut subducere uolētes parū qd Rhu admiscemus. Est aut Rhus (uulgo Sumac dicūt) Diosc. Gale. ceteris, experientiaq; ipsa testante, medicamē uehementē uētris adstrictiū: q; sit ut suspicer librarij culpa deesse, e, literam illi dictioni, legendumque Rheu-

A

non Rhu. Verum hæc ambigendo potius quam decernendo dicta sint. non dñ enid uidere potui, quæ scribunt a Paulo proprio cap. de Rheo, quamvis legerim apud medicū nō magnæ autoritatis, ex sententia Pausi, quod mundificat. Quicquid tamen sit, non est ambigendum eam, prærogariam non habuisse apud antiquos inter cathartica, quam nunchazbet. Quæ res non mouere nos debet, ut minus illud hac in re faciamus. Quandoquidē nec p̄ myrobalanos int̄ solutoria medicamina, & senam, & mannam, & siliquam lindam, quam uulgo casiam uocant, ex purgantibus nunc præstantissima, habuerunt: item moschum, camphoram, sandalos, ambram, nobilissima quidem et efficacissima medicamina per nitus ignorarunt, aliacq̄ per multa nostro æuo explorata, & supreme celebra. Antiquos cū dico, Gal. & eo uetustiores intelligo: qui nō propter ea tamen accusandi sunt. siquidē nec omnia cognoscere, nec eorum quæ cognoscabant, omnes etiam uires scire potuerunt. Nec enim falso (quod Auerrois innuere uide) Rheo adstrictoriā uim attribuerūt. ipsum nāq̄, sicuti pleraq̄ alia, utracq̄ ui pollere dicimus, adstrictoria uide dicet, & purgatoria. Ex Ioannis Mesue & Auerrois igitur, ac recentiorū omnium autoritate, ipsaq̄ experientia didicimus, Rheubarbarum inter medicinas bilem pituitamq̄ expurgantes, esse peximiū, adeoq̄ ab his documentis quæ secum reliqua cathartica afferre consueuerūt, immunem, ut pueris, prægnantibus, cæterisq̄ imbecillioribus tuto exhibeatur. Esse autem iecoris congruentissimum, non solum hij, sed & Plinius & Dioscor. Galea nuscq̄ contestantur. Quod uero particulatim bilem a capite educat, non legi penes idoneum autorem. Plinius tantum bibi contra capititis grauitates affirmat: quas tamen utin pluribus, non de bili naturali & imperfista, sed de alijs potius humoribus pendere aptum est. siquidem bilis ipsa aliorum humorum comparatione suapte natura leuis est. Dioscor. febribus cum melicrato, infebrientibus cum œnomelite, pthisicis cum palse, stomachicis in catapocijs exhibit. Plinius pro uarietate morborū modo in uino, modo in aqua, modo in passo. Communis usus medicorū habet, ut uel formetur in catapotia, uel cū aquis Arnoglossi in intestinorum illud statidis constat, non ferule. Sed neq̄ id p̄ingere uidetur quod passim in officiis nunc p̄ turbith uenditur, siquidē, ut a fide dignis intellexi, ex planta accipitur, quæ folio myrti constat.

Excusatio ue-
terum Medi-
corum.

B

¶ De T V R B I T H.

Quid per Turbith intellexerit Messue difficile est diuinare. Neq; enim cum Serapione cōnueit, Tripolium intelligentia, nec cuth Dioscoride radice p̄ityusæ sic uocante, folio enim hęc Pinij, illud statidis constat, non ferule. Sed neq; id p̄ingere uidetur quod passim in officiis nunc p̄ turbith uenditur, siquidē, ut a fide dignis intellexi, ex planta accipitur, quæ folio myrti constat.

¶ De P O L Y P O D I O.

In Polypodium iudicio Messue standum non est. Siquidem integræ uncia per se parum purgat, cum ille quatuor aureos non transcendat.

Reprehensio
Mesue per
Mainardi uis
et inibi de per-
tinaci eritore,
Collinus, &
Leoniceno,

C

NIC. LEONICENVS, de falsa qua^e
rundam Herbarum inscriptione a Plinio.



Orminos.

Stachys.

Leucogra-
phis.Folium.
Tripolium.Emendatur
locus Plini.

De O R M I N O , S T A C H Y ,
& Leucographide.

V L T A S H E R B A S A C F R V T I C E S
folijs Marrubio similibus scribunt Dioscor. Galenus,
ac Paulus, quas omnes Plinius nō Prassio, id est, Mar-
rubio, sed Prasso, id est, Porro folia tradit habere simi-
lia. Sic Orminon libro, 22. dixit semen habere Cymino simile, cætera Por-
ro: sic Balloten, quæ alio nomine Marrubium nigrum, a similitudine Portum nigrū
rum appellatur, Plinius lib. 27. scripsit, alia nuncupatione Portum nigrū
a Græcis uocari, ac folijs quam Porri maioribus constare.

Sic Stachyn Porri habere similitudinem, longioribus folijs pluribus,
qz, lib. 29. notauit. Idem Plinius lib. 27. de Leuce, Leucoleuce, aliarumqz
herbarum generibus tractans, nominis similitudine, ac dictio[n]is figura
deceptus, eisdem Leucographida quoqz annumeravit, uisusqz est pro-
culdubio Leucographida herbam putasse, quam tamē Dioscor. Galen.
& Paulus genus lapidis, quod alio uocabulo Moroxus nuncupatur, eis
se testantur. Et ne quis forte pro Plinio obijciat, herbam etiam esse qua
eodem nomine cum lapide censeatur: easdem uires, proprietatesqz Leu-

D graphidi Plinius adscripsit, quas in eiusdem nominis lapide Dioscor.
Galen. ac Paulus pariter retulerunt. Scribit præterea Plinius de Leuco-
graphide, qualis nam esset, ab autoribus scriptum non reperisse, cum ta-
men Dioscorides, & quid ea sit, & qualis, suo quinto de simplicibus me-
dicaminibus libro satis notificauerit.

De P O L I O , E T T R I P O L I O .

Ob eandem nominis uicinitatem Polium, pro Tripolio, & uicissim
Tripolium pro Polio Plinius accepit. Nam libro, 21. duo Polij genera de-
scribit, quemadmodum & Dioscorides: alterum campestre, alterum syl-
uestre, folijs utruncqz cani hominis similibus. At quod miraculum in Po-
lio affert, eiusdem folia mane candida, meridie purpurea, sole occidente
cærulea aspici, hoc de Tripolij flore a Dioscoride scribitur. Polium vero
atqz Tripolium non modo locorum diuersitate in quibus utruncqz gigni-
tur, sed figura insuper, atqz colore, ac proprietatibus etiam inter se pluri-
mum differunt. Polium siquidem utriusqz generis partim in campis, par-
tim in montibus nascitur: Tripolium uero in maritimis tantum locis,
que unda maris alludit. Polium habet, ut diximus, folia cani hominis simi-
ilia: unde & illi apud græcos nomen: Tripolium folijs Ifatidis con-
stat: quemadmodum de utroqz scribit Dioscorides, & Plinius ipse libro,
26. confirmat. Nam quod apud Plinium legitur de Tripolio, folio facili
grossiore, palmo alto, error est codicis: ita enim legi oportet. Tripolium
in maritimis nascitur saxis, ubi alludit unda, neque in mari, necqz in solo-

folio lusatidis crassiore, palmeo caule, in mucrone diviso. Hæc enim omnia uerbum fere ex uerbo Plinius ex Dioscoride transtulit. Quod uero posse idem Plinius subiungit, hanc herbam eandem sideri quibusdam quæ Polium, miror ipsum quoque illorum errorem sequi potius atque imitari, quam improbare atque ab ijs cere uoluisse: cum quod de Tripoli flore misraculum legitur, Polij folijs adsignauerit. Sed paruum hoc futurum erat in uita periculum, si non etiam Polij uires uicissim Tripolio adscriptisset. Scribit enim, Tripoli radicem dari hepaticis in farre coetam: quod quidem Tripoli remediu apud nullum grauioris autoritatis medicum legitur. Polium autem non hepatis tantum, sed omnium plane uiscerum uitios auxiliari, autor est Galenus in octavo de simplicibus medicaminibus libro.

A

¶ De HERACLIO.

Scribit Dioscorides libro quarto, quoddam Papaueris genus, quod ab aliquibus Heraclium appellatur, habere folium tenue, simile Struthio, id est, herbæ ita uocatae. Quia uero Struthion apud Graecos significat etiam passerem, deceptus nominis æquiuocatione Plinius, hanc similitus dinem ad auem potius retulit quam ad herbam. Ita non de Heraclio libro. 20. scribit: Alterum est in sylvestribus Heraclium, folijs si procul inuestigari, speciem passerum repræsentantibus. Sed qui fidem ex re ipsa habere non possit, aliquanto sane probabilius existimet, herbam herbæ positius, quam aliis folium habere persimile.

Heraclium.

Radiculam
nos uocamus
autore Her-
molaio
Barbaro.

¶ De EMPETRO.

Empetrum ubi nascat, & quas habeat uires in trahenda bile ac pituita scribit Plinius libro. 27. eodem quo Dioscorides modo: alias tamen eiusdem subiungit facultates, quod urinæ cit, & calculos frangit: quæ a nullo alto autore de hoc Empetro traduntur. Quin contra Galenus Empetrum, quod etiam Prassoides appellatur, solis purgationibus. 6. libro utile esse testatur. At quos in altero Empetro, quod etiam Sarxiphages dicitur, Plinius legerat effectus, a græcis autoribus, ac præsertim Dioscoride traditos, huic Empetro a Sarxiphage diviso, quod uim purgatoriam habet, nominis æquiuocatione deceptus, adscriptis.

B

Empetrum.

¶ De BETONICA.

Betonicam a Romanis dictam, a Græcis Cestrum, pingit Plinius folio Lapatij, Dioscorides autem, cui magis astipula sensus, folio Quercus. Alteram uero Betonicam, quæ alio nomine Britannica appellatur, folia Lapatij habere idem Dioscorides tradit: ut uerisimile sit, Plinium alteram pinxit pro altera.

Betonica.

De PARTHENIO.

Parthenium scribit Plinius libro. 21. apud Celsum uocari Perdicium, & Muralium: deinde subiungit easdem Parthenio, quod Muralium appellatur, uires, quas Dioscorides alteri Parthenio ascribit, quod Chamæmelon alio nomine dicitur: quoniam parum folijs & flore ab herba Chamæmelo differat. Hanc autem Parthenium Chamæmelo similē herbam

n

Cotula.

C nonnulli ex recentioribus medicis Cotulam appellant. Sed hæc Parthenium non uocatur a Celso Perdicium, atq; Muralium, sed altera potius quæ Elxine a Græcos, & simul Perdicium, ac Parthenium quoq; nuncupatur, a Latinis autem Parietaria, & Muralium dicitur, quia paßim in parietibus seu muris nascatur. Nostro quoq; æuo uulgo, una litera dempra, pro Parietaria, Paritaria appellant. Hanc eandem herbam, siue Muralium, siue Parietaria dicatur, connumerat Celsus libro suo de medicina tertio, inter ea quæ uim habet reprimendi simul ac refrigerandi. Quæ sane facultas ei Parthenio, quæ Perdicium & Parietaria appellatur, non autem alteri quæ etiam Chamæmelon dicitur, ab omnibus fere medicinæ autoribus adscribitur. Hæc enim sunt de eadem Dioscoridis uerba: Habent folia refrigerandi, atq; adstringendi facultatem. Nec de ea aliter Paulus atq; Galenus tradiderunt. Ipse pariter Plinius libro, 22. eandem & Parthenium, & Perdicium quoq; nominari confirmat.

Cyclamini
radix.

D E C Y C L A M I N I radice, & Aristolochia.

Plinium etiam non tantum nominum, sed rerum quoq; ipsarum similitudo aliquando decepit. Nam Cyclamini radicem, quæ Rapum terre propter rotunditatem dicitur, Aristolochiæ rotundæ, quæ & ipsa aradis rotunditate nomen accepit, radicē esse existimasse uidetur. Nam lib. 25. quo in loco Aristolochiam quatuor distinguit generibus, eius quæro

Aristolochia.

D rotunda dicitur radicem scribit a piscatoribus Campaniæ Venenum terre uocari, ac coram se contusam immixta calce, atq; in mari sparsam, contumuo aduolasse pisces mira cupiditate, statimq; exanimatos fluitasse. Hoc idem, ut a uiris grauissimis accepi, nostro fit æuo ab eisdem piscatoribus, non Aristolochiæ rotundæ, sed Cyclamini potius radice, pisces allicendi atq; exanimandi causa. Ipse quoq; Plinius eosdem effectus non Aristolochiæ rotundæ, sed cuiusdam Cyclamini radici libro, 25. tribuit. Aut igitur fatendum est, duas esse radices quæ eosdem præstent effectus: quærum tamen alteram esse Aristolochiæ rotundæ radicem, neq; ab aliquo autore scriptum reperitur, neq; experientia cōprobatum: aut illud dicendum erit, Ciclaminum, qui radicem habet rotundam, quartum esse Aristolochiæ genus: quo nihil diei posset rerū naturæ repugnantius. Siquidem inde apud Græcos Aristolochiæ nomen, ut Dioscorides ac Plinius ipse testatur, quoniam sit optima pregnantibus: Radix uero Cyclamini s. deo est aduersa pregnantibus, ut si eam mulier grauida transcederit, abortum faciat, ueluti Dioscorides pluresq; alij medici insignes retulerunt, ac Plinius ipse quoq; confirmat.

Heliotropi.

D E H E L I O T R O P I I S.

Quamuis plures sint herbae quæ circumaguntur cum sole, Dioscorides tamen duo facit Heliotropij genera. Alterum folijs Ocymi, flore albo, subrufo, recurvo, ut scorpionis cauda possit uideri: unde & illi scorpiuri apud Græcos nomen. Alterum non absimile folijs, iuxta paludes nascens. Plinius uero libro, 22, cū & ipse duo genera Heliotropij describat,

A
in eisdem comprehendere uidetur illam Intybi specie quæ a medicis græ co nomine Cichorium appellatur. Ita enim eodem libro de Heliotropio scribit: Heliotropij miraculum sæpe diximus, cum sole se circumagentis etiam nubilo die, tantus syderis amore est: nocte ueluti desyderio contrahit cæruleum florem. Genera eius duo, Tricoccum, & Heliostrophium. Hoc altius, quamq; utruncq; semipedalē altitudinem non excedat. Semen in folliculo messibus colligitur. Nascitur nō nisi pingui solo, cultoq; maxime: Tricoccum ubiq;. Si decoquatur, inuenio in cibis placere. Quidnam aliud erit Heliotropij genus, cuius flos cæruleus existat, & non nisi pingui cultoq; solo nascatur, quodq; si decoquatur in cibis placeat, præter eam quam diximus Intybi speciem? Hanc tamen Dioscorides cum de Seride tractaret, ueluti unam eiusdem Seridis specie notificandam duxit, ac p̄prietates longe ab Heliotropij uiribus diuersas assignauit. Quare mirandum est, quo pacto Plinius hoc loco, ubi Intybum designare uideatur, easdem tamen uires potestatesq; subscribat, quas in utroq; Heliotropij genere tradidit Dioscorides. Auget etiā illud magis admirationē, quod idem Plinius Intyborum remedia, ac præsertim illius quod Cichorium a Græcis dicitur, cuius flos cæruleus cum sole circumueritur, priore in libro, scilicet. 21. suo loco notauerat, plurimum ab hijs que de utroq; Heliotropio traduntur differentia.

B

¶ De P E N T A P H Y L L O.

Simili errore Plinius Pentaphylon, atq; herbam fraga ferentem pro eadem accepit, ac Pentaphylli notas simul ac uires eidem herbæ præter Pentaphylli nomē censuit adscribendas. sic em̄ libro. 25. de Pentaphyllo retulit. Pentaphyllum nulli ignotum est, cum fraga quoq; gignēdo com mendet. Existimare tñ in re tā nota esse codicis potius q; Plinij errorē, ac pro Pentaphyllo, Trifolium legi oportere: quoniam ea herba quæ fraga gignendo commendatur, & quæ nulli ignota est, non quinis, sed trinis constat folijs: nisi postea Plinius alia nomina græca subiungeret, atq; alia afferret indicia, quæ non sunt alterius herbæ quā Pentaphylli propria.

¶ De A D A R C H E.

Adarchen Plinius inter species harundinum libro. 16. connumerat, u^r Adarches, bi ita scribit. Est & in Italia nascens. Adarcha nomine, palustris ex cortice tantum sub ipsa coma, utilissima dentibus. Adarchen uero Dioscorides, Galenus, & Paulus non harundinis speciem, sed potius salsuginē quādam in exiccatis paludibus harundinibus adhærentem esse scripserunt.

¶ De L E M N I A T E R R A.

Plinius libro. 35. inter cæteros colores natuuos Lemniam quoq; rubri, Lemnia terra. cam connumerat, cui inter alia rubricæ genera palma a veteribus dabatur. Hanc præterea multum ab antiquis celebratam cum insula in qua nascitur refert, nec nisi sigillatam uenundari solitam, unde & Sphragidos illi nomen fuerit apud Græcos. Hac præterea Minium sublimiri, adultericq; remque in medicina præclaram esse testatur. Omnes enim huic

C rubricæ facultates subscriptæ, quas prisci medici in Terra sigillata tradidèrunt. Vide itaq; Plinius Lemniā rubricā, & lemniā Sphragida, siue Terram sigillatā eandē esse existimasse. A Galenus tū aliarū rerū quę sunt investigator, ut qui, quemadmodū de se scribit, longis itineribus ad Lemnū insulā nauigauerit, ob nullā aliā causam, nisi ut Lemniā Sphragida, & quo modo nascere, & qualisnā esset, oculis ipsis contemplaret: aliud esse rubricā Lemniā, aliud Lemniā Sphragida, in suo de theriaca ad Pisonē lib. apertissime ostendit. Ita em̄ in eodē libro de Lemnia Sphragide, siue Terra sigillata scribit. Præstat autē eā nō appellare Rubricā, sed Terrā, est em̄ quedā Rubrica quę in insula Lemno nascitur, q̄ ad alios utimur effectus, diuersos ab hijs ad quos Terra sigillata adhibetur. In nono aut̄ sui de simplicibus medicaminibus libro idē Gal. Terram Lemniā tribus distinguit generibus. Primū est eius quae sacra dicebatur, quam neminem preterēt. Diana sacerdotem attractare fas erat, cui etiā eiusdem deę signatura impri mebatur, atq; ob id Lemnium Sigillum uocabatur. Secundum eius quae estuere Rubrica, qua fabri lignarij utebantur. Tertiū illius quę uires habet abstergentes: atq; ob id erat in usu fullonū præcipua. Si itaq; in re quę adeo curiose inuestigauit Galenus, eidē magis q̄ Plinio credere oportet, non recte Plinius quę de Terra sigillata a ueteribus medicis tradita fuerant, eadem Lemnię quoq; Rubrice, quę inter Colores ponitur, ac nō fuit tantę celebritatis, ut non nisi sigillata uenderetur, neq; eodem habet.

D e quos Lemnium Sigillum in medicina usus, censuit adscribenda. Et hoc quidem omnia probant, Pliniū ea quę omnino inuicem distant aliquando rei, saepius uero nominis similitudine deceptū, eadem esse existimasse.

¶ De Differentia C I S S I, E T C I S T H I.

C issus. **C** isthus. De Ciffo uero ac Cistho quanq; non per uolumen, sed per priuatam epistolam, ut qui nolim mihi cum homine mihi amicissimo, quę colo & obseruo, publicas esse de studijs contentiones, tuis quas mihi pro Plinio obiecisti rationibus respondere statuerā. Hic tamen locus exigit, ut pluribus etiā argumentis quā in dictatis feceram, ostendam Pliniū alterū ab altera nesciuisse distinguere. Plinius libro. 17. describens omnia Hederarū genera, prima in marem ac fœminam diuidit, ac utriuscq; florem similem ait Rosæ sylvestri, colore floris in mare ad purpuram accedente. Ex quo illud intelligi uoluit, fœminę florem magis albescere. Hec autem maris ac fœminę differentia, floriscq; in figura similitudo, in colore diuersitas, neq; a Theophrasto, neq; a Dioscoride, neq; ab alio grauioris autoritatis uiro in Hedera, sed in Cistho plane describitur. Verisimile igitur est, Plinium nominis uicinitate deceptum, eo in loco, quae de duobus Cisthi generibus tradūtur, Hederis tribuisse. Idem Plinius libro. 12. ubi de Ladanora etans, quo pacto ab hircorum Barbis depectatur insinuat, ita scripsit. Sed Hedera flore deroso pastibus matutinis cum est rorulerat Cypros: deinde nebula sole discussa in puluerem madentibus uillis adhucere, atq; ita

Ladanum depecti. Potest ne lucidius ostendi Pliniū pro Cistho Cifson, id est, Hederam accepisse; nam quis unquam retulit præter Plinium, qui Cifson, id est Hederam, pro Cistho posuit, pingue illud quod a Lada herba, quæ etiam Cisthos dicitur, Ladanum nuncupatur, Barbis hircorum Hederam, uel Hederae florem depascentiū adhærescere; hoc enim de Cistho, siue Lada, quod & Ladani nomen indicat ab eadē herba deriuatur, non autem de Cifso, siue Hedera Dioscor. Gal. Paulus, et quicūq; de Ladani genitura scripserūt, uno consensu retulerūt. Quin Plinius ipse eodē in loco ita scribit. Sunt qui in Cypro herbam ex qua id fiat Ladam appellant: etenim illi Ladanū uocant. Ac postea libro. 29. de eadē herba ac Ladanū non aliter scripsit, quam supra commemorati uiri, hæc enim sunt eius uerba. Ledon appellatur herba ex qua Ladanum fit in Cypro, caprærum barbis adhærescens. Est igitur Cisthos uel Lada, siue Ledon, nō aut Cifso, id est, Hedera, cuius flore depasto Ladanum hircorum barbis adhærescit. Quod Plinius ipse hoc in loco, lib. 5. 29. plane confirmat, quamvis lib. 12. uisus sit dubitasse, utrū esset Hedera, uel Lada ex qua in Cypro Ladanum fieret. Cuius dubitationis originē inde emanasse crediderim, quod aliquando ex Cistho, aliquando ex Lada, qm̄ utroq; nomine eadem herba indicatur, Ladanū colligi apud diuersos autores legisset. Ipse tamen modus, quem Plinius insinuat, quo pacto Ladanum hircorū barbis adhærescat, facile ostendit fruticem uel herbam, cui pingue illud inserviat humilem esse, ac per terram se spargentem, non quemadmodum Hedera per arbores se ab humo attollentē, cum ita scribat. Deinde nebula le discussa in puluerem madentibus uillis adhærescere. Nec enim Barbe hircorum Hederam depascentiū, quæ ut nonnullis placet ideo Hedera dicuntur, quia edita pétat, nebula in puluerem sole discussa maderent, nisi nō Cifsum, siue Hederam, sed Chamēcifsum potius, hoc est, Hedera humidamentem depascant. Atqui quo pacto hoc etiam in Cypri insula fieri possit, in qua, si Theophrasto grauissimo auctori credimus, nec Hedera quidem nascatur: siquidem Cypros insula sit ad Asiam pertinens, ut omnes Cosmographi consentiunt, nec Plinius ipse dissentit, qui etiam frustra ab Arpalō Hedera in Asia satam affirmat. Vtrū uero suis temporibus in eodē coeli tractu proueniret non assere ausus, id tantum scripsit: Hedera iam diciū in Asia nasci. Vnde luce clarius apparet, Plinium in eundē error rem incidisse, in quem lapsus est Auicenna, cum in suo de simplicibus medicamentis in quib; Cisthi generibus scribit, ea uerba subiungit, sub hijs maxime nascitur Hypocisthis. Ex quib; uidetur inuenire, sub hijs quidē Cisthi generibus maxime nasci Hypocisthidē: sub Hederais autē nasci etiam aliquando, licet non adeo frequenter: nec enim eo in loco, aut alibi Plinius de alijs Cisthi generibus aliquid dixerat, ut id maxime ad eorū potius, quam ad Hederaū comparationē posset referri. Possim ergo sic colligere: He

Perottus.

Cdera apud Pliniū diuidit in marē ac foemina, utriuscq; flos similis Rose sylvestri describit eodē autore, in insula Cypro Hederæ flore deroſo Lada, nū hircorū barbis adhæret, sub Hederais quoq; Hypocisthidae nasci aliquid significat. Hęc autē omnia a nullo autore, excepto Plinio, de Hederais scribuntur, aut sensu ipso siue experientia comprobantur, sed de duobus Cisthi generibus plane traduntur, atq; usū ipso ita esse cognoscuntur. Hęc igitur euidentissima sunt argumenta, Plinium eodem cum cæteris error re deiuiasse, qui Cisthon a Ciffo, hoc est, ab Hedera nesciuere secernere. Atq; hijs quidem, ut ego arbitror rationibus, motus est autor libri, qui Cornucopia inscribitur, uir, ut appetet, in herbarum inuestigatione non indiligens, necq; omnino earum imperitus, ut de Hedera tractans, scribat Cisthon a quibusdam inter Hederarum genera connumerari. hoc enim in Plinio est ita manifestum, ut de eo nulla dubitatio haberri possit. Sed quoniam in prouerbio dicitur, si cæcus cæcum ducat, ambo in foueā cadūt, existimauit idē uir alioquin græcarū doctissimus literarū, Cisthone esse arbustulam quandā a Lada differentē, atq; ab illa Cisthū, ab hac Ladanū, id est, pingue, quod utriuscq; plantæ folijs insideat appellari: cum tamen Dioscor. Gale. & Paulus eandem esse testentur Cisthon, & Ladam, siue Ledon, a qua id genus odoris quod Ladanum dicitur nomen acceperit.

¶ De G L A S T O.

Glastum.

DNecq; uero in eo tantū Plinius errasse uidetur, quoniam ut supra ostendimus, res omnino diuersas pro eisdē accepit, sed ob id etiā, quod easdem nominum uarietate putauit esse diuersas. Quamquam & eas quæ eadem nomine nuncupant, uarijs in locis tam uarie descripserit, ut quāuis eadem essent, ipsum tamen differentes existimasse iure quispiam possit arbitrari. Glasti similis herbæ Plantagini succo scribit Plinius lib. 22. initio uestes, idq; ei herbæ nomen esse apud Gallos. Nostro quoq; æuo paucis mutatis literis, Guadum appellatur. At constat hanc eandem herbam a Græcis Isatidem uocari. Nam Dioscorides scribit, Isatidis succo uti infestores lanarū, eandemq; herbam habere foliū Plantagini simile, atq; a Romanis Glutam, uel Glastum nuncupari. At Plinius lib. 20. Isatidem tertium genus facit Lactuæ spōte nascentis: quarto simili Lapathio sylvestri dicit uti infectores lanarum. Quod etiam ipsum a Græcis Isatidem dici, idem Plinius eo in loco facile indicat: quoniam eosdem effectus quarto generi tribuit, quos Dioscorides Isatidi assignat. Cum igit̄ Plinius nullam eodem in loco admonitionē adiecerit, eandem esse hanc Isatidem a Græcis uocatam, quam libro. 22. a Gallis Glaston appellari docuerat, uidetur profecto ignorasse quam herbam Græci Isatidis nunciatione significarent. Alioqui sicuti easdē uires in quarto genere Lactuæ sponte nascentis scripserat, quas in Isatide Dioscorides, ita eidem folia Plantaginis, sicut in Glasto fecerat, designasset.

Quid qd etiā, nisi menda sit codicis, quæ a Græcis dicitur Isatis, Radiculam a Latinis uocari, ac folijs Oleæ constare scribit̄ eiulde Plinij lib. 19.

ae postmodū eandē Radiculam nō Isatim, sed Struthion potius ab ijsdē A
Græcis appellari, eiusdemq; ramos tingentibus præparari, libro. 28. insis-

D E E V P A T O R I Q. (nuat.)

Auicenna scribit Eupatorium habere folia Canabis, florem Nenufas
ris. Mesue idem Eupatorium folijs Centaureæ minoris, floribus subcitrī
nis, longitudinis paucæ constare. Serapio folijs Pētaphylli, aut Canabis,
florem autem non explicat. Fortunatum esse oporteat qui diuinare uo-
luerit, quisnam horum ueriora retulerit: ac quod medicus ille precaba-
tur, qui medicinam sorti commiserat, dñ sua cuiq; remedia quibus illa ex-
traherentur secundarent, itidem a nobis orandum, ut bona fortuna in ue-
rum incidamus autorem.

D E G R A N O I N D I C O.

Ideo Serapio plantam quæ Habnil, id est, Granū Indicum gignit, scri-
bit esse similem plantæ lebleb, id est, Inuoluolo, siue Volubili, ut uocabu-
lis utar apud medicos nostros usitatis, ac ramis pterea folijsq; uiridibus,
flore in cuiuscq; folij radice purpureo constare: pluraq; alia eiusdē plantæ
addit indicia, quæ plane ostendunt eam esse omnino ab Isatide differen-
tem. Hinc ortus est Simonis error, qui de Nil in litera N, ita scripsit: Nil
arabice est Indicū, quo panni tinguntur, & est succus plantæ similis Vo-
lubili: semen eius inter laxatiua ponitur. In quibus uerbis si Simon illud
Indicū innuat, de quo Dioscorides, Galenus & Paulus tradiderunt, mul-
tiplex est mendacium. Necq; enim Indicum est herbæ succus, uerū, ut scri- B
bit Dioscorides libro. 5. & Plinius quoq; idem retulit libro. 35. Indicum
est duorum generum: Alterum, quod fit arundinum Indicarum spumæ
adherescente limo. Alterū ex purpure spuma in purpurarijs officinis cor-
tinis innatante. Si uero ita Indicum accipiatur, ut nos uulgo uocare consue-
tum suum quendam herbæ, quæ a Græcis Isatis, a nostris Guadum, ut
antea docuimus uocitatur, quod Indicum dixerit herbæ succum, non sa-
ne a uero dissentit. At quod ea herba ex qua is succus exprimitur, qui
Indicum appellatur, sit Inuoluolo similis, tam est in proposito falso, ut
improbatione non egeat. Idem Simon in litera H, refert ex sententia The-
odori Prisciani, Isatim esse Rubeam tinctorum. Postmodum in litera O,
dicit Osatim, ut Macer scribit, esse gratam tinctoribus herbam. Quæ di-
cta tam uaria non paruam fidem faciunt, ignorasse Simonem quid apud
Græcos Isatis, & quid apud Arabes Nil significaret. Quamquam in hoc
postremo Simoni sit ignoscendum. Nam & Arabes ipsi de eadem Nil si-
bi non constant, quemadmodum ex scriptis Serapionis probauimus. A-
uicenna quoque quamuis uires potius ac proprietates plantarum enar-
rare, quam earum effigies indicare studuerit, cum tamen ipse quoque
de eadem Isatide tribus in locis sub Nil uocabulo scribat, merito suspi-
cionem affert, se etiam titubasse, atque ancipitem fuisse, quid nam esset
Isatis. Nam in litera N, eadem de Nil scribit quæ de Isatide Dioscori-
des; quoniam in eodem modo diuidit in sativam, atque sylvestrem, atq;

Eupatorium

Serapio, grā-
num indicū.

Indicum.

Ceasdem fere uires ac proprietates herbæ Nil tribuit, quas Isatidi Dioscor. Sed rursus idem Auicenna in litera G, ita scribit. Guasmein est foliū Nil. • Et quædā alia subinserit, quæ in litera N, de eodē folio declarauerat. Vnū tantummodo addit, qd capillos inficit. Non tñ in hjs nec a sciplo, neq; a Diosc. multū Auiceña dissentit: ob id tantum reprehendendus, quod frustra de eadem re in diuersis literis scribat. At in eadē litera G, plurimū a Dioscoride, ac ueritate ipsa uidetur discrepare, de grano enim Nil ita scribit. Granum Nil est Cartamū Indum. Deinde multas proprietates sub in fert, quæ nihil ad Isatidem pertinent, pro qua Nil, siue Nigel idē Auicenna in N, litera retulerat. Mesue quoq; hunc errorē animaduertens, ubi de Cartamo scribit, dicit quosdam falso putasse Cartamū esse granum Nil. Nec minor est apud autorem Pandectarum in eisdem rebus nominibus qz colluicio. Nam & ipse falso scripsit, quod Arabice Nigel dicitur, Nel- me a Græcis appellari, a Latinis autem Indicum. Et quamuis herbæ Nil, siue Indico, onnes facultates subscriptissent, quas Dioscorides atq; Gale- nus, & Paulus Isatidi tribuunt: idem tamen alio in loco, uidelicet in litera B, scribit Osatidem, uel potius Isatidem, Exborith græce, arabice autem Agisdo, latine Saponariam, uel herbam fullonū, omnibus hisce nominib; bus eandem herbam nuncupari. Ex quibus uerbis uidetur innuere, Isatim, quam ipse uitiose Osatim appellat, esse Radiculam illam, cuius adeo succū in purgandis lanis Plinius lib. 19. extollit: nisi quod postmodū pro- prietates subscriptibit, quæ non sunt Radiculæ, seu herbæ fullonum, sed Isatidis potius, id est, herbæ tinctorum propriæ. Quantum uero huic autori Pandectarū credere debeamus, uno eiusdem uiri ignorantiae argumento recitato patebit. Docet Dioscor. ex folijs Chamæleæ cum duabus parti- bus Absynthij addito melle, uel aqua, fieri catapotia, id est, pillulas. Hic autem bonus uir, quicunq; fuerit, qui libros omnia mēdacia continent, composuit, nesciēs catapotia apud antiquos significare eas, quas nos uulgo pillulas appellamus, dixit, docere Dioscoridē fieri trociscos admixto absynthio duplī mensura, & una parte chamæleæ & cataputiae: quasi apud Dioscoridem hoc uerbū catapotia non pillulas, sed plantam potius, quæ uulgo cataputia dicitur, significaret. Sed ne, dum aliorū potius quā Pliniū errata persequimur, usq; ad fastidium uolumen excrescat, ad pro- positi nostri institutum reuertamur.

¶ De E C H I O .
& A L C I B I O .

Echios. Echios alterū genus describit Plinius eodē quo Dioscorides modo, la- nugine spinosa, & capitulis uiperis similibus. Hanc eandem refert Dio- scorides libro Quarto ab aliquibus Alcibium uocari. Plinius tamē libro uicesimo septimo, quasi de alia re uerba faciens quam de Echi, quamlibet uicesimo Sexto contra serpentes bibi ex uino & aceto docuerat, ita scribit. Alcibium qualis esset herba apud autores non reperi, sed radicem eius ac folia trita ad serpētis morsus imponi & bibi iubent. Sic Dio-

Alcibium.

corides libro. & Echios radicē ac folia e uino potari iubet contra eosdem serpētes. Esse uero eandē Alcibion & Echin, illud nō tenue est argumen-
tū, qđ neq; Dioscorides, neq; Paulus de Alcibio seorsum scripserunt, sed
de Echi tantummodo, quā alio uocabulo Alcibiū, siue Alcibiadion dici pa-
rit̄ retulerūt. Nicander etiā in Theriacis suis, id est, in eo libro, in quo re-
media scribit cōtra animalia uenenata, eandē herbā Alcibiū, & Echin u-
troq; nomine nuncupat, atq; eiusdē librī expositor, Alcibiū qđ ab inuen-
tore, uel ut Demetrius inquit, ab Alcibio qđā, qui primus ex eadē herba
remediū sensit, Echin aut̄ qm̄ contra uiperarū iētus utiliter bibitur, scribit

¶ De C E N T V N C V L O. (appellatam.

Centunculum scribit Plinius libro. 28. uocari ab Italīs herbam rostra-
tis folijs ad similitudinem capitī penularum, iacentem in aruis, eandem
autem a Græcis Clematidem appellari: eius præterea egregium effectum
ad sistendam aluum in uino aūstero testatur. At Dioscorides libro. 3. non
Clematidem a Græcis nuncupatā, sed Gnaphalium potius scribit, a Ro-
manis Centunculum dici: atq; eundē fere in Gnaphalio refert effectum,
quem in Centunculo Plinius: nam eius folia in uino aūstero pota, dysen-
tericis prodesse confirmat, quod idē Plinius libro. 27. de Gnaphalio scri-
bens pariter asserit. Dioscorides præterea, qui omnes Clematidis species
diligenter atq; accurate conscripsit, nullam tamen hoc nomine a Græcis in
snuat uocitari, qualem designat Plinius rostratis folijs ad similitudinem
capitī penularum in aruis iacentem:

¶ De I A S I N E.

Idem Plinius eodē lib. 28. atq; eodē in loco ubi Centunculū nominat,
Laginē quoq; inter Clematidas cōnumerat, quā lib. 22. lasinē nominauit
De lasine siquidē lib. 22. ita scribit. Salutaris est phtisim patientib. At lib.
28. de Lagine ita. Phtisicos iuuat cū melle. Itē de lasine. Mulieribus lactis
ubertatē facit. De lagine similiter. Lactis ubertatē facit. De lasine quoq;
Infantiū capiti illita nutrit capillū, tenacioreq; eiō cutē facit. De lagine pa-
riter: Et infantibus illita capillū alit. Vtranq; uero & lasinē & laginē in ci-
bis placere, & uenerē stimulare testat. Quorū uicinitas nominū & pares
ppemodū effectus, argumento esse possunt, uel lasinen, uel laginē in utrō
q; libro esse legendū, atq; eandē plantā p̄ diuersis bis frustra a Plinio re-
petiā. Eandem præterea laginem scribit Plinius ab aliquibus Echiten uo-
cari, & tenuē Scamonium: quod dictum me suspicari facit, nē laginē &
Echiten pro Elxine & Eusine, codicis forsitan errore, scribat. Nec enī
agnoscitur planta, quae uerius tenuē Scamonium dici possit, quam ea quā
Græci alijs uocabulis & Elxinen, & Eusinen, & Cissampelon etiam ap-
pellant. habent hæc omnes Scamoni notas. Libro siquidem quarto scri-
bit Dioscorides, Elxinen habere folia Hederæ similia. At eiusdem Hede-
ræ folijs & Elxines pariter Scamonium libro eodem ab eodem Dioscor-
ditur. Elxine quoque florem fert candidum, calathi figura, & plus
tim lacte manat, & aluum ciet sicuti Scamonium. Hanc eandem El-

Centunculū

Iasinet

B

Cxinen Plinius, nisi fallor, libro. 21. Conuoluolum appellat: ob id, quod, ut etiam de Elxine scribit Dioscorides, omnibus in quas inciderit plantis circa cumuoluitur. Eiusdem florem scribit Plinius esse rudimentum naturae Lilia facere condiscens: in quo flore plurimi decipiuntur literatores, qui Simonis Genuensis autoritate freti, existimant eundem florem esse Ligustrum, de quo Vergilius: Alba ligustra cadunt; cum tamen Ligustrum sit arbuscula, quæ quidem flores albos profert, sed plurimum a Conuoluoli flore differentes. Eadem arbuscula hodie quoque in aliquibus Italiae locis ab incolis Lagustrum, pro Ligastro corrupto nomine dicitur. Audo etiam a plerisque Caprifolium appellari, quoniam eius folio caprae præcipue uescantur. Non longe huic dissimilis in Asia nascitur, quæ a Græcis Cypros, ab Arabibus Alcana uocatur. Minus uero mirandum sit, Plinii hominem quantum negotijs ciuilibus deditum, tantum ab omnibus medicinæ exercitatione remotum, in hac fruticum ac herbarum contemplatione aliquando cespitasse: quando & Auiceña ipse, quem si uere ē, quem illi omnium fere ætatis nostræ medicorum tribuit consensus, in medicina principatum mereatur, non solum scriptis, sed rerum quoque experimentis atque operibus uere medicum fuisse oportuerit, tam in cibis rebus ad usum medicinæ necessarijs uidetur fuisse implicitus atque perplexus, ut hanc ipsam Elxinē, siue Cissampelon, quæ latine Conuoluolum dīci potest, & Alsinen, quam scribit Dioscorides Auriculam muris a Romanis nuncupari, & aliam quam Græci proprius Myosotida, id est, Auriculam muris appellant, & Anagallidem, quatuor scilicet herbas & natura & figura plurimum differentes, sub unius Auriculae muris appellatione confunderet. Quod si quis pro Auicenna obijciat, potuisse eum & Alsinen, & eam quæ proprie Auricula muris dicitur, & Anagalliden, has tres omnes herbas Auriculae muris nomine nuncupare, quoniam æque omnes folijs musculorum auribus similibus constant: hoc tandem de Conuoluolo, cuius folia sunt Hederæ folijs similia, nequaquam autem Anagallidis peculiares. Sed ne uideamur Auicennam per calumniam falso reprehēdere, eiusdem Auiceñæ uerba ex secundo ipsius de simplicibus medicaminib. libro in mediū afferemus. Auricula muris, inquit, est herba, cuius uirtus secundū Galenū p̄pinqua est uirtuti herbæ qua uirū abstergit. Hic Auiceña Alsinē sine dubio innuit, quam Diosco, atque Galenus testan̄ habere similes uires Elxinæ, id est, Parietariæ, siue herbæ qua uasa uitrea absterguntur. Deinde subiungit Auicenna. Ethoc nomen ab solutum est duabus herbis, quarū una est quam nominat Gale, & odorat ex ea odor Maluæ, & non habet duriciem. Hæc quidem Auicennæ dicta uera sunt de eadem Alsinē, cuius mentionem facit Galenus libro Sexto.

Conuoluolum.

Ligustrum.

Cypros.
Alcana.

Auicennæ
lapsus.

Auricula.
muris.
Anagallis.

Alsinē.

quamquam nihil de tali odore retulerit. Quod uero demum addit Auicenna, quod altera quam nominavit Dioscorides, sit similis Volubili, nisi quia minora habet folia, omnino falsum est: hoc enim Dioscorides scribit de Elxine, quae & Cissampelos dicitur, quod habeat folia Hederæ similia, minora tamen. Auicenna siquidem ab effectu Hederam Volubilem nonnunquam appellat, sicuti eadem ratione hæc ipsa planta, quæ apud Græcos Elxine & Cissampelos dicitur, latine Conuoluolum appellatur. Sed quænam Conuoluolo cum Alsine, sive Auricula muris in folijs, aut flore, protestatibus sue societas, quamuis tenuis quedam in nomine tantum apud Græcos similitudo reperiatur. Nam Auricula muris Alsine, Conuoluolum autem ab eisdem Græcis Elxine uocatur: quæ sane uincitas nominis decæpit Auicennam, qui postmodum serpentes auibus, & tigribus ursos geminare uidetur, hoc est, res omnino differentes in una designare, cum Conuoluoli effigiem, atq; Anagallidis pariter pingit: ita enim post uerba paulo ante scripta subiungit. Est & herba expansa super superficie terræ, paruos habens stipites, domestica, bona, sine odore, & nō habet saporem fortem, azulinos habens flores, cuius semen semini Coriandri assimilatur. Hæc omnia Auicennæ uerba indicant, alterum genus Anagallidis, quod florem profert cœruleum, & foemina dicitur, sicuti etiam effectus Anagallidis proprij ab Auicenna subiuncti manifestissime ostendunt. Quos, ut antea scripsimus cum seorsum de utroq; Anagallidis genere sub proprio nomine tractat ipse Auicenna subscriptibit: additam & aliam quæ non est Anagallidis, ex sententia cuiusdam Musaick, facultate, s. qd iuuamentū eius est iuuamentū Absynthij. Hoc aut non de Anagallide, sed ea herba quæ proprie Myosotis, id est Auticula muris a Græcis appellatur, differtq; ab Alsine, & utracq; specie Anagallidis. Legitur apud Paulum, qui eam ad occidēdos adhibent uermes. Ex quibus omnibus colligit uerum id esse quod diximus, Auicennam maiori errore quam Plinium, qui res easdē tanq; diuersas exposuit herbarū, natura, ac figura differentiū p̄prietates ac uiires in urlo, ut dicit, capitulo miscuisse.

C De A R C T I O, et P E R S O N A T I A.
 Sed non est nunc nobis cum Auicenna, sed cum Plinio negotiū, quæ ad ipsum reuertamur. Hic libro. 25. de Arctio, quamuis Echion errore codicis, ut arbitror, legatur, ita scribit. Arction quidam Personatiam uocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem: huius radice decoctam ex aceto dant potui. De eadem Personatia non multos infrauersus Plinius ita scribit. Personatia, quam nemo ignorat. Licet autem & hic pro Personatia Persolata uitiose scribatur, tamē quod sequit, probat Personatiam esse legendum: ita enim subiungit. Græci uero Arction uocant, folia habet maiora etiam Cucurbitis, & hirsutiora, nigriora, & crassiora, radice albam & grandē: hæc ex uino bibitur denariorum duorum pondere. Videlur profecto Plinius duo Arctij genera putasse, quorum uirumq; Personatia diceretur, alterumq; biberetur contra serpentes

A

Cissampelos,

Conuoluolum.

Auicenna serpentes auibus geminatis

Myosotis

Arction:
Personatia:

C ex aceto, alterum ex uino. Attamē & Dioscorides & Galenus, ac Paulus de uno tantummodo arctio prosopite, id est, Personatia scripsierunt. Ese uero idem Arction, siue eandem Personatiā, quam primo & secundo loco describit Plinius, eiusdē Plinij uerba apertissime ostendunt: nam de prima ita scribit: Quidam Arction Personatiam uocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Hic autem proculdubio Plinius innuit illam, quæ a nostris tum Bardana, tum Lappa maior appellatur. Quam ideo ueteres Personatiam dixerunt, quoniam hac propter amplitudinem foliorum ad personatos faciendos utebantur. Hanc uero eadem ratione Dioscorides, Galenus ac Paulus Prosopiten, id est, Personatiam nuncuparunt, ac folijs Cucurbitæ, nigrioribus tamen atq; hirsutioribus constare tradiderunt.

Bardana.
Chamædaphne.

De C H A M A P H N E.

Plinius libro. 15. Chamædaphnem ita describit: Est & Chamædaphne sylvestris frutex, & Alexandrina, quam aliqui Idæam, aliqui Hypoglotton, alii Daphnen, alii Carpophyllō, alii Hypelatē uocant. Ramos spargit a radice dodrantales, topiarij accoronarij operis, folio acutiore quam Myrti, molliore ac candidiore, maiore semine inter folia rubro: plurima in Ida, & circa Heracleam ponti, nec nisi in montosis. Eandem Chamædaphnē postmodum Plinius libro. 28. ita describit: Chamædaphne ut nico ramulo est, cubitali fere folio, tenui, lauri similitudine, & reliq. Quis

Dnon uideat Pliniū eidem plantæ differentes descriptiones afferre? Est cī prior descriptio in Daphne Alexandrina, non autem in Chamædaphne libro. & a Dioscoride tradita. Esse uero Chamædaphnen a Daphne ALEXANDRINA differentem, non solum Dioscorides, sed Galenus pariter & Paulus in suis de simplicibus medicaminibus libris ostendunt.

Oxymirsine.

Ruscus.

De O X Y M I R S I N E.

Idem Plinius cum Myrtum satiuam libro. 23. descripsisset, eiusq; uires ac facultates assignasset, postmodū subiungit Myrti etiam sylvestris, quæ a Græcis Oxymirsine dicitur, proprietates: adeo, ut putasse uideat, Oxymirsinen, quæ & Myrtus agrestis dicitur, a Myrto satiuia, sicuti pleraq; a lia herbarum, fruticum, atq; arbuscularum genera, sylvestris tantummodo atq; satiuæ discrimine differre. Idcirco de Rusco, qui Oxymirsine, & Myrtus agrestis a Græcis nuncupatur, tanquam de re ab Oxymirsine diuersa, separatis in locis sæpe commeninit: quanquā non alias in Rusco, quam in Oxymirsine uires subscribat. Eodē tamen libro. 23. Plinius adducit Castorē, qui id quod uerū erat existimauit, eandē scilicet esse Oxymirsinem apud Græcos, quæ latine Ruscus, uulgo autem etiam a medicis Bruscus appellatur, ex quo Plinij temporibus, sicut hodie quoq; sibi ruri scopæ. Sed præter Castorem Dioscorides etiam libro quarto se statur, Oxymirsinen, siue Myrtū agrestem a Romanis Ruscum nuncupari. Minorit tamen, ut uerum fatear, errore dubitauit Plinius, nunquid Oxymirsine esset Ruscus, an alia arbuscula tanq; sylvestris, a Myrto satiu-

ia differens: quam Serapio Arabs affirmauerit Oxymirsinem esse arbo^r, A
rem ferentem fructum, qui apud Arabes Cubebe uocatur: friuolæ satis
rationi subnixus, quod nec^p Galenus de Oxymirsine, siue Myrto agre-
sti, nec^p Dioscorides de Carpesio, id est, Cubebis, ita enim Arabes Car-
pesion interpretantur, quicquam in suis de simplicibus medicaminibus
libro tradidissent. Sed longe alia res est Carpesiu ab Oxymirsine, & qui
utrumq^{ue} nouit fructum, Cubebas scilicet, & baccas rubentes, quas Oxy-
mirsine uel Ruscus profert cerasijs similes, quantum deceptus fuerit sua
conjectura Serapio facile iudicabit. Nec^p eo tantū fallitur Serapio, quod
Oxymirsines fructum, de qua scripsit Dioscoridea, putet esse Cubebas,
sed ob id etiam, quod Carpenum, de quo Galenus, non autem Dioscoris-
des facit mentionem, Cubebas esse opinatur. Nam nec^p idem est Carpesi-
um atq^{ue} Oxymirsine: & licet Arabes, in quorum numero etiam est Au-
cenna, pro carpesio cubebas accipiunt, aliud tamen significare Carpesi-
um apud Græcos quā grana illa minuta, quæ Arabes Cubebas uocant,
indicat Galenus in libro suo de theriaca ad Pisonem, qui scribit Carpesiu
esse festucas quasdā tenues aromaticas, similes in gustu Phu, id est, radice
odoratae cuiusdam herbæ, quam nonnulli illam esse opinantur, quæ uul-
go Valeriana dicitur. Licet nō omnia quæ de Phu scribit Dioscor. Va-
lerianæ conueniant. In Auicenna autē, qui omnia fere refert de Cubebis,
quæ de Carpesio Gale. alter est etiam error. Nam cum scribat Galenus,
ut diximus. Carpesiu similes uires habere Phu, magis tamen subtili par-
tium constare substantia: hoc non de Phu, sed de Rubea in Auiceña legi-
tur. Hæc enim sunt eiusdem Auicennæ uerba pro Carpesio Cubebas in-
dicantis, Cububæ quidē eius uirtus est similis Rubee: uerū tamen est sub-

B

¶ De L O L I O.

(tilior.

Aeram a græcis dici granum illud quod a nostris Loliū appellatur,
scribit Dioscorides libro. 2. ac præterea hij, qui ab Aristotele in libro de
somno & uigilia, atq^{ue} a Plinio libro. 18. de eadem Aera scribunt effectus,
quod scilicet capit is grauedinem & uertigines faciat manifestissime pro-
bant. Plinius tamen eodem libro, atq^{ue} eodē capite Aerā describit, & Lo-
lium quoq^{ue} tanquā ab Aera differat separatim nominat. Nam si idem pu-
tauit & Lolium & Aeram, mirū quod sicuti in alijs plerisq^{ue} frugibus atq^{ue}
earum uitij, in quibus nomina latina non deerant, sicuti in frumento, or-
deo, & auena Græcis utendū non censuit, non idem quoq^{ue} in Lolio sta-
tuerit, tam præsertim apud omnes usitato uocabulo.

¶ De A V E N A.

De Auena error in eodem libro & capite legitur. Nam cum in princis-
pio uitia frugū exponit, scribit Ordeum in Auenam degenerare. Paulus
lum uero infra refert idem Plinius, Ordeum necari a festuca, quæ nomi-
natur Aegilops. At si Dioscor. credimus, quæ a Græcis Aegilops dicitur,
a Latinis Auena nuncupatur. Galenus quoq^{ue} in primo sui de alimentis
uoluminīs libro, cū in Tritico atq^{ue} Ordeo generatio minus pspere cesse-

Cubebe.
Carpesium.

Gallica nardus.

Saliunca.

Sion herba.

Silaus.

Cinnabaris.

Crit, alterum in Aeram, alterum in Aegilopen frequentius conuerti testat; quod etiam maximū est argumentū, aeram idem esse quod lolium, & Aegilopen idē quod Auena. Quan^o Plinius gallicā Nardū appellat, Dioscor. Celticam uocat, quemadmodum illa apertissime indicant, quæ de nardo celtica & gallica ab utroq; autore referuntur. Hanc eandē nardū celticam scribit Dioscor. libro primo in alpibus Liguriæ nasci, atq; ab incolis Salizuncam appellari. Plinius tamen de nardo gallica & Saliunca locis separatis, tanquā rebus differentibus tractat. Saliuncam nihilominus lib. 21. herbam odoratā esse fatetur, quæ si uestibus interponatur, gratissima sit; eanz dem quoq; testat in alpibus nasci, atq; eius in medicina usum tradit, non multum a nardo celtica differentem.

¶ De s i o h e r b a .

Idem Plinius lib. 22. scribit, Sion folijs Apij, sed latioribus in aqua nasci, aliasq; eidem proprietates uiiresq; subscribit, quas etiam Dioscor. libro secundo refert. De eodem postmodum Plinius libro. 28. de Silao fere eadem. Silaus nascitur glareosis & perennibus roris, cubitalis, Apij similis tudine, coquitur ut olus magna utilitate uescicæ. Vtraq; descrip^{tio} sine dubio ei herbæ conuenit, Apio simili in aquis nascenti, quam quidam fallo Senectionem appellant, aliqui uulgo Crifiones uocant. Videtur tamen Plinius aliud Sij, aliud Silai nomine indicare uoluisse; aut si pro Silao Siz on legendum sit, frustra eandem herbam duobus in locis descripsisse.

¶ De c i n n a b a r i .

Quid quod Plinius aliquando uidetur uulgarē sequi opinionem, cum libro. 33. scribat Cinnabarinum, cuius color in picturis proprie sanguinem reddit, esse Sanguinem draconis elisi elephantorū morientū pondere, permixto utriusq; animalis sanguine, quam quidem Cinnabarum uilem antidotis medicamentisq; esse confirmat. Medicos uero sui temporis, qui pro hac Cinnabari utebantur Minio, quoniam & ipsum Cinnabarum uocaretur, iure reprehendit. Nam hæc Cinnabarum, quæ etiam Minium uicitur, uenenum est: cum ex ea fiat argentum uiuum, quemadmodum Cenabrum sim ex argento uiuo fit Cinnabarum factitia, quam nos uulgo Cenabrum uocamus. Neq; ego sum nescius, plærosq; etiam medicos ætate nostra in eundem labi errorem, cum Cinnabarum in Receptis (sic enim suas compositiones appellant) scriptum inueniunt, ac pro ea nominis similitudine decepti, Cenabrio utuntur, quod uenenum esse probat. Quemadmodum igitur consulo hanc Cinnabarum in usu medicinæ fugiendā, ita nō suadū deo draconum atq; elephantorū sanie ex India petendā. Nam ut fabulosum esse putē, Cinnabarum illam quæ ad usum picturæ & medicinæ adhibetur, ex utriusq; animalis sanguine permixto concinnari, grauissimi testis Dioscor. me facile mouet autoritas, qui quinto sui uoluminis libro, in quo de metallicis tractat, falso quosdam asserit existimasse, coloris similitudine deceptos, Cinnabarum sanguinem esse draconis. Durat uero adhuc antiquorum in eodem nomine persuasio; nam hodie quoque me

A

talicum illud, quod Dioscorides atq; Galenus Cinnabarinum nominant, uulgo Sanguis draconis appellatur. Quamquā fere omnes nostra ætate medici, Serapionis atq; Aucennæ errorem sequentes, id genus Sanguis draconis, quod in usu est, succum herbæ cuiusdam arbitrantur, quæ a Græcis Sideritis uocatur. Sed de Siderite quidem herba, omnibusq; eius generibus plenissime scripsit Dioscorides. Ex nulla tamen eiusdem specie tamē exprimi succum edocuit, quo medici pariter atq; pictores ad suum utricq; opus uerentur. Hunc autem duplēm & in pictura & medicina usum compertum habemus, in eo quod purum Sanguinem draconis appellant, & de Cinnabari eundem Dioscorides Pliniusq; testantur: quod me maxime mouit, ut existimarem idem esse Cinnabarim, de qua Plinius, ac ueteres autores Græci scripsierunt, & id qd nos uulgo Sanginem draconis uocamus. Nam hic quoq; sanguini colorē quam similis reddit, & estrarus inuentu atq; difficilis, nec minus carus quā legitur fuisse apud antiquos, quando syncerus atq; incorruptus uenundat. Nam qui passim in medicamentariorū officinis uenalīs exponit, adulterius est, licet eum pro uero in medicinæ usu recipiamus: quemadmodum uile quandā terram, atq; uulgarē pro Lemnia terra, quam, ut supra diximus, ueteres medici Lemniū sigillum appellabant. Sed in hac omnium rerum etiam ad uitam pertinentium incuria, sit sanæ ueniæ locus, si alterū pro altero negligenter accipitur, modo in uenenum præceps non feratur ignorantia, ut in Cinnabari diximus: liceat pro Terra Lemnia, terrā nostram gypseo colore recipere, quę licet nihil habeat cum illa commune, præter quendam ficti tamen sigilli characterem, non tamen est hic error cum uitæ pernicizæ. Pro Argemonio herba, quæ ut scribit libro secundo Dioscorides, habet folium simile Papaueri agresti, florem pariter rufum, radicem rotundam plurimo succo croceo manantem: utantur altero frumento, qui etsi plurimum a uero Argemonio & effigie & uiribus distet, in multis tamen morbis utilis esse probatur. Pro Eupatorio, Eupatoris regis inuento, sumatur herba uulgaris passim in foueis nascens, quam licet quid sit a pluribus ignoretur, constat tamen non esse uenenū. Pro Spina alba, quā Arabes uocant Bedaguard, quoniam hæc a medicis ignoratur, utantur Spongiola rosæ sylvestris, quę in spinis nascit. Nam etsi hæc plurimum in medicinæ usu differat a Spina alba, nō tamen est hæc permutatio exitialis. Hosce atq; alios quamquā & ipsos reprehensione dignos errores quandoquidē interitum manifestum non adferunt, condonemus illis quorum intererat hæc potius, tam ad usum medicinæ necessaria, quā plæ racq; alia nullius ad uitam momenti diligenter atq; subtiliter perscrutari: modo pro semine Rutæ sylvestris semen Cicutæ, quam nemo ignorat esse uenenū, non admittat. Non sit tanti unus accentus, ut quo, cum Harmel scribit apud Arabes cum aspiratione significat Cicutā: cum sine aspiratiōne, Rutā sylvestrē, aliquando ex tantilla nota hoīm uita pericliteū. Ego

Sanguis dra-
conis.

B

Armel.
Ruta sylve-
stris.

Cquidē sāpius artifices, q̄ pillulas ex Hermodactylis ac foctidas conficiūt, huius erroris admonui, nec cesso quotidie admonere, quamuis maior int̄ ueteratē consuetudini quam mihi fides adhibeat. Quod si me audiant, neq̄ pillulis e lapide Lazuli eum lapidem adiungent, quo paſſim pīctō res utuntur. **M O N T A G N A N A** quidem medicus sua ætate celeberrimus, huius lapidis usum periculoſum existimat: quoniā sāpius non nativus, sed arte, quā alchimicam uocant, fictus uenundatur. Ego uero tam naturalē quam fictitium cauendum censeo; quoniam non minus est uenenum quam Minū, quod uulgo Cenabriū uocari indicauimus: atq̄ ideo nihil de hoc lapide apud Græcos autores legitur, quod ad purgandam atrā bilē sit efficax, aut quod alios quos de eo scribit Mesue præster effectus, quos ego uerius de lapide Armeno affirmari posse existimauim. Nā & Mesue ipſe, licet lapidē Lazuli, a lapide Armeno distinguat, non tamē uires ac proprietates admodū differentes in utroq; conscripsit. Serapio uero cum lapidē Lazuli notificat, eiusq; potestates exponit, non alia refert, quam quē de lapide Armeno a Græcis traduntur, neq; postea quicquam lapidis Armeni alio in loco commeminit. Quod sane non tenuit argumentū, Serapionē eundē putasse lapidem, & qui Armenus a solo in quo dignitur, & Lazuli a colore cæruleo, quē Arabes Lazulapellant, uocaretur. Auicennā uero etſi seorsim de Azul, id est, de lapide Lazuli, & de lapide Armeno inter alios lapides scribat, quęcunq; tamen de lapide Lazuli refert, eadē omnia fere a Græcis autoribus, Diſc. præſer-
Dtim, atq; Galeno, de lapide Armeno scribuntur: hæc enim sunt Auicennae de lapide Lazuli uerba. Virtus eius est sicuti uirtus eius quo adhæret aurū. Diſcor. de lapide Armeno libro quinto ita. Eadē facit quē Chrysocola. Auicenna de Azul, siue lapide Lazuli sic. Inest ei uirtus eradicans, putrefactiua, & abſterſio eius cum acuitate, & ſtipicitate pauca. Gale-
nus & Paulus de Armeno lapide eadem fere: habet uires abſtergentes cum acredine, & pauca quadam aſtrigendi facultate. Auicenna de lapide Lazuli pariter. Bonos efficit pilos palpebrarum, & eſt ultimū, ſicut dicitur, propter proprietatem quæ eſt in ipſo: & dicit quod propterea, quia ipsum euacuat humores malos, phibentes oriri pilos bene. In eandē quoq; fere ſententiam Galenus de lapide Armeno ita ſcribit. Cum igitur talia natura præditus ſit, miſcetur medicaminibus oculorum, ipsum quoq; ſeorsum terentes, & in puluerem quodammodo redigentes, utuntur ſiccō ad augendos pilos palpebrarū: quando ob humorū acredinem quidā ex iſlis decidūt, quidā nō augent, neq; nutriunt. Nā ubi huiuscemodi humorū acrimonia fuerit consumpta, ad naturalē habitū palpebra restituuntur. Ex hijs igit tam ſimilibus, ac pene eisdē tum Auicennæ, tum Diſcor. atq; Gal. de lapide Lazuli, & lapide Armeno ſententijs, unicuiq; uidet̄ potest, Auicennam & que ac Serapionē in lapide Lazuli lapidem Armenum designare. Magis uero in hoc Serapio quam Auicenna laudan-
dus: quoniā cum lapidē Armenū ſub lapidis Lazuli nūcupatione nor-
dit.

Lapis armenus.

Lapis Lazuli.

A
 sicut et nihil postea seorsim de lapide Armeno tanquam re a lapide Lazuli differente, id quod Auicenna fecisse probatur, scribendū censuerit. Quod si pauca quædam in lapide Lazuli addit̄ Auicenna, ut quod uirtus non scribuntur, sed de altero metallo potius, quod ab eisdē Græcis Cyanus appellatur, non sane mirandū est, Auicennam ut in plerisq; alijs, ita in hoc quoq; lapide rerum differentium proprietates miscuisse. Vnde ilud euénit, ut sibi parum constare, atq; inuicē pugnantia in hoc eodem lapide scribere uideatur. Nam si uirtutem habet eradiciatiā, quemadmodum de ipso scribit, quo paꝫ nutrit, aut producit capillos ex proprietate quæ est in eo, quos ex uirtute eradiciatiā debeat extirpare? Quod si etiam sit putrefactius, cum ea quæ putrefaciendi uim habent, a medicis doctissimis, ac Galeno præsertim, inter uenena computentur, qua ratione pillulæ ex eodem sine uitæ periculo sumuntur. Hoc enim est id, quod ex lapidis Lazuli usu non paruū imminere periculū significauit. Eundē enim esse censeo illi, quē Dioscor. atq; Gal. sub Cyanei appellatione notificant, quēc idem Dioscor. libro 5. uim destruendū ac putrefaciendi habere testatur. Atq; ideo nullus ex Græcis autoribus sicuti lapidem Armenum, ita Cyaneum quoq; purgandæ atræ biliſ gratia docuit in pillulis de uorari. Necq; me latet, quædā esse, quæ per se sumpta sint exitialia uenena, alijs tñ admixta salutaria reddant. Sed dicat aliquis, quisnā usus, aut ratio hoc in lapide Lazuli deprehēderit, nisi forte in eadē re Arabib. autoribus fidē adhibere uelimus, q̄s uerisimile est lapidē Lazuli a lapide Armeno nesciuisse distinguere, cum unius uires ac proprietates in altero notent. Huius siquidē erroris nō est oīno necq; ipse Serapio expers. Nam lis et de lapide Lazuli tantūmodo scribat, quo nomine lapidē Armenū uoluit intelligi? Quoniam uerba Gal. quæ Serapio in lapide Lazuli refert, sunt ab eodem Gal. in lapide Armeno conscripta. In fine tamen subiunctis cuiusdam Alchanzi sententia, lapidem Lazuli habere uirtutē aduertiuam & putrefactiam, atq; ideo auferre uerrucas. Hæc autem, ut diximus, nō est lapidis Armeni, sed alterius potius medicaminis, quod a Græcis Cyanum, a Latinis Cæruleum appellatur, potestas.

B
 ¶ De C I C U T A, N A P E L L O, & A C O N I T O.
 Necq; uero mirandum est Auicennam in lapide Armeno, quietiam nostræ ætatis medicis ignoratur, hæstasse quid esset, qui in Cicutæ herba adeo uulgari tā anceps fuerit ac dubius, ut eā aliquā folijs Cucumeris, aliqñ Mandragoræ iuxta diuersorū autorū opiniones constare tradiderit: & nunc eandē Succarā, nunc Alpharas, & nonnunq; Hyoscyamū nigrū appellat. Nam in suo de simplicibus medicaminibus libro 2. sub Succaram appellatione Cicutam describit: eosdem siquidem Succaram tribuit effectus, quos Cicutæ Dioscorides. In quarto autem libro ubi de uenenis agit, Cicutā nō Succarā, sed Alpharas uocat: & existimat ipsam esse Nazag, Cicutā nō interficit hominē, & nō interficit turdos. Et post

Cea subiungit eandem huius rei causam, quam affert Gale. non in napello & turdis, sed potius in Cicuta & sturnis. Hæc enim sunt Galeni uerbaterio de simplicibus medicaminibus libro. Cicuta hominem quidem interficit ob meatuum latitudinem, et caloris abundantiam, ac propter magnam quam habent arteriae in attrahendo uim, pollens adhuc pertingit ad cor. Non exanimat autem sturnos, contrarijs ex causis. In eandem sententiam scribit idem Galenus libro secundo de alimentis, & tertio de complexionibus, de Cicuta & sturnis, non autem de Napello & turdis: ut in ore est omnium fere medicorum, qui sola Auicennæ autoritate freti, id constanter affirmant, quod nulla habent experientia compertum. Quis enim sciat, an turdi sine noxa Napello uescantur, cum quid sit Napellus ex ipso A. uicenna non constet? Signa enim quæ ab Auicenna ponuntur in eo qui hauserit Napellū, sunt eadē hijs quæ a Dioscor. & Paulo scribuntur in hijs qui toxicū biberint. Est autem Toxicon quoddā uenenī genus, quo sagittæ ab antiquis tringebantur: hinc enim illi apud Græcos nomen, qm̄ millesilia, quæ ipsi toxemata appellant, hoc potissimum medicamine inficerentur. Sed hoc idem uenenī genus ipse Auicenna paulo infra nominat corrupto uocabulo, pro toxicō Tuſſon, cuius se necq; naturam, necq; nomen nosse fatetur. Eosdē tamen in eo ex aliorum sententia tradit effectus, quos etiam Dioscorides ac Paulus in Toxicō notant, ac quos paulo supra idē Auicenna in Napello conscripserat. Quod autem in autore Pandectarū legitur, atq; ab omnibus fere medicis creditur, Napellum esse speciem Aconiti, id ex Auicennæ sententia affirmari non potest. Aconitum enim duplex est, autore Gale. Aliud quod interficit lupos, atq; idcirco apud Græcos Lycoctonus dicitur. Aliud quod pantheras exanimat, ac simili ratione ab eisdem Græcis Pardalianches appellatur. De hijs autem duobus Aconiti generibus Auicenna eundem Galenum secutus, sub nomine strangulatoris adib, id est, lupi, & strangulatoris leopardi seorsum a Napello tractauit. Quod si Auicenna nō minus noxias quam etiā salutares herbas incognitas habuisse probatur, quodnam ex eius uiri doctrina aut in euitandis uenenis, aut in capiendis remedij auxiliū sperare possumus? Atqui omniū artium professores hæc duo suscipere ac polliceritū dentur, bonorum, scilicet ac malorum in sua quisq; arte scientiam.

Idem Auicenna, ut ad id unde digressi sumus redeamus, eandē Cicutam eodē libro, s. quarto, ubi de uenenis agit, Hyoscyamū nigrum nominat. Nam quæcunq; signa ab Auicenna scribuntur in eo qui hauserit Hyoscyamū nigrū, ac contra idē uenenū remedia, non alia sunt quam quæc in Cicuta Dioscor, ac Paulus pariter notauerunt. Nec minus idē Auicenna in altera herba, quam pro Cicuta recipi oportere in pillulis ex Hermoda stylis insinuauimus, incertus suisque uidetur quid esset, cum gummi eius inter uenena ponat, atq; ea signa pariter atq; remedia in hijs qui idē gummi hauserint scribat, quæ Dioscorides ac Paulus non in gummi Rutæ sylvestris specie habeantur siue montane, necq; em̄ usq; legit̄ aliquā Rutæ sylvestris specie habeantur.

re gūni tale, quod uenenum sit, sed potius in ueneno quodam quod Ixia
fa appellat, de quo etiam Nicander in theriacis suis facit mentionem, pa-
riter notauerunt. Auicenna etiam in eodē quarto libro, ubi docet curati-
onem morsus uiperæ, scribit Rutam agrestē non esse, ut multi opinantur,
Harmel: cum tamen & Dioscor. & Galenus ac Paulus quoddam genus
Rutæ agrestis Moly besala, atq; Harmalū appellari testen̄. Quod quo-
niam, ut ijdem tradunt autores, uim habet incidendi & discutiendi len-
tos ac tenaces humores in articulorum doloribus; ad quos pillulæ ex her-
modactylis ualent, quoniam magna ex parte talium humorū uitio pro-
ueniunt, utilius adhiberi existimauerim quam Cicutā, quæ sua frigiditas
te augere potius eundem morbum possit quam tollere. Galenus siquidē
libro de simplicibus medicaminibus primo, semen Cicutæ præ omnibus
alijs frigidissimum esse testatur. In quinto uero eiusdem uoluminis lib.
et si quædam uehementer frigida probat hebetandi sensus gratia, ubi im-
patibiles crucient dolores, usum tamen Cicutæ in totum damnat: ut quæ
non solum frigiditate, sed etiam superflua humiditate sit perniciosa.

De C I S T H O, & H E D E R A.

Non uidetur tibi Plinius libro. 12. iure reprehensus, qui Cisthon her-
bam, ex qua fit Ladanum, Hederam nominauerit, quoniam, ut inquit,
Paulus, Aegineta Cisthon hanc etiam Cisson, id est, Hederam nominet,
& Dioscor. eandē Cissaron, id est, Hederulam uocari tradat: Ego quod
cum ueniæ präfatione dicere licet, doctissime Hermolae, nusq; reperi-
pud Paulum, aut Dioscor. herbā illam ex qua conficitur Ladanū, de qua
nobis est disputatio presens, Cisson, id est, Hederam, uel Cissaron, id est,
Hederulā nuncupari, sed potius Cisthū, aut Ledon, siue Ladona: hec enim
sunt Pauli uerba quarto sui de medicina libri uolumine, i quo agit de sim-
plicibus medicaminibus: λαδανοῦ ἡπότεκνος λαδέαν οὐ γίνεται, id
est, Ladanū ex Cistho Ladone appellata sit. Sic Galenus medicamentum
id quod Ladanū appellatur, ex Cistho, non autem ex Cisso fieri attestat.
Neq; Aëtius, his ætate aliquanto posterior, nō tamen exiguæ apud Græ-
cos autoritatis medicus, alia usus est in eadē herba, quā Cisthi appellati-
one: alteram tamē huic non longe dissimilē sub qua nascit Hypocistis, nō
Cissaron, sed Cistharū duo isti nobilissimi medici nuncuparunt, Diosco-
rides uero alterum Cisthi genus, sub quo nascitur Hypocistis, tam Ciz-
tharum, quam etiam Cissarum a quibusdam scribit nominari: alterum
uero ex quo fit Ladanum, non cissaron, sed Ledon tantum a quibusdam
inquit uocitari. Quo fit ut Cissari nomen, quod latine Hederulam recte
dici posse arbitraris, non ei herbæ ex qua Ladanum generatur, sed illi po-
tius sub qua nascitur Hypocistis, etiam Dioscor. teste conueniat: que etiā
herba ladanifera, si nomine a Cisso, uel Hedera diuerso diceretur, κισσός
potius quam κισσός pronunciaretur, faciendi gratia inter ipsam atq; He-
deram saltem ex accentu differentiæ. Quare ἡπότεκνος uox diminu-

Ctiua formata, nō hederulam, sed propriū generis herbā significaret, quod etiam sit de altera, sub qua nascitur hypocistis, statuendū. Quam & Plinius ipse Cisthū non idem cum Hedera nomen, sed uicinū tantū sortitam esse insinuauit. Vicinū aut̄ nomen uel κισθή fuerit, uel κιστή, a quo per diminutionē κισθαγού, sicuti ἀπό τῆς κισθῆς κισθαγού. Nec uero hanc ipsā plantā, ut etiā tibi cōcesserim facta ἀπό τῆς κιστῆς diminutione a Græcis Cissariū nuncupari, puto a Latinis recte Hederulam posse nominari: qm̄ nō sequitur, ut si κιστή uel κισθαγού multa significant apud Græcos, plantam, sub qua nascitur hypocistis, & hederam, uel hederulam, si quā inter hederæ species alijs minor existit, qualis est ea quā a Theophrasto Elice, non autem Cissarum nominatur, idcirco & Hedera, uel hederula totidem habet at apud Latinos significatus: tanquam is frutex qui arbores scandit accircumvoluit, quam etiam alter suffrutex sub quo nascitur hypocistis, quā duæ plantæ inter se non solum genere atq; natura, sed etiam colore atq; figura plurimum distant, Hederæ uocabulo comprehendantur. In hoc sane quemadmodum in multis alijs, errore fuit autor Pandectarum: qui uolens, ut arbitror, Auicennam tueri æque ac Plinium medicinam utrancū confundentem, Hedera nomen aliquanto etiam quā ceteri fūsiius accēpit; adeo ut omnem herbam quā capræ libenter uescuntur, ab eundo Hederam appellari posse putauerit. At tibi homini literatissimo,

Dquem crassa Minerua dedecet, scio hanc rationem nō probari. Atq; ideo non parua me cēpit admiratio, quo pacto unquam in animū inducere potueris, ut Hedera nomen apud Latinos plantam, ex qua fit Ladanum, significare posse credideris: cū nusquam inueniri possit huiusmodi significatus exemplū: quando & Plinius ipse libro duodecimo dubitare uideatur, utrum sit Hedera, uel Lada, quam hirci depascentes medicamen id quod Ladanum nuncupatur, barbarum, uillis adglutinent. Non te sane latet, uirū tam græca quam etiam latīna insignem literatura, plæraq; apud Græcos uocabula multipliciter dici, quā tamen apud nos nō seruant eandem significatus multiplicitatē. Nam φιλέω uerbum apud illos significat amare, & osculari: Amare autem pro osculari nunquam, ut arbitror, in nostro sermone reperies. Sed ut ab ipsis de quibus agitur plantis sumatur exemplum, σχίνος in Græcorum lingua & lentiscum arborem, & idcepe genus quod ab ipsis σκίλλα, a Latinis Scilla appellatur, significat: non tamen in nostra lentisci uocabulo aliud quam arbor designatur. An non tu Theodorum Gazam, quem tamen in Themisthij editione præ ceteris imitandum tibi proposuisse fateris, in hoc tamen Plinianarum castigationē opere carpis, quod nimiū linguę latīnē amplificande studiosus, id genus Rhaphani agrestis, quod a Græcis ἄπιος uel σκιάς appellat: qm̄ ἄπιος apud illos etiam Pírum significat, latine dixerit Pirum? Quid enim altius innuere uolebas, nisi non esse píri apud Latinos æque atq; apud Græcos τὸ ἄπιος duplex significatum? Ego uero Theodorum Γοζᾶ in hac parte patrocinari non uerebor, quem puto ἄπιος etiam pro Rhaphano agre-

φιλέω.

σχίνος.

A

Si pirum recte conuertisse: quoniā id Rhaphani genus idcirco tale nomē apud Græcos sortitum uidetur, quod Pirū effigiem sua figura repræsentat. Quare ob eandem similitudinem etiam a nostris commode Pirū dicitur. Græci sane uel rustici, qui eiusdē Rhaphani ulum quē & Theophrast. & Dioscor. retulerunt, habent experientia compertum, quod. s. pars eius superior uomitum faciat, inferior uero aluum citat, nunc etiam Chamæpidium, id est, terræstrem pirum uulgo uocare consueuerunt. Multa tamen alia sunt, in quibus iudico eundē Theodorū Gazā minus recte latinis uocabulis usum fuisse pro Græcis. Nam hoc ipsum, de quo diximus, Rhaphani genus, quoniā non solū ἄρτιο, sed etiā ἵσχες uocari a quibusdā in græco Theophrasto codice legitur, idē nomen Theodorus Caricam transtulit. Sed quamuis ita apud Theophrastū, cuius de plantis volumina magna ex parte sunt deprauata, legatur, necq; tu id uerbum in Plinio castigaueris: Dioscor. ramen, cuius liber aliquanto emendatior q̄ Theophrasti apud Græcos habet, non Ischada, sed Ischiada, potius alio nomine idē medicamentū nuncupauit. Qui si etiam Ischas, ut apud Theophrastū & Pliniū scribitur, diceretur, non posse tamen Caricæ uocabulum in lingua nostra aliquam Rhaphani speciem, qua nullam habeat Caricæ similationem, significare.

¶ De errore Theodori G A Z AE in

C E N T A V R I O.

B

Iisdem rationibus quas pauloante de Hedera attuli, ausim confirmare, simili errore, atq; aliquanto sane maiore, Theodorus Gaza Centauriū maius, Fel terræ nominauit. Nam cum Theophrastus libro. 9. de plantis scribat, Centaurij radicē ad decē annos reseruari, ac proculdubio Centauriū maius intelligat, cuius radix, nō aut̄ folia, quemadmodū contra minoris folia, non aut̄ radix, ad usum medicinæ adhibeat: hanc in utraq; Centaurio differentiam nō animaduertēs Theodorus, ut qui apud Diosc. Gale. & Plinium etiā forte non legerat, Centaurij minoris radicē esse superuacuam, atq; ideo nullam esse ipsam reseruandi necessitatē, ita illum Theophrasti locum est interpretatus. Publica uero omnīū radicū differentia, qd aliæ plus, aliæ minus tēporis durant. Hellebori em̄ uel annis. CCC. utilis durat: Malum terræ aut. v. aut. vi. Vernilago. XL. Felterri manifestus appetet, qui scribente Theophrasto, Centaurij maioris radicem pinguem ac spissam, cuiusmodi eam Dioscorides & Plinius etiam scriperunt, sicuti minoris tenuem, ac nullius in medicina usus retulerunt. Ipse tamē de minori ea scribi a Theophrasto putauit, quae nullo pacto eidem conueniebant: atq; ideo Centaurium Fel terræ uocauit: quo saepe nomine Centaurium minus, ob eximiam amaritudinem conuenienti us insignitur: maius uero tantū abest ut Fel terræ dici possit, ut multo recessus mel terre uocaret. nam eius radix esse subdulcis a Dioscoride traditur; & qui eandem norunt, ita esse experientia comprobarunt. Ego sane

Chamæpi-
diūm.Centaurium
maius.

C scio ipsam ab omnibus fere medicis ætate nostra ignorari. Conciliator quoq; differentia centena, Centaurium maius æuo suo incognitum fuī se testatur, licet milies ipsum, ut arbitrör, uiderit, atq; ad opera medicinæ frequenter adhibuerit; quod etiam nostri temporis medicis frequentissime contigit. At qui fieri potest, aliquis inquiet, ut uel Conciliator, uel eo posteriores medici id medicamentum ignorauerint, cuius usum aliquando nouere; nam proculdubio hæc inuicem pugnantia uidentur. At simihi more sophistarum loqui liceat, illud dicere ausim, Centaurium quidem maius a medicis nosci, non tamen ab eisdem nosci Centaurium maior; quemadmodum Eupatorium agnoscunt, non tamen agnoscunt Eupatorium, in quo sane minus quam in Centaurio maiore sunt excusandi. Nam licet hoc non solum peregrini, sed etiā sit soli Itali germen, nō tam in multis Italie prouenit locis. At Eupatorium in pratís, in uiridariis, in uepribus, in planicie, in montib; passim nascitur, & nisi connigeramus ubiq; fere nostros incursat oculos. A Dioscoride uero ac Plinio eius us effigies ita describitur, ut pene ante oculos poní uideatur. Hæc quales sint herbæ, quo nomine a nostris uulgo uocentur, consulto celari constui: ne quod quidam mihi suis contra me scriptis, ut audio, obiecerunt, qui scilicet inter te ac me discordiam quæsiuerunt, tuum uidear expectazzissimum de huiusmodi rebus præripere uelle tractatum.

De errore Gazæ in BIBINELLA, et

SCOLOPENDRIO.

D Redeo ad Theodorum, qui & Thrialidem Bibinellam, & Scolopendrium Linguā ceruinā conuertit, eodem s.l. linguæ nostræ amplificandæ studio pmotus, non sane improbando, modo rerū pprietas & natura seruetur. Nā ut de Lingua ceruina taceā, quæ nō est Græcis Scolopendriū, sed altera potius ab eisdē Hemionites nominata, illi quidē uiribus proxima, figura autē plurimū distans. Licet tu in tuis castigationibus ambas similes scripseris, ut difficile sit internoscere: ut, inquam, de ista taceā, ob eā saltē quā habet cum Scolopendrio potestatū similitudinem, Thria lis omnino differt ab ea quā uulgo Bibinellā appellamus. est enim altera potius quam Græci tum Phlomum, tum etiam Trialida uocant, hoc est, Elychnium: quoniā pro elychnio in lucernis utuntur, Latini Verbascum nominant, quidam recentiores Taxum barbatum.

De MILO ARBORE.

Milos arbor. **P**ari errore Theodorus Milon arbore, Taxon latine dixit, cum tamen Taxos arbor, non Milos, sed Smilax a Græcis uocetur. De qua quidem Smilace Theophrastus tanq; arbore differēte seorsum a Milo tractauit. Quo etiā in loco Theodorus græcam seruauit appellationē, hoc est, Smilacem dixit, ubi Taxum potuit interpretari: ubi autem Milon scribere oportuit, quoniā huic forte arbori nomen lingua latīna non dedit, ipse Taxum nominauit. Quo tamē in errore magis est Theodoro ignoscendum: qm & Plinius noster simili ppinquitate deceptus, Milon arborem

inter Meliae, id est, Fraxini species libro. 16. collocauit: quod facile est animaduertere, si quis quae de Milo arbore lib. 3. Theophrast. que de uariis Fraxini speciebus scripsit Plinius, diligentius inspiciat. Vide quot nondi apud Theodorum, male aliquando Theophrastum interpretantem, & Plinium etiam implicant, qui, nisi tu eos doctorum doctissimus solueris, mihi sane uidentur inexplicabiles.

C De C H A M AE D A P H N E.

Idem Theodorus Chamædaphnem Vincaperuincam apud Theophrastum interpretatur, cum tamen Chamædaphne alia sit planta, cuius descrip^{tio} apud Dioscoridem plurimum a Vincaperuincā est aliena. Cuius etiam Vincaperuincā naturam, imaginemq^z accuratius contemplatus, illa esse uidebitur quae a Dioscoride ac Plinio pariter Clematis atque Daphnoidos, & Polygonoidis nominibus designatur.

C De A P A R I N E.

Theodorus insuper Aparinen Lappam nominauit, cum tamen Lapponem communius appareat, ac sicuti per excellentiā Personatiā potius grandes lappas ferenti conueniat. His tamen de Vincaperuincā, & Lappa Theodori errores ex Pliniū autoritate, ita easdem herbas nuncupantis, habuere occasionem: quemadmodum & ille haud parui sane momenti, quo æque ac Plinius, Theodorus lib. 6. Theophrasti Cisthū Hedera transtulit, atq^z eodē modo in mārē diuisit & fœminā, & florē utriq^z rosaceum adscripsit, in mare purpurā accedente. Idcirco autem superiore illa in Theodori translatione errata notauiimus, ut hoc postremum qđ plurimum meae opinioni aduersabatur, exemplo aliorum magis confirmaremus. Iam enim quidā mihi Theophrastum obijcere moliti sunt lib. 6. interprete Theodoro Gaza, non aliter quam Plinium libro. 16. Hedera diuidentem, eundemq^z illi florem deputantē. Que si pro ueris, atq^z fideler ab utroq^z autore scriptis recipiantur, nulla dubitatio relinquetur, Cisthum, id est, Ladam, posse etiam Cissum, id est, Hederam, ut tibi uideo placere, uocitari: & quae de Cistho Theophrastus, cæteriq^z autores Græci tradiderunt, eadem a Latinis de Hedera absq^z ullo errore referri. Quare cum in hoc totius controuersiæ nostræ cardo uertatur, liceat mihi hunc locum, cum bona abs te uenia impetrata, diligentius examinare, quando & tibi non fuit indecorū ad leuia ista nostratia legēda, & iudicio cognoscēda descendere. Hactenus quidē de solo nomine disputauimus, licet ne Cisthū utrāq^z, tam eā. s. que fert Ladanū, quā alterā sub qua nascitur Hypocisthis, Hederam latine appellare. Sed esto hoc uerbum Cissos apud Græcos tam de Cistho altera planta, quā de uera Hedera proferat, sicuti uox ista Canis, tam de animali terrestri, quā etiā de coelesti sidere dicitur: at quemadmodum necq^z canem coelestem recte in mārem ac fecimam diuiserimus, necq^z utruncq^z sexum habere latrandi naturam concesserimus: eadem, ut puto, ratione neque Plinium Hederam per maris ac fœminæ differentias iure partitur, neque utriusque florem rosaceū con-

Sensuum fu-
dium cer-
tissimum.

Cuenientem assignat: quoniam hæc Cistho, non autem Cisso Hederæ
Theophrasto & Dioscoride, & ab ipso Plinio libro. 22. tribuuntur. Ut
enim omittam illam Hederarum in marem & foeminam libro. 16. ab eo,
dem Plinio positam diuisionem, quam forte quispiam omnium plane her-
barum, fruticum, suffruticum, atque arborum communem esse contendet,
ret, quis unquam uidit rosaceum in Hederis florē? Tanti ne esse debet Pli-
ni, aut Theodori Theophrastū interpretatis autoritas, ut illis potius, quā
oculis nostris credere debeamus: Magnus sane philosophus Aristote-
les, tanti iudicium sensuum existimauit, ut ubi iste adsit, uanū putet querere
rationem. Galenus omnium medicorū princeps, illos pro insanis haben-
dos putat, qui cum ex sensibus possint habere probations, eas ex demon-
strationibus petendas censem. Auicenna eiusdem Galeni, ut de scipio fa-
tetur, interpres, eos qui sensibus credere nolint, igne exurendos, aut fla-
gellandos iudicauit: ut dolorem sentientes, sensuum iudicia uera esse per-
cipierent. Et recte quidē hi uiri doctissimi sunt arbitrati. Cur enim nobis
oculos, & reliquorum sensuum opificia natura concessit, nisi ut ad prospic-
ciendam inuestigandamque ueritatē proprijs possimus nisi subsidijs: Nō
debemus pfecto ita nosmetipsos destituere, ut aliorū semper uestigia se-
quentes, nihil p nosmetipsos decernamus. hoc em uere esset alienis ocu-
lis uidere, alienis auribus audire, alienis naribus odorari, aliena sapere in-
telligenzia, ac nihil nos aliud quā lapides esse statuere, si omnia aliorum
assertionibus committeremus, nihilque a nobis ipsis discutiendum putare

Dmus. Quam tamen opinionem tum in omnibus alijs questionibus, tum
in hac præsertim de Cisso & Cistho debemus abiijcere: ubi tanta inf. He-
deræ florē, ac Rosam sylvestrē apparent differentia, ut eiusdē Rosæ cōpara-
tione Hederæ flos aliud potius, quā flos, id est, lanugo quedā uideat, qua-
lis in Vite, ac Moro, Populo, ac plerisque alijs plantis conspiciat, que ita ab
alijs discrepat flore, ut ne flores qdē ullos unquā pcreare existimem. At
que ut iā ex ijs quæ sensu percipi possunt luce clarius ostendamus, noluisse
Theophrast. Cissum, id est, Hederā, sed Cisthū potius diuidere in mare
ac foeminā, ac Rosæ sylvestri similē florē utrique subscribere, que idē autor
de Hederæ flore scribat libro primo, differentiā plantarū per flores often-
dens, in mediū afferemus. Hæc sunt, ut tu optime nosti, Theophrasti in-
terprete Theodoro Gaza libro quo diximus uerba. Nunc illud explorat-
tū habemus p omnes partes, plures differētias uario modo exultare. Nā
flores alijs lanuginei, ut uitis, mori, hederæ. Alij foliatū, ut amygdali, mali,
piri, pruni. Ut uero etiā euidentius qd sit apud Theophrastū flos lanuginei
neus intelligatur, alia ipsius Theophrasti uerba de eodē flore lanugineo
subtexent ex lib. 2. ubi ita scribit. Huic Plantago similis cōstat, nisi qd flo-
res non quemadmodū illa particulatim edit, sed per totam spicam tritici
modo, ambobus tamen flosculus lanugineus exit, sicuti frumento, & re-
liquis. Itē Theophrastus de re eadē ita. 9. uolumine edisserit. Quin & flo-
ribus differentia tum natura, tum positu data est, de quibus fere in his

quæ in uniuersum digessimus satis dictum existimamus; scilicet quod alijs lanuginei, ut omniū fere germinantium spicarū: alijs folijs constant, ut leguminum. Quod si quis adhuc etiam qualis sit flos lanugineus, qualis uei oppositus foliatus ignorat, ipso Theophrasto exempla non pauca suggestente, primum quidem in uite, moro, plantagine, panico, milio: secundum uero in amygdalo, malo, pruno, & leguminibus contempletur: nec uel minimum dubitabit, quin Rosæ sylvestris in altero genere florū, quos Theophrast. foliatos appellat, comprehendatur, lanugineis ex aduerso distinctos. Quare Hederæ flos non magis Rosæ sylvestris, quam florī mori, uitis, plantaginis, milij, panici simulationem continebit. Sed quoniam nonnulli sunt qui mentis aciem longe clariorem quam corporis iudicant, atq; hebetis obtusisq; hominis putant, omnia sensus testimoniū nihil autē probare ratione, age & argumentis ex media sumptis physiologia aptissime demonstremus, nūsc̄ Theophrastū illā de qua supra diximus in Cisso, id est, Hedera, sed Cistho potius libro. fecisse differen-
 tiā: quā tamen eius autoritatē aduersarij contra nos adducentes, non aduerterunt, simili alterius, Theodori. s. male Theophrastū interpretantis, errore tueri. Illud mihi tecū non minus Platonica quam Aristotelica disciplina uiro conspicuo primū conueniat, nō paruum esse diuisionis qua philosophi utuntur artificiū, quod Plato philosphus excellentissimus adeo extollit atq; admiratur, ut qui multa in unū recte collegerit, atq; unum in plura recte diuidere scierit, eius uestigia tanq; diui cuiusdā sectari in dia-
 logo qui Cratillus inscribitur, ex persona Socratis dixerit. Eandē diligenter diuisionis scientiā Aristoteles adeo difficilem atq; operosam putauit, ut in secundo de partibus animaliū uoluminis lib. animaliū genera in proprias species diuidere aggressus, quemadmodū ei Galenus noster obiecit, titubanti potius ac dubitanti, quam aliquid affirmanti, aut afferenti similis uideat. De hac eadē diuidendi facultate apud Latinos Boëtius, apud Græcos Andronicus, ac Theophrast. libros acuratissime scriptos posteris reliquerūt. Quis uero sanæ mentis dubitauerit, quin ea quæ in eisdē praefatione artis curatiuæ ad Glauconē exposuit, summa atq; præcipua artifiosæ diuisionis decreta, ex Platonicæ disciplinæ thesauris accepta: a primis, supremisq; esse incipiendū: deinde hæc in alia genera, species, differētiasue secandū: atq; hec ipsa rursus eodē modo partiendū, donec tandem nunquid hanc diuidēdinormā ac regulā obseruauerit ipse diuisionū magister Theophrastus, uideamus. Si em̄ Plinio & Theodoro Theophrasti sententiam libro. 6. interpretantibus credimus, illa Hederarum in duo prima discrimina, marem scilicet, foeminamq; partitio, a Theophrasto libro Tertio est omnino prætermissa: quo tamen in loco omnia Hederarum genera ac species usq; ad specialissimas per proprias singula diffe-

Diuisionis ar-
tificium sum-
mum.

B

p

Crentias partiri statuerat: deinde libro . 6. ubi nulla erat de Hederis narratio opportuna, si Theodorum interpretem sequimur, ponitur. Quod cū Plinio uisum esset absurdum libro . 16. ubi de omnibus Hederarum generibus agere proposuerat, ab illa ipsa diuisione per mare ac foeminae censuit inchoandum, cuius alibi meminisse, ac non ubi præcipua foret tractatio de Hederis, magnam esse erroris partem existimauit. Nemo uero illud obijcere audeat, has maris ac foeminae differētias eo in libro, in quo de Hederis scribere accuratius instituerat Theophrastus, ab ipso tanquā inutiles fuisse neglectas, cum easdem differentias, ubi haberī possint, uel solas, uel maximas in sylvestrium plantarum genere, qualem esse Hedera ram constat, primas assumi oportere, primo sui de plantis libro uoluminis idem autor affirmet. Sicuti uero omnia Hederarum genera, seu species, sub uno communi genere, quod Hedera appellatur continentur, ita & Hederæ genus ad aliud genus superius refertur, quod frutex nuncupatur, quodq; ab ipso Theophrasto, qui omnes plantas quatuor distincti generibus, arborum, fruticum, suffruticum, atq; herbarum, ab alijs tribus ponitur natura distinctum. Liqueat autē Theophrastum libro Sexto non de fruticibus, sed de suffruticibus potius, herbisq; tractare. Hac enim ab ipso in eiusdem libri exordio scribuntur: De arboribus dictum iam est, nunc de suffruticibus & herbis doceamus. Consequit. Et si quae in hisce alia genera comprehenduntur, illa quoq; annotemus oportet,

Plantarum genera quatuor.

Dicit fruges: nam hæ quoq; inter herbas deputari desiderant. Sed primum uerba de suffruticibus faciamus. Demum Theophrastus eo quo promiserat ordine prosequens, ita de fruticibus loquit. Sunt autem eorum generes quamplura summis differentijs discreta. Cisthos, uel, ut Theodus interpretatur, Hedera, melotrum, rubea, cassia, origanum, satureja, lens, salvia, marrubium, pulicaria, apiastrum, cæteraque huiusmodi: atq; etiam quæ minus similia sunt, scilicet quæ ferulacea, & neruicaulia constant, foeniculum, equifcenicleum, ferulago, ferulaq; herba muralis, sive muricidacea a quibusdam uocata, cæteraque similia. Hæc enim omnia, atq; in totum ferulaceum suffruticum naturæ addixit. Genera uero atq; discrimina singulis hisce indicamentis habentur, alijs evidentiora, alijs occultiora. Cisthi nanc, uel secundum interpretem, Hederæ duo genera, masculina scilicet ac foeminina: quoniam altera maius, durius, pinguis, usq; foliū habet, floremq; ad purpuram inclinatum, ambabus tamen floribus rosis sylvestribus proximi, uerum minores & sine odore. Cum igitur Theophrastus & in ipso protinus sexti libri principio dixerit, antea, se et gisse de fruticibus, iam de suffruticibus atq; herbis spondeat tractaturum, primoq; in loco de suffruticibus, in qua prima tractatione Hederam, uel potius Cisthum (ne errorē interpretis incurramus) melotrum, rubeam, ac cætera quæ sequunt naturæ suffruticū censeat adscribenda, quis dubitauerit, hoc ipso in loco libri sexti nullam de Hedera facere uoluisse mentionem, quam superioribus libris fruticum generi addixerat: de qua pra-

A

terea libro. 3. arborum ac fruticum tractatione abunde afferuerat: Necq; uero quispiam ex eo decipiatur, ut quoniam hæc frutex, atq; suffrutex apud Latinos uocabula una syllaba tantū differunt, minimam quoq; existimet in rebus ipsis differentiam, quoniam eadem genera apud Græcos sunt tam uocabulo quam etiam natura diuersa alterum enim τάυρος, alterū φεύγενος ἡδε Græci uocant. Quę duo uerbā cū non posset Theodorus commodius exprimere, fruticem, atq; suffruticem transtulit. Quare nisi velimus Theophrastum summum philosophum, qui non modo de naturis rerum, sed de dialectica, & diuidendi ratione atq; doctrinā libros ornatius ac copiosius, quam eius præceptor Aristoteles multorum iudicio conscripsit, tam pueriliter aberrasse, ut Hederam aliquando in fruticum, aliquando in suffruticum genere collocaret: ut in ea quam fecerat libro. 3. Hederarum dictione, suæ doctrinæ præcepta negligeret, ac more quoq; ut Plato inquit, inepti, duo statim prima genera prætermittens, quodammodo membra disruptumperet: ut Hederam aliquando in fruticum, aliquando in suffruticum genere collocaret: ut sibi ipsi pugnantia scriberet, atq; contraria, Hederæ florem nunc lanuginosum, nunc foliatum afferendo: ut deniq; ea quæ omnino sensui aduersantur in ea historia, in qua pleraq; uisu magis quam ratione dījudicari fatetur, affirmaret. Illud potius existimare debemus, Theodorum Gazam una cum Plinio, qui Theophrastus de libro sexto forte Cissum pro Cistho scriptum inuenissent, unius literulae immutatione fuisse deceptos, ideoque illa Hederæ tribuisse quæ Theophrastus de suffrutice longe ab Hedera differente tradiderat: quo quidē errore cum Pliniū libro decimo sexto lapsū manifestissime uideamus, quid est quod dubitemus ipsum etiam libro. 12. itidem fuisse, ut tuo utar uocabulo, saepius de hoc autore prolato, hallucinatum, quandoquidem ex Græcis codicis mendo ita hic sicuti in Prasso & Prasio eadem errandi dabatur occasio. Evidem Theodoro Gazæ in Theophrasti translatione non raro aberranti ueniam puto impertendam: quoniam ut in præfatione sui operis ipse conqueritur, unicū tantum, eundemque mendosum codicem habuit: nisi quod oportuit diligentem interpretem rerum naturam potius spectare quam uerba. Qua diligentia si Plinius etiā usus fuisset, ne tibi tot in eius libris proprias hallucinationes castigandi, neq; mihi tam multis errores notandi necessitas foretadiuncta. Quoniā uero in hoc de Cocco & Cistho errato, quod erat tam Theodoro Gazæ, quam etiam Plinio commune, longior fortasse fui quam cuiquam necessarium uiderer, reliqua demum, quæ circa Plinium tantū disputantur, atq; aduersus nos pro eodem Plinio abs te fuere defensa, pro nostra tuenda sententia quam breuissima oratione poterimus confutare tentabimus.

Theophrastus
eruditio.

DE C H A M AE D A P H N E.

In Chamædaphne libro. 15. ueterem lectionem distinctiorem putas, si ita scribatur. Est & Chamædaphne sylvestris frutex, & Alexandrina. Ut duo genera intelligent. Alterū Chamædaphne, quā Latini Laureolā, ut

Ctu inquis appellant: cum tamen ea quæ hodie Laureola latine dicuntur, non sicut Chamædaphne, sed Daphnoides potius statim postea a Plin. descripta. Alterū, Laurus Alexandrina, ex Plinio Gal. Dioscor. Tu quidē Plinius hoc pacto excusas, ne uideaſt Chamædaphnē uarijs in locis uarie designat: cum hoc in loco, libro. f. 15. Laurū Alexandrinā tantummodo pinxerit, sicuti lib. 29. Chamædaphnē. Sed duo remanent in Plinio scrupuli haud quaq; dissimulandi: Cur cum Plinius cætera Lauri genera eodē libri. 15. loco descripsiterit, solam Chamædaphnē indescriptam reliquerit: Cur cū alterum genus non Alexandrina simpliciter, sed Laurus Alexandrina a Theophrasto, Dioscor. atq; Gale. ab omnibus deniq; græcis autoribus uocitetur, Plinius propria appellatione prætermissa, sumptum a loco uel persona, cognomen tantummodo posuit: uel eum postea subiunxit, alij Daphnem uocant, proprium nomen contra naturam postposuit: cum tamen uera huius fruticis appellatio non sit neq; Daphne seorsim, necq; A lexandrina, sed hoc totum, ut diximus, Daphne Alexandrina.

¶ De A D A R C E .

In Adarce falli eos putas, qui uerbum, palustris, recto casu, non autē paterno capiendum putant: atq; ideo credere non de Salsilagine Calamis adhærente, sub Adarces uocabulo a Plinio agi, sed potius de palustri Ca lamo Adarce nominato: unde temere factum putas Plinio negocium. At cum index capit. 32. libro. 16. agi de Calamis, atq; fruticibus, non mediz cinis ea parte demonstraret, cum ipse præterea continens sermo de diuer-

Dsis Arundinum speciebus quibus Adarce adnumeratur, cuiuis facile per suadeat, Pliniū eo in loco putasse Adarcem non esse Salsilaginē, sed palu strem Calamū in Italia nascentē, nemo negociū Plinio nisi ipsem et ipsi fa cessit. Quid enim sibi uult illa repetitio? Est enim obliqua Arundo non in excelsitatem nascens, sed iuxta terrā fruticis modo se spargens, suauissima in teneritate animalibus: est & in Italia nascens Adarce palustris, sub ipsa coma utilis dentibus: quoniam uis eadem est quæ Sinapi. Quid, inquam, uerbum, est, bis positum a Plinio insinuat: nisi ita esse Adarcen ex Arundinū genere, sicuti obliquam Arundinē a quibusdā uocatā elegiam. Si etiā uerbū palustris paterno casu capiatur, aspera nimis atq; aurib. abs sona fiet Pliniana elocutio. Quod si præterea uerbū Arundinis, ut necel sarium forte uidetur, supplendum sit, præscissa quodammodo atq; defeccta oratio uidetur. Cur uero ea Salsilago nasci in Italia a Plinio dicatur, cum in Galatia, non autem in Italia gigni illam Dioscorides scribat: ut mi rum uideri possit, te qui uelis Plinium de eadem loqui Salsilagine de qua Dioscorides, uerbum illud, Italia, non castigasse, ac loco eius Galatia non posuisse: Cur etiam hæc medicina sub ipsa coma tantum utilis dentibus a Plinio iudicet, quam Diosc. Galen. ac Paulus in omni parte Calamoru quibus hæret, quamuis ad alios usus quam dentū probauerunt. Nam & Plin. ipse lib. 32. ubi Adarcen qd sit nō aliter quam predicti autores exposuit, nasci illam circa Arundines tenues, nulla facta de loco sub coma men-

A

tione, simpliciter ptulit, neq; in paludibus, sed ubi spuma aquæ dulcis ac marinæ se miscent. Quod maximum est argumentum, hic quidem, libro scilicet. 32. de Adarce Salsilagine fuisse locutum: libro uero. 15. de altera, quam esse Arundinis specie falsa sibi opinione persuaserit, de qua etiam intellectu libro. 20. ubi ita scripsit. Sinapis naturam habere traditur Adarca, inter sylvas tecta cortice pleniore, sub ipsa coma nascens. Ita enim ego hunc locum puto legendū paucioribus syllabis quam in tua castigatione mutatis. Nam & id uerbū, pleniore, si ita iaceat, eandem sententiam exprimit, quam supra lib. 15. posuerat, efficacorem. s. esse dentibus Adarcen sub ipsa coma. Vel possumus ex uno uerbo duo facere, atque ita legere: Cortice plane ori sub ipsa coma nascens: Quasi eam nasci ad utilitatem o-
ris, cuius dentes sunt non minima pars, uelit insinuare. Quod pariter hjs que lib. 15. de eiusdē medicinæ ad dentes usu testatus fuerat mire conueni-
et. Illud quoq; pro nostra facit sententia, quod Plinius nusquam Adar-
cen esse Salsilaginem, nisi libro. 32. monstrauit, ubi eam Calamachinem
nominauit: quamuis uitio codicis id uerbum corruptum sit in Chalamo-
chñ. Quo etiam in loco eosdem illi subscrabit effectus, quos medici uete-
res Salsilagini tribuunt, alios ab illis quos libro. 16. in Adarce retulerat.
Necq; uero hoc postremo libro quicquam meminit se in præcedentibus
de eadē Adarce scripsisse, sicuti lib. 20. cum de re ipsa uerba faceret eandē
se inter sylvas tetigisse testandum existimauit. Hæc em̄ omnia manifestis-
sime probant, Plinium uarijs in locis uaria de Adarce sensisse, quam alijs
quando Calami speciem, aliquando Salsilaginem Calamis inhærentem
significat.

B

¶ De A E R A, & AE G I L O P E.

In Aera & Aegilope nescio an magis accusandus sit Plinius, qui in rea-
bus adeo uulgatis, quibus nomina latina non deerant, græcis utendū cen-
suerit: an potius, quoniam de eisdem herbis græca appellatione monstra-
tis illa affirmauerit, quæ sensus falsa esse deprehendit. Tu uero de Aera
hoc pacto pro Plinio respondes, qd cum Græci traderent Loliū strangu-
lare circumligando se triticū, necq; id in Italia magnopere foret compertū,
tutius esse cogitauit græca uti uoce quā latina, Aeram id dicēdo, nō Loliū.
Laudarē Plinij consiliū, qui Græcorum mendacia, si qui forte fuissent qui
tam insigniter mentiri uoluissent, ut scriberēt Loliū circumligando se tri-
ticum enecare, rē necq; in Græcia, necq; in Italia compertam sub græce uo-
cē obscuritate occultare studuissest, nisi Aera uocabulum adeo esset in eo
rundem Græcorum lingua usitatū, ut eius significatus neminē lateat, qui
uel parum literas græcas degustauit. Ut tamen Græcos autores uiros fa-
stum, quē præcipue de agricultura scribens Plinius imitaſ, tanti erroris su-
spicione liberemus, hic nusquā de Aera seu Lolio scripsit, quod Triticū
circumligando se enecet, sed solum auferendo alimentū, qm̄ Triticō ad-
nascitur. Hæc enim sunt eiusdem Theophrasti uerba libro tertio de caus-

Plinius in
agricultura
Theophrastū
imitatus est;

Csis plantarum. Quippe Orobanche uocata Eruū enecat amplexu, compresſuq; suo, & Linodorum Fœnugrecum interimit protinus radiciadū nascens, & alia cladem alijs inferunt, ut quæ cum singulis frugibus simul proueniunt, ceu Loliū atq; Auenā Tritico atq; Hordeo, & Lappa Lentii, & alia alijs. Omnia autem idcirco interimunt, quia pabulum tollunt. Ex hijs Theophrasti uerbis, quorum magna ex parte sententiam Plinius libro .18. ubi agit de uitjjs frugum, studuit exprimere, facile ostendit Plinius erroris in Aera ac Aegilope origo. Quia enim paulo supra Theophrasti fecerat de Orobanche mentionem, quæ amplexu suo Eruum strangulat, inde enim illi apud Græcos nomen, existimauit eandem esse Aeræ & Aegilopi, quorum alterum Lolium, alterum Auenam Theodorus conuertit, interimendi rationem. Atque ideo post factam de Orobanche mentionem, quæ circumligando se Eruum enecat, postea Plinius subiunxit, Triticum simili modo Aera, Hordeum, Festuca, quæ nominatur Aegilops: cum tamen Theophrastus, quem ut uidere est de eiusdem rebus Plinius scribens, quantum potuit studuit imitari: cum Theophrastus, inquam, licet omnia de quibus eo differit loco, idcirco uicinas herbas scribat interimere, caufsa illa generali, quod pabulum tollunt, uarjjs tamen hoc illa modis facere doceat. Nam Orobanchen quidem qua Eruum amplexatur & comprimit: Linodoruū uero, quia Fœnugreci rādī adnascitur: Loliū autē atq; Auenā, quia cū Tritico atq; Hordeo prodiū ueniūt, ceu Aparinē: quā nescio an recte Theodorus Lappā interpretāt, cā Lente. Nullā uero ex illis tribus habere se uinciendi ac circumligant naturā quicunq; eas nouerit minime dubitauerit, nisi qd de Aparine forte possit concedi, quam Gal. lib. i. de alimentis ita se Lentibus circūplicantem neq; aliter augentē ac strangulantē, quā Orobanchē Eruū describit.

¶ De AE G I L O P E.

Cur Aegilopen potius quam Auenam eodem in loco dixerit Plinius, eam rationē affers, qd cum Græci duo Auenæ genera facerent, Bromū, & Aegilopen, hoc uero discrimen nemo reddidisset in Italia, ob id Plinius libro .18. cum Auenam inter uitia frumenti collocasset, paulo post de Festuca, quæ uocatur Aegilops, edifferit: non quod nesciret Auenā id esse quoddam genus, ut nonnullos cauillari inquis, me. s. īnuens, quē licet aperire non nomines, hijs tamen qui meū libellum legerint facile das agnoscentum, sed quod alterū quoq; fastigiū celebrari nouisset Bromos nomine. Hæc tu pro Plinio. Ego uero ut cauilli crimen, cuius me notafti, deprecer apud te, cui magis uelim meos mores probari, quā doctrinā nusquam Pliniū per calumniam reprehendi, quod nescierit Aegilopen esse quoddam Auenæ genus, sed ob id tantum incessui, quod eodem capite modo græca, modo latina uoce in eodē Auenæ genere uti uoluerit. Nam quod scribit Plinius libro .18. Auenam esse frumenti uitium, & Hordeū in eam degenerare, hoc idem Theophrastus libro .6. de plantis. & Galenus lib. Secundo de alimentis, de Aegilope etiam testantur. Quod uero etiā pau-

lo post Plinius ait, ab Aegilope Hordeū necari, id ipsum Theophrastus
 lib. 5. de caussis plantarū, licet alio mō quam Plin. Aegilopi tribuit. Alter
 um quoq; fastigium Plinius, si non eodem capite, saltem libro, aliquando
 Bromum, aliquando Auenam nominauit: ut inexplicabilis ratio uideat
 cur Plinius in eisdē generibus nunc græcam, nunc latinam proferat uo-
 rem, Bromū ex Oriente aduecta libri. 18. capite. 10. Plinius refert, sed ean-
 dem Bromum eiusdem libri capite. 7. antea Auenam fuerat interpretatus
 ibi ea scribit. Tunicæ frumento plures, Hordeum maxime nudū, & Ali-
 ca, sed præcipue Auena calamus altior frumento, quam Hordeo, arista
 mordacior Hordeo. Hæc fere omnia sunt ex Theophrasti libro. s. quam
 uis corrupte plæraq; translata. Nam Theophrasti de eisdem rebus scri-
 bentis uerba sunt ista: ut Theodorus interpretatur. Ad hæc Triticū tuni-
 cis integratur multis, Hordeum nudum consistit: id enim omnium maxi-
 me caret tegmēto. Tipha quoq; & Siligo, & omnia huiusmodi multipli-
 ci folio includunt: ast omniū maxime, ut ita loquar, Auenā natura operu-
 it: quin etiā culmus altior Tritico quā Hordeo est, spica plus discreta a fo-
 lijs emicat, palea quoq; plus suauior quæ ex Tritico q; Hordeo. Si quis
 conferat Pliniū uerba supra posita, hijs que de libro. s. Theophrasti subiū-
 ximus, nō puto dubitabit, qn Plin. sicuti tunicas Frumento plures contra-
 Hordeum maxime nudū ad Theophrasti scriptis imitationē, ita in cæte-
 ris sequendo Theophr. Βεόμογ πολύλοβον, id est, Auenam maxime optam.
 ueluti interpreta Theodo. dicere uoluerit. Cur uero sensu cōtrario maxi-
 me nudā scripsiterit, non magis scirē reddere rationē, quam cur idem Plin.
 Aegilopen circumligando se Hordeum dixerit interimere, cum nulla A-
 uenæ species quæ id faciat agnoscatur, sicuti necq; Lolij, quod tuam alter-
 am in Aera destruit defensionem, ideo scilicet Pliniū Aeram dixisse non
 Lolium, quare ipsi plus Lolij speciem, quam Lolij significare uideatur.
 Nam æque ignorat, ubi terrarū talis Lolij species oriatur, quæ circūligan-
 do se Triticum enecet. Sed cur Plinius in hijs adeo apertis erroribus tam
 operose defendit, abs te præsertim, qui scias hoc in ipso loco, ubi Plini-
 us Aeræ atq; Aegilopis naturam peruerit, in tantum fuisse hallucina-
 tum, ut Teramnum & Ateramnum, quæ duo uocabula coctile atq; in-
 coctile leguminum effectus plærifq; in locis apud Theophrastum signi-
 ficant, ipse pro herbis noxijs acceperit: quarum altera, Ateramnos scilicet,
 circa Philippos in pingui solo interimit fabam, Teramnos uero in
 macro, cum quidam uentus afflauerit. Quem quidem adeo crassum Pli-
 ni errorem nesciens aliter excusare, locum esse uitio codicis decurtatum
 suspicaris: qui etiam libro nono, capite decimo sexto mirari te dicas, Pli-
 nius eosdem pisces modo græce, modo latine nuncupare: quod & in re-
 bus alijs, ueluti in herbis Plinium plæruncq; facere non diffiteris, nihil te-
 stantem, eodem ne sint, an diuersæ. Si hoc idem in alijs genus erroris Pli-
 nius admisit, cur non etiā in Aera ac Lolio, Aegilope & Auena potuit ad-
 mitttere? Vel si in hoc Plinius non errauit, cur tibi dedit in alijs similibus

C de se admirandi occasionem?

¶ De G L A S T O, I S A T I D E.

• Si ubi de Isatide inter Lactucas sponte nascentes lib. 20. scribitur, pro Syluatico Glastum, ut tu id uerbum castigandū opinaris, legatur, non a deo nos elidemur, qui Pliniū hoc in loco indiligentiae accusauimus, quantum Plinij lectio quodāmodo uiolabit: quoniā a Syluatico ad Glastū longinquus est transitus. Quare uel nihil immutandū est, sicuti uideri in manu scriptis codicibus afferis: aut si Glastum loco uerbi Syluaticū, quamuis uiolenter intrudatur, iure Pliniū a nobis fuisse reprehensum, nisi hæc castigatio adhiberetur, iudicasti. Quantum uero rectius totus iste locus in Plinio emendabitur, si ita legatur. Alterum est genus quod Græci llātim uocant. Vbi uerbum Esopus, quod neq; græcum est, neq; latinum, si pro aliquo Lactucæ genere accipiatur, tuam subterfugisse censuram nō parum sumus admirati. Tertiū est genus in syluis nascens, sylvestrem llātim uocant. Hic enim diligenter aduertisti ex manu scriptis codicibus, nisi ita legatur, locum fore defectum. Erit igitur secundum Lactucæ sponte in aruis nascantis genus, non Esopus, sed Isatis simpliciter appellata, certum quod in sylvis gignitur sylvestris Isatis. Quartum uero genus, quo infectores lanarum utuntur, non syluatica Isatis, hæc enim est secundo generi adiuncta differentia, sed potius sativa dici debet. Differt autem hoc quartum genus a secundo: quoniam istud seritur, illud in aruis sponte nascit. Si itaq; Glastū, ut rationabilis appareat, nullo modo interponat, iam nulla dubitatio relinquetur, ita in hac herba, sicuti in plærisc; alijs, familiarem sibi errorem Plinium incurrisse: quando eam sub uarijs nominibus quasi essent duæ, non una, in locis adeo distantibus designauit. Par enim incuria Atriplicem holus satium, atcq; etiam sponte nascens, modo latina, modo græca appellatione tanquam herbas differentes enarravit. Vnde etiam illud est consecutum, ut effectus aliquando contrarios utricq; subscripterit. De Atriplice siquidem, atcq; eius proprietatibus, cum libro secundo differuerisset, eamq; ex autoritate Pythagoræ morbos regios & pallorem facere tradidisset, mox de eadem sub Chrysolachani uocabulo libro. 27. scripsit, fuisse aliquos qui traderent, illam alligatam regium morbum habentibus ita ut spectari posset sanare id malum: quem etiam effectum de semine si bibatur cum melicrato, autor grauissimus Dioscorides, & plærique alijs medici testificantur. Esse uero eandem herbam a Romanis Atriplicē, a Græcis autē Chrysolachanū nominatam, tibi probare supersedemus: ne id agentes Græcorū prouerbio subiectiamur, Susanam Mineruam. Aliter em alij, qui ausi sunt supra calceū ascendere, aliter tibi Hermolae eruditissime, non solū magnarum, sed etiam minutissimarum rerum scientia prædicto, scribendū iudicauimus: Tibi inquā, qui Plinium in uerbi Prasion ambiguitate sæpe hallucinantē notauisti: quæ forte halucinatio causa fuit, ut de Balote lib. 27. scriberet, quam Plinius lib. 20. sub Marrubij nigri nomine notificauerat. Taceo mille alios huius generis

Atriplex.

apud Plinium errores, ne multa quæ tu in tuis castigationibus lectores A
commonuisti, nunc te uelle docere uideamur.

De P E R S O N A T I A, ac P E R S O L A T A.

Ego Plinium in meo libello notandum putaui, quod libro. 25. eodem
capite bis Personatiam descripsit, quam sicuti Græci utroq; in loco Arcti
um nominauit: altero tamē Personatiam, altero Persolatam, ut tibi uideo
placere, dici latine insinuauit. Quam distinctionem nominum a Plinio
cognitam ais, a quibusdam non fuisse perspectam: ob eam, ut puto, rati-
onem, quod ego libro. 25. altero in loco ubi de Arctio fit mentio, pro Per-
solata Personatiam scribendū putaui. Sed cum tu quoq; fatearis, Persola-
tæ uocabulum a persola esse deductū, quod nomen apud Latinos, teste
Placidio grammatico, qui de Plautinis nominibus scripsit, personam si-
gnificat, siue Personatiam, siue Persolatā altero in loco legeris, nihilo ma-
gis ab errore Plinius eximitur, qui bis eandē herbam modo sub Persola-
tæ uocabulo, eodem etiam capite pinxit. Sed tu forte non adeo Plinium
defendere quantum me accusare uoluisti, qui Placidium grammaticum
non uiderim. Ego uero id crimen in homine nulli rei minus, quam uer-
borum studio incumbente, non multum puto inexpiable, sed una aquæ
guttula ablui expurgaricq; posse. Illud aliquanto difficilius in Plinio excu-
fari queat, quod ex tantilla nominum uarietate, rem diuersificari, hoc est,
aliam esse herbam Persolatam, aliam Personatiam iudicauit.

Persola,

Placidius
grammaticus,

De E C H I O, A T Q V E A L C I B I O.

B

Non reprehenderemus Plinium scribentem libro. 27. se qualis esset Al-
cibios apud autores scriptum non reperisse, nisi ipse Plinius libro. 25. ean-
dem Alcibium sub Echios nomine eodem quo Dioscor. modo pinxit: A
adeo, ut Plinius putasse uideatur, aliam esse Echin ab Alcibio, quam ta-
men non differre in nostro libello probauit: quoniā eosdem effectus tam
de Echi, quam de Alcibio, & Plinius ipse, & cæteri autores prodiderunt:
qui etiam autores non seorsim de Echi, seorsim uero de Alcibio, quemad-
modū Plinius, sed de Echio tantū, quam alio nomine uocari Alcibiadiū
testantur, tractauere. Cum uero tibi uideatur ea quæ dicatur Echios atq;
Alcibiadium diuersam esse ab altera, quam Nicander Echin atq; Alcibi-
um appellat: ego me fateor hanc apud Nicandrum distinctionem non a-
gnoscere. Illud satis habeo exploratū, in libro Dioscor. uel Pauli, nullam
huiusmodi nominū, ac multominus rerum differentiā deprehendi: quan-
doquidem de Echio atq; Alcibiadio solum agentes, non alias illi vires ad-
scribunt, quam Echi atq; Alcibio Nicander. Ut uero proximiū sit non
differre, siue Echis, siue Echios, siue Alcibium, siue Alcibiadium ea herba
a diuersis autoribus nominetur, quemadmodum qui eam Alcubiacū, nō
autē Alcibiadiū uocant, rem plane eandē, non diuersam intelligunt.

De H E L I O T R O P I O.

Vbide H E L I O T R O P I O scribit Plinius, ais quibusdā uideri

Ceundem autorem Heliotropium cum Cichorio confundere: quoniam et Heliotropium cæruleo flore describat, & cibo gratum esse dicat, que duo Cichorio conueniant. Ego uero & alia adiunxi quæ de Heliotropio scribit Plin. Cichorio pariter congruentia: ut qd semipedalem altitudinem non excedat, & non nisi pingui cultoq; solo nascat: quæ omnes notæ aggregatae, Cichorium manifeste designant. Tu uero priores duas ita refutas, qd nihil impedit uescendo esse tam Heliotropiū, quam Cichoriū: nec constat in Dioscoride, λευκὸν ἄντρον, id est, candidum, an γλαυκὸν, id est, cæruleum scribere oportuerit. At ut ad utruncq; respondeam, & de Cichorij radice qd esui sit, & de flore quod cæruleus sit, sensu atq; experientia probatur, quæ de Heliotropio non audes affirmare: quando etiam in dubium reuocas, qualis Heliotropij flos a Dioscor. describatur, cæruleus, an candidus. Ego autem illud certe scio, multos quos uidi, & quidē antiquos Dioscor. codices, λευκὸν, non aut γλαυκὸν scriptum habere: & nisi mea me fallit opinio, puto te eandem scripturam in tua translatione secuturum.

D E L A S I N E.

Quosdam ait, uerbum Lasinem corruptum esse nescientes, Pliniū culpare, quasi hanc herbam libro .28. inutiliter repetierit, Lagine uocando, non lasinē. Tu uero pro Lasine lasionē censes legendū ex Theophrasto, tam libro Pliniū. 21. quām etiam. 22. atq; ideo aliam statuis a Lagine, de qua idē Plinius agit libro. 22. Demum ut meæ modestię consulam, mis-

Dhi putas recantandū: quoniam non sit tanta inter Lagine atq; lasionem affinitas, quantam tibi uisus sum existimare. Quasi uero ego in nostro libro tenuem tantum uocis sonum secutus, ac non multo magis naturae proprietates, eandem esse cum lasine lagine apud Plinium iudicauerim. Quoniam quæ de lasine libro. 22. scripsérat Plinius, eadem fere in lagine libro. 28. repetiſt, ut quod phtisicos iuuet, quod lactis ubertatem faciat, quod infantibus illita capillū alat, quod in cibis placeat, quod uenitrem stimulet. Sed uide quantum mihi contulerit cum te homine dociliſſimo de huiusmodi rebus disputatio. Ea enim quām tu adduxisti autoritas Theophrasti, longe me fecit ad ea quæ pridē scripsérāt confirmanda au- dentiorē, nedū mouerit ad recantandū: nisl recantare pro eandem repe- re cantilenam accipiatur. Suspici me in meo libro scripsi, q; utrobicq; ei libro. s. 22. & libro. 28. pro lasine uel lagine, & elxine & eufine legi debet. Adeo non nesciui quod tu mihi obiūcis, uerbum lasinē esse corruptū: ut etiam quo pacto castigandū esset admonuerim: cuius castigationis illa ratio fuit: quoniam Plinius eodē libro. s. 28. nō modo lagine, sed etiam Echitem, & tenue Scamoniū eandē herbam a quibusdā uocari testare. Egō uero non agnoscerem plantā, quæ proprie tenue Scamoniū dici posset, præter illā quam Dioscor. sub Elxines, Euxines, & Cissampeli quoq; nominibus pinxit, folijs Hederæ similibus omnibus, seq; inuenierit cir- cunvoluente: ob quā etiā naturā sicuti Diosc. Cissampelū ita Plin. Cōvolū alibi nominat. Sz de q; antea tm suspicabar, nūcertā ex Theophras-

Tenue Sca-
monium.
Cissampelos,
Conuolu-
lum.

sto habeo noticiā: in cuius codice, quē scis etiā Plinianis esse corruptiore, sic pro iasionē elxinem uel eusinē, ueluti apud Pliniū pro Lagine uel La-
sine puto scribendū: nā de Lasine Blinius lib. 21. ita scribit. Lasine unū fo-
liū habet, sed ita implicatū, ut unū cū sit plura esse uideant̄. Theophrast.
aut̄, a quo, ut par est, Plinius accepit, de flore Iasionis lib. 1. de historia plā-
tarū eadē quæ Plinius de flore Lasines tradit in hæc uerba. Nonnulli folio
uno emergūt, descriptionē tamē pluriū ostendētes, ut flos in Iasionē. Non
ne haec flori eius herbæ, quā Græci Elxinē atq; Cissampelū, Plinius, ut dī-
xi, Conuoluolū alibi uocat, mire conueniunt̄: Est em̄ hic flos, ut Plinius
inquit, rudimentū naturæ Lilia facere condiscētis: & cū unū foliū tantū
habeat, quibusdā tamen quasi incisuris ita distinguit̄, ut uideat̄ in quinq;
diuisum. Eadē autē herba dicta latine Conuoluolum, sicuti hoc in loco,
libro scilicet primo de historia plantarū, apud Theophrastum pro Elxi-
ne, uel Eusine uitio codicis Iasionē nominatur, ita libro secundo de causis
Lasine æque corrupte uocat̄: quod tamen uerbum ueluti diuinans Theo-
dorus Volucrum uertit. Quare cum Dioscorides atq; Galenus multo
sint, ut te non latet, tam accuratae doctrinæ, uirum, in lingua græca emen-
datiores quā Theophrastus in eadē, uel Plinius in nostra, quid est quod
dubitamus laginem & lasinem apud Pliniū, Iasionē autē & Asinem apud
Theophrastum nomina itidem deprauata, ex uerioribus codicibus casti-
gare: cum præsertim quid sit Græcis Elxine, uel Euxine, quidue Latinis
Conuoluolum, uel sensu ipso monstrante noscatur. Quid autem sit eisdē B
Græcis Iasionē, aut Asine, seu Plinio Lasine uel Lagine, ab illis etiam qui
se omnia in Plinio scire profitentur ignoratur.

¶ De s i o, & s i l a o.

Male me Pliniū accusant̄, quasi duas herbas fecerit quæ sit una, in tu-
is primis defensionibus notauisti: quoniā tibi non uideatur Siū esse Cris-
fiones, sed tantum similis herba. In secundis contra me latam sententiam
pene reuocasti: nam Silaū uerbū esse corruptū in Pliniano codice, & La-
uer potius esse legendum iudicasti. Cuius descriptionem tu quoq; fateris
ad eius oleris naturam proxime accedere, quod Græci Sium uocant. Et
quoniam Dioscor. ait Sium a Romanis Lauer appellari, quam tu etiam
concedis esse illā herbam, quam uulgo Crisiones appellant: ita tandem me-
cum, & cum Dioscoride sentis, quod Sium quidē sit Lauer, sed Lauer o-
doratum: quandoquidem Sium herba est odorata, teste Dioscor. Lauer,
sive Crisiones minime. Sed cum idem Dioscor. duo Siū genera faciat: al-
terū odoratū, ob quā naturā luncus aromaticus alio noīe dicit̄: alterū ino-
dorum, qđ quia Nasturtij refert saporē, ideo etiā Cardamine a Græcis uo-
cat̄: cur sicuti duplex est Siū, atq; ut tu quoq; iſinuasti, Lauer, odoratū. s.
& carens odore, non etiā Crisiones quidam esse inodori, quidā odorati
dicant̄: Quo quidē admisso, mea stabit sententia, Siū esse eam herbā quā
Crisiones nominamus: quā cum bis descripserit Plin. & sub Siū, & sub Si-
lai, sive ut tu legendū putas, Laueris nomine, iure est a me incuria, ne di-

Sium.
Crisiones,

Ccam inscitiæ accusatus, qui quæ una herba erat duas fecerit, sicuti ob id estiam merito possit reprehendi, quod duo Sij genera in unâ naturam considerit. Nâ quæ de Sio scribit Plinius, quod latius sit Apio, atq; in aquis nascatur pinguius, nigriusq; quod calculos frangat, quod dysentericis & mulierum mensibus prospicit, hæ omnes sunt Sij odorati apud Dioscoridem proprietates. Quod autem Nasturtij saporem reddat, quod lentigini & mulierum uitij in facie illitum nocte momento cutem emendet, ut de Sio paritor scribit Plinius, hoc non de eodem genere, sed altero potius inodo ro, quod ut diximus, a sapore quem reddit, Cardamine a Græcis nuncus patur, Dioscorides retulit.

¶ De SIGILLO LEMNIO.

Venio ad Sigillum lemnium, quod ego autore Galeno medicorum omnium longe doctissimo, rectius terrâ quam milton, id est, rubricam nominari monstravi. Tu contra Nicandrum affers, ac Celsum: quorū alter id terre genus Miltū, alter Minū uocat. Sed cur non etiam Andromachum medicū antiquissimum allegasti, qui in suæ theriaces compositione Terram lemniam Milton appellauit? Præstat autem, inquit Galenus, in eiusdem compositionis expositione, non Milton, sed terram potius dicere: eam, ut puto, cauens confusionem, quam uisus est fecisse Plinius. Terram lemniam inter rubricas & colorum genera libro. 5. & . 3. numerans: cum tamen, ut idem Galenus inquit, aliud sit lemnæ terre genus, quo fabrilius

Dgarij pro rubrica utuntur, quod uerius Miltos nominatur, picturæ potius quam medicinæ accommodatum. Ego igitur non adeo de nomine, quā de re ipsa a Plinio dissensi. Nam etsi & Cinnabaris, & Minium, & plaræc forte alia æque medicis ac pictoribus seruant utruncq; tamen usum lenio Sigillo contingere necq; tradi a Dioscoride, diligentissimo alioquin in huiusmodi rebus explorandis autore, a Galeno autem rubricā Terralemnia plane distingueente negatur.

¶ De CINNABARI.

De Cinnabari non putas eam opinionem, quam secutus est Plinius, Dioscoride improbari: quoniam idem Dioscorides simpliciter scripsit: putauerunt quidam Sanguinē draconis esse Cinnabarinum: nō damnans, sed referens aliorum de Cinnabari existimationem. Sed qui defendi poscit huiusmodi de Sanguine draconis opinionem, non iudicari a Dioscoride falsam, qui de Cinnabari non lib. 2. inter medicinas ex animalium sanguine sumptas, sed potius. 5. inter metalla tractauit: De Cinnabari quoq; metallo in Hiberia & Colchis nascente, ut te non latet, agit Theophrastus. Et si contra te cognomine tantum Barbarum, autorem lingua & natione Barbarum licet allegare, Auecois pariter in suo Colliget, non aliter de Cinnabari quam de metallo scripsit. Galenus etiam medicus nobilissimus sui de simplicibus medicaminibus lib. uoluminis. ii. Cinnabarinum metallis adnumeravit. In altero autem de eisdem medicaminibus ad Paternianum tractatu, eorum aperte sententiam improbat, quam Plinius com-

probavit, ita scribens. Cinnabaris non est Sanguis draconis, ut quidā pu-
tant. Siue autem hæc sint uerba Galeni, Pergameno Asiae ciuitate oriun-
di, siue alterius eodem nomine insignis medici, satis constat tantorū uiro-
rū iudicio, ea quæ de Cinnabari prodidit Plinius, esse fabulosa: non tam
en ob id, ut nobis obiecisti, Pliniū irrisimus. Absit enim a nobis tanta te-
meritas, ut hunc celebris nominis autorē, tam de humano genere bene-
meritū, ludibrio habeamus. Sed neq; tanti fecimus, ut nefas putauerimus
ipſi aliq;n non credere, ut quod quidā legulei, qui solis nitunt̄ autoribus a
nobis exegerunt, Pliniū autoritatē sine ratione rationē esse censuerimus.

A

¶ De T V R B I T.

De Turbit autem de quo in chirographo quæris, difficile est etiā quo
nomine apud Dioscoridem censeatur determinare. Turbit enim est no-
men barbarum: Barbari autē autores de ipso uarie loquuntur. Aliud si-
quidem de ipso scribit Serapio, aliud Mesues. Quare si a me petas quid
sit apud Dioscor. Turbit, a Serapione descriptū, possum tibi sine aliqua
hæsitatione respondere, esse Tripoliū: licet hoc nomē apud Serapionē al-
legantē in eo Diosc. sit deprauatū. Nam quæ de Tripolio Diosc. ac Plin.
scriperunt, qd in maritimis nascit̄ locis ubi allidit unda, necq; in mari, necq;
in sicco, folio Isatidis crassiore, palmeo caule & mucrone diuiso, radice al-
ba, odorata, calida gustu, & reliqua: hæc eadē Serapio de Turbit scribit,
qd Caricamū uitiose, ut diximus, pro Tripolio nominat. De quo uel co-
dicens, uel autoris errore minus sit admirandū: qñ & apud Pliniū non Tri-
poliū, sed Trifoliū potius corrupte legit̄: adeo, ut Simon dubitauerit, an
sit idem caput de Trifolio apud Pliniū, & de Tripolio apud Dioscor. &
de Turbit apud Serapionē. Pandectarius autē duo capita scripsit, alterū
de Tripolio secundum Dioscor. alterum de Turbit secundum Serapio-
nem: quasi Turbit apud Serapionem sit aliud a Tripolio apud Dioscor.
qui forte error Pandectarij, una cum Simonis dubitatione, inde etiam ha-
buere occasionē: quoniam in latino Dioscor. cuius uerba citat Pandecta-
rius, scribitur Tripoliū habere folia similia Apio: cum tamen uerius Dio-
scor. tradat esse similia Isatidi herbæ, hoc est, illi quam uulgo Guadum ap-
pellamus, quæ in usu tinctorū celeberrima est. Apud Serapionē autē hæc
similitudo necq; ad Apium, necq; ad Isatidē refertur, sed ad quandam plan-
tam, quæ Arasatis nominatur. Quod uerbū puto apud Arabes esse corru-
ptum, & pro Isatide, Arasatin scribi: sicuti etiam apud Pliniū nō folio Isat-
idis, sed folio satis crassiore palmo itidem uitiose scriptū inuenitur. Qui
quidem locus fuit a me pridem in libro de Pliniū, atq; aliorū medicorum
erroribus castigatus. Si autem a me queris, quid sit Turbit, quod describit̄
tur a Mesue, apud Dioscoridē, dicere oportebit, Turbit illud Mesue non
esse Tripolium apud Dioscoridem, sed radicem alicuius herbae habentis
succum lacteum, acutum, ex genere Thymalorum, seu lacticinorum, ut
iuniores medici loquuntur. Tale em̄ est Turbit, quod describitur a Mes-
ue, non habens foliū simile Isatidi, sed Ferulæ potius, hæc enim sunt eius

Turbit Tri-
poliū, sedm
Serapionem.

B

Turbit sedm
Mesue.

Cuerba, ut nosti : Turbit est radix herbæ, cuius folia sunt sicuti folia Ferulæ, minora tamen, & est ex habentibus lac. Quo circa Actuarius, grazius apud Græcos autoritatis medicus, multum tamen Galeno ac Paulo ætate posterior, qui multas Arabum medicinas illorum nominibus memorat, inquit Turbit a Barbaris uocatum esse radicem plantæ, quæ græcis Pitiusa uocatur. In qua etiam opinione quidam alij Græci præter Actuarium fuisse uidentur, qui capite de Pitiusa apud Dioscoridem, ubi d. radice fit mentio, uerba illa interseruerunt, quæ non puto esse Di scoridis, sed glossema potius, ἡμέραντις τούτη θεῖτ, id est, quam radicem scilicet Pitiusæ uocant Turbit. Sed contra hoc est, quod hæc eadem radix a Serapione nō Turbit, sed Sebram, id est Esala nuncupatur: quod paler fiet conferenti ea quæ Serapio de Sebram ex Dioscor. atq; Galeni pariter scripsit autoritate, cum hīs quæ īdem Græci autores de Pitiusa prodiderunt. Quamuis Auicenna capite de Sebram aliud potius uideat describere, quam radicem Pitiusæ. Imo si uerba Galeni libro. s. de simplici medicina in Pitiusa attendimus, & alia comparia. 2. Canone, capite De Mezeti gi ab Auicenna scripta, liquido apparet, quod Mezetegi apud Auicennam sit Pitiusa apud Diocoridem: ita quod necessarium sit alterum duorum, uel Sebram non esse Esulam apud Auicennam, intelligendo per Esulam radicem illius herbe quam Græci Pitiusam uocant, uel Auicennam in dubiis capitibus secundi Canonis de eadem radice fuisse locutum. s. capite de Sebram, & capite de Mezetegi. Eadem eiusdem medicinae repetitio D superflua est apud Serapionem. Nam capite de Tithymalo ultimo loco nominat speciem Tithymali quæ dicitur Ptia: uult autem dicere Pitiusa: eadem enim de ea scribit quæ de Pitiusa Dioscorides. Paulo infra aliud caput scribit de Sebram, & in eodē allegat Diocoridem: quasi Sebram alia sit a pitiusa medicina. Sed neq; illorum opinio est omittenda, qui putant Turbit esse radicem herbæ, quam uulgo Soldanam nominamus, passim in locis maritimis prouenientē. Hanc tamen opinionem esse fallam nos ita probamus. Soldana herba, uel eius radix non est Turbit a Serapione descriptū, quia illud Turbit est Tripoliū apud Dioscor. & habet folia similia Isatidi, ut nuper ostendimus: Soldana autē herba non est Tripoliū apud Diocoridē, sed ad aliud caput refert, ut mox ostendemus. Itē Soldana herba habet folia quadamtenus Hederæ similia, uel Aristolochie rotundæ: Turbit autē a Serapione descriptū, sicuti etiam Tripolium apud Dioscor. habet folia similia Isatidi. Eadē ratione probatur, Soldanā herbam non esse Turbit descriptū a Mesue: quoniā istud Turbit habet folia similia Ferulæ, ut etiam antea dictū est: Soldanæ aut̄ folia sunt omnino a Ferulæ folijs differentia. Simili argumento in libro de morbo gallico contra Gentilē probauimus, Soldanam herbā nō esse Cachilē apud Serapionem: qm̄ Cachile secundū eundē Serapionem, habet folia Nasturtij, quæ nullam præ se ferunt foliorū Soldanæ similitudinē. Hic autē uberioris doctrinæ gratia superadiungimus autores Arabes, Soldanā herbā neq; ad

A

caput de Cachile, neq; ad caput de Turbit tetulisse, sed Græcorum imitatio ad caput de Caulibus. Estenim Soldana herba uulgo a nobis dicit illa, quam Dioscor. atq; Gal. Brassicam marinā appellant: qd liquido apparebit, si quis inuicē contulerit ea quæ in herba Soldana oculis intueretur, & quæ de Brassica marina Dioscor. scribit. In hac tamē herba mihi uidentur autores Arabes eatenus aberrasse, quatenus de Caule domesticō atq; sylvestri, ac subinde marino eodē capite cōtinuatim tractauerūt, tanq; hæ omnes forent eiusdē generis p̄zimioris species: qd de sylvestri qdē atq; domesticō Caule concedi posset: qm̄ tantū satiū atq; sylvestris differunt: de marino autē Caule nequaq;, qui omnino ab alijs duobus diuersificat, ut nō modo Dioscor. sed etiam Gal. testificantur: quorū autō sententia Brassica marina, & Brassica sativa, uel etiam sylvestris est qui uoce dicunt. Putasse aut̄ Arabes Caulē satiū atq; sylvestrē, ac præterea marinū quandam habere inf se non modo figuræ, sed etiam naturę affinitatē, eo cōstat argumēto: q̄ omnes eodē, ut diximus, capite cōplectuntur. Et præter hoc etiam uerba Serapionis idē ostendunt, q̄ de Caulibus marinis ita scribit. Marini Caules sunt lōginquiores & similitudine domesticō, quā s. sint Caules agrestes. De illis em̄ statim antea locutus erat.

B

Auiceña insuper tres hasce species etiā effectuū cōmunitate consociat, ut cum. 2. Canone de Caulibus scribit in hunc modū. Sylvestris, marinus, ac domesticus maturat phlegmones & duricias. Qui quidē effectus a Diosc. Cauli satiū atq; sylvestri ex parte assignat: marino autē Cauli a nomine adscribit, & nulla experientia comprobat. Verior autē est Græcorū opinio a nobis tacta, q̄ Caulis agrestis atq; satiūus tantūmodo sint figura colore, & naturæ p̄prietatib. similes, nisi q̄ agrestis est albior & calidior, & siccior, sicuti omnes aliq plantæ sylvestres sunt in eodē genere satiūis, secundū has duas qualitates, ut inquit Gal. fortiores: marina autē Brassicā penitus ab illis ambabus euariat. Hæc ideo in Arabicis autoribus notanda cēsuimus, ne quis putaret nos Soldanā herbā, ut illi fecerūt, forte qd eset apud Diosc. atq; Gal. Brassica marina nescientes, inf Brassicarū speciēs cōnumerare. Sed qm̄ multa interseruimus ut te pleniori officio demes reremur, iam ad illud redeamus de quo præcipue ab initio quærebat. qd sit Turbit apud Diosc. Forte aut̄ in tanta tum Arabū autorū, tū etiam Latinorū super hac medicina opinionū diuersitate, melius quereret. quid sit apd Diosc, radix illa quam p̄ Turbit officinæ uendunt. Ego qdē diu nullū laborauī, ut herbā uirentē uiderē, cuius radix Turbit nuncupat. Nā qui radicē tm̄ aridam ad nos afferunt, neq; ubi nascat, neq; quali folio, aut flore Turbit insigniat sciūt dicere, nisi q̄ unus tm̄ pharmacopola id mihi de flore Turbit est testatus, qd de folio Tripoliū scribit Diosc. q̄ uidelicet mane candidus, meridie purpureus, uespere phœniceus appareat. Qd si mihi fuit uere relatū, pculdubio Turbit, quo nos utimur, est Tripoliū apd Diosc. Sed qm̄ hoc de flore miraculū uix forte ipsi Diosc. credat, ne dum alicui pharmacopolæ, omnino satagendū, ut foliū ipsum uiride in-

Soldanam
esse Brassicam
marinam.

Turbit uerū.

C spiciamus, & an sit folio Isatidis, aut Ferulæ simile, uel etiā neutro, diligēti
us consideremus. Fieri em̄ potest, ut radix illa qua utimur, neq; sit Turbit
• Mesue, necq; etiam Turbit Serap. tant̄ video in his rebus incuria, q̄ sunt
in usu frequentissimo medicorū. Si quis em̄ dixerit esse Turbit Serapio.
illud obijcere possumus, qd Turbit apud Serapionē est idē qd Tripoliū
apud Diosc. Radix aut̄ Tripoliū scdm eundē Diosc. odorata est. Qua uez
ro nos utimur pro radice Turbit, omnino caret odore. Si uero alter affe
rat hanc esse turbit descriptū a Mesue, cum sit illud turbit secundū eundē
Mesuen ex genere habentiū lac, seu lacticiniorū, hoc est, earū plantarum
que habent lac maxime acutū: interrogabimus ipsum, quidnam tandem
erit ex hijs quæ a Dioscor. uel Serapione describuntur: an aliqua species
Tithymalorum? Sunt autē septem uel octo, sed nulla earū esse potest Tur
bit a Mesue descriptū. Nulla siquidē ex illis habet folia similia Ferule, qua
lia habet Turbit a Mesue designatū, ut constat ex Dioscoride & Serapio
ne, singulas Tithymalorum species per folia ac flores, & reliquas proprie
tates describentibus. Sed necq; Lathiris est, quā iuniores medici Cataputⁱⁱ
am minorē uocant, Auicenna autē Mendanam, ut constat ex hijs que de
Lathiri Diosc. & de Mendana Auicenna similia scripserūt: necq; Peplios,
de qua Dioscor. agit inter alias quæ lac acutū emittunt. Huius em̄ radix
inutilis est, ut inquit Dioscor. & de hac quoq; Auiceña agit secundo Ca
none sub nomine Bebilis, capite diuerso a capite De turbit: eadē ratione
D necq; Peplion, id est, Portulaca sylvestris. Nam hanc quoq; Auicenna.
Canone Bilonon nominat. Translatio autē librorū Hippocratis de regi
mine acutorū Feliciniū uocauit, et nō radice, sed folio, uel fructu ad usum
medicinæ adhibetur. Habet etiā folia similia Portulacæ, unde illi nomen,
non autē Ferule, sicuti Turbit descriptū a Mesue. Deniq; per singulas spe
cies earū plantarū, que succo lacteo & acuto manant, discurrendo, non ui
detur cuiq; earū descriptio Turbit, quæ apud Mesue reperitur cōuenire.
Forte autem necq; uere scribitur a Mesue, Turbit esse e genere earum que
lac habent. Si quidem hic idem autor inquit, Mezereon esse plantam la
cticiniorū maiore, quæ tamē planta ab Arabibus Mezereon nominat: ca
dē a græcis Chamælea uocat, ut constat conferenti caput de Chamælea az
pud Diosc. cum capite de Mezereon apud Serapionē, & etiā apud Auic
ennā: nisi q; Auiceña etiam ipse, licet sub nomine Mezereon, Chamælea az
describat, quā constat non esse de numero lactariarū, siue lacticiniorū, in
quit Mezereon esse lacticiniorū magnū: ut uideant Arabes, Auiceña præ
sertim, ac Mesues capite de Mezereon, in duplē errorē incidiſſe, & qd
Mezereon, que a Græcis Chamælea uocat, in lacticinia posuerunt, & qd
Chamæleontē albū & nigrū, cū Chamælea siue Mezereon confuderunt.
Nam Mesue quoq; non fuisse secundi huius erroris expertē probari po
test ex hijs, quas ipse Mezereon in fine capitū tribuit p̄prietates, quas nō
Chamæleę, quam Arabes Mezereon uocant, sed Chamæleonti potius al
bo uel nigro Diosc. assignauit. Quæ em̄ de Mezereon Mesues scribit, q;

Mezereon.

A

interficit lumbicos, & qd collutio eius ex aceto confert dolori dentium, & quod fit unguentū ex eo ad scabiē bonū, & linimentū ex eo & sulphurē delet morpheam, albaras et lentigines, sunt fere p̄prietates, quę Chamē leonti albo & nigro, non aut̄ Chamæleæ, id est, Mezereon a Diosc. tribuitur. Serapio uero et si capite de Mezereon similiē confusionē Chamæleæ, ut cum de Ixia uerba faceremus ostendimus, in eo tamen magis est quam Mesues Auicenna probandus, q̄ Mezereon haud quāq̄ fecit ex genere lacticiniorū: & qui uerum Mezereon, hoc est, Chamæleam agnoscunt, sciunt eā nō habere lac. Dixi aut̄ uerū Mezereon qd a Græcis Chamælea dicitur: quia apud nōnullos Arabes, Ioannē s. Serapionē, ueluti Símō annotauit, Mezereon est Mirdane, uel Mēdane: quæ aut̄ Mendane ab Auicenna uocatur, est Lathiris apud Græcos, & Cata putia minor apud medicos iuniores: quā certū est, nō esse Mezereon, neq̄ ab Auicenna, necq̄ a Serapione, necq̄ etiam a Mesue designatū, ut satis constare ex uarijs descriptionibus arbitramur. Et quia aliud caput de Mē dane, aliud de Mezereon Serapion atq̄ Auiceña scripsérūt: nō solent aut̄ autores Arabes duo capita, sed unū tm̄ de eadē simplici medicina scribe re, nisi forte nominū uarietate decepti, quæ una sit, ḡeminā eā crediderint. Nam q̄ de Auiceña supra dubitauimus, ne forte de Esula duobus capitib⁹ egerit, & capite de Sebram, & altero de Mezetegi, hunc liquido erro rē in Serapione deprehēdimus, q̄ capite de Tithymalo ultimo loco nomi nat speciē Tithymalī, qui dicit Ptias: uult aut̄ dicere Pitiusa, cuius radice quidā esse Turbit, ut supra ostendimus, existimauerunt. Et paulo infra liud caput scribit de Sebrā, in quo easdē tribuit Sebrā p̄prietates, quas Pitius Diosc. neq̄ meminit, sed de eadē planta etiam inter species Tithymalorū fuisse locutū. Supra aut̄ diximus, ut ad id propter quod hæc omnia subiunximus reuertamur, Turbit apud Serapionem esse Tripoliū apud Diosc. qui qdē Serapio neq̄ ipse Mezereon, sicuti neq̄ Tripoliū Diosc. lacticinij annumerauit, Simon aut̄ Genuensis in litera L, ubi de lacticinijs facit mentionē, etiā Tripoliū inter ista collocauit. Quia em̄ Mesues posuit Turbit inter lacticinia, Turbit aut̄ apud Serapionē esse plantā quam Diosc. uocat Tripoliū, nesciens Simon hoc nomē Turbit apud duos autores equiuoce dici, apud alterū de planta habente lac, & folia Ferulæ similis: apd alterū de planta carente lacte, et foliū Isatidi, id est, Guado simile gerenti, propter uerba Mesue de Turbit, Tripoliū quoq̄ inter lacticinia cōnumerauit. Vide q̄t difficultates, & qdem inexplicabiles, occurrūt me tot, quæ de simplicibus medicinis habent ambiguitates relinq̄t uia, nisi ut ad sensū iudicem cōfugiamus: ut si plantā uirentē habere possimus, cuius radix p uero Turbit affert, nunqd sit ex genere lacticiniorū, uel alia, discu

Mendane,

B

Cautela.

De B V G L O S S A. (tiamus.
De Buglossa autem, de qua quæris, an ea qua pro Buglossa utimur, sit

C uera Buglossa, si tibi qd sentio respondero, uereor ne sicuti tu admodum
docte dubitasti, ita ego nimiū proterue uidear uniuersam nostri tempoz
ris medicinā euertere. Nam si probare contendero, Buglossam, quam me
dici iuniores ad usum medicinę adhibet, nō esse uerā Buglossam, cur etiā
inquiet aliquis, Lactucam qua uescimur, uerā esse Lactucā nō inficiari;
Non ita tñ sumus animati: absit em a nobis tanta temeritas, ut omnia iu-
niorū medicorū placita uelimus demoliri. Sed sicuti multa eorū proban-
da cēsemus, ita plura sunt in quib. autores ueteres magis sequendos iudicem-
camus, atqz in illis presertim, in quibus idē medici iuniores inuicē uidentur
dissentire. De Boragine Simon Genuensis in litera B, ita scribit. Borago
herba nota, cibo apta, & medicinæ: & flos, & folia, & semen Buglossa
dicit: spēs eius sylvestris. Non reperio aliquē autorē autenticū, facientē ca-
pitulū de utracqz: si scribit de una, nō scribit de alia. Hæc ille. Pandectarius
aut̄ aliter sentit. nam. 2. capite scribit alterum de Boragine, in quo allegat
Dioscor. alterū de Buglossa, in quo citat Serapionē ex eiusdē Diosc. auto-
ritate de Buglossa loquentē. Montagnana uero in qdā cōsilio scribit hæc
uerba. Borago aut̄ non placet, q̄a planta multū uentosabilis, & uentosissi-
ma: qd ostendit ppter multitudinē eructuationū quas efficit. Et licet pos-
nat temperata, quia est species Buglossæ, quæ temperata est, de ea tñ parū
ab autoribus scribitur, & plura de ea credunt, quam ratione & autoritate
D uerificari possint. Auicenna tamen de ea nihil dixit. Vide quanta sit isto-
rum autorū discordia. Alter dicit nullum autorem de utracqz. s. de Boragi-
ne, & de Buglossa loqui: alter super ambabus herbis citat Dioscoridem:
alter facit Buglossam speciē Boraginis sylvestris: alter Boraginem Buglo-
sæ tanqz generi subiçcit. Auicenna quoqz secundo Canone, capite de lin-
gua bouis, notat sui temporis medicos, qui nō uera Buglossa uerent̄, sed
alia quæ non habet easdē utilitates. Quare in tanta medicorū tum latīno-
rū, tum etiam Arabū de herba Buglossa controuersia, quid mihi uideatur
aperiam. Primum illud pro confesso habetur, Buglossam græco interpre-
tamento, Linguae bouis assimilari. Duæ autē sunt herbæ Linguae bubu-
læ, atqz ideo etiam inuicē similes: altera a nobis Linguabouis, altera Boraz-
go nominat̄: sed duę quoqz herbę itidē Lingue bubulę similes celebrant̄
græcis nominibus apd' Gr̄eos: altera Buglossum, altera Crission ab eisdē
Græcis nuncupat̄: adeo, ut minime dubitē duas illas herbas, quarū alterā
Linguā bubulā, alterā Boraginē sermōe nostro uocitamus, ad duo capita
apd' Diosc. debere referri: quorū alterū est de Buglosso, alterū de Crissio.
Nam & hoc propter magnam quam habet cum Buglosso similitudinem,
Buglossum magnū pariter a Græcis appellatur. Verū diligentius conside-
rantibus descriptio Buglossi apd' Diosc. plus Boragini cōuenit: descriptio
aut̄ Crissij, siue Buglossi magni plus alteri quadrat, quā nos uulgo Buglo-
sam, seu Lingua bubulam nominamus: siquidē idē Diosc. inquit folia
Crissij esse longiora folijs Buglossi. Quanqz apud Pliniū, qui Crissio lib.
27. capite, 8. fere eodē modo quo Dioscorides describit eandem Crission

Borago.

Buglossa un-
dedicta.

A

habere folia non longiora Buglosso, seu ut ipse interpretatur, Lingua bo
uis, sed potius minora scribatur. Quē puto errorē ex uocabuli græci simi
litudine, & codicis mendo quem Plinius habuit, contigisse: quoniam pro
macrotera quod uerbum significat longiora, microtera, id est minora scri
ptū inuenit. Ego uero in multis codicibus græcis non solum impressis, sed
etiam manu scriptis apud Dioscoridem μακρότερα, id est, longiora, nō au
tem μικρότερα, id est, minora reperi. Liquido autem sensui subiicitur, folia
herbe illius, que uulgo Buglossa dicitur, esse folijs Boraginis longiora. Itē
idem Dioscor. inquit, in summo caule Crissij esse capitula purpurea, que
soluantur in lanugines, quod etiam in herba Buglossa a nobis appellata
uisu deprehenditur: contra Boragine capitula cærulea, non autem pur
purea conspi ciuntur. In autore autem de simplici medicina leguntur hæc
uerba: Buglossam Romani linguam bubulam, Lucani Corago. Nascitur
locis cultis & sabulosis. Forte autem pro Borago uerbo, Corago uiciose
scribitur, aut nomen coraginis una litera uariata est, in boraginem uersū.
Qd autem inquit nasci locis cultis & sabulosis, hoc idem de suo Buglosso
Diosc. tradit. Pandectarius quoqz, si qua est huius hominis autoritas, in li
tera L, Lisinaltaur, quod nomen apud Arabes significat linguam bouis,
ipse boragine interpretat. Quare forte melius fuerit, cū Buglossā, de qua
Diosc. Gal. & autores Arabes utruncqz allegantes, ad usum medicinæ ad
hibemus, Boragine potius, quam illā quæ passim Buglossa nuncupatur B
recipere. Atqz ita falsum erit id, quod Montagnana existimauit, Auicenn
nam nihil de Boragine dixisse: nā, nisi mea me fallit opinio, caput de Bu
glossa, seu lingua bouis apud Auicennam est caput de Boragine, sicuti eti
am apud Serapionē: falsū etiam erit id quod Simon scribit, q̄ putauit ne
minem autorē de utracqz herba simul scripsisse. Siquidē Diosc. apd' Græ
cos, & Plin. apd' nos, tam de Buglossa, quā etiam de Crissio fecere menti
onē. Negari autē nō potest quin Borago sit alterum duorū apud Diosc.
aut Crission, aut Buglossum, ab hijs presertim, qui boraginem buglossæ,
uel buglossam boraginis speciem confitentur: quando & Diosc. ipse Cris
sion habere folia similia Buglosso, & Buglossum magnum uocari testifi
catur. Si tamen borago sit crissium apud Græcos, uerū erit quod a Mon
taghana scribit, tam multa de boragine a iunioribus medicis temere præ
dicari. Nam Dioscor. hoc tantum de Crissio retulit: quod si radix eius al
ligatur super locum dolentem, sedat dolorem. Plinius autē, quod herba,
aut radix alligata, sanat dolores uaricum. Quare medici iuniores utrum
uelint acceptent, aut qd Borago sit uera Buglossa, ut nos opinamur, aut
quod eius herbæ usus non sit ad illa utilis, ad quæ ipsi arbitrantur.

De C I C E R B I T A.

C I C E R B I T A autem, de qua etiam scire cupis, est et ipsa sicuti Bo
rago etiam in hoc usu Callimachi carmine inclyta. Est enim illa quā The
eo apponit rustica illa Echate, ut Plinius meminit. Verum in operibus
medicinæ minus hodie celebrata: quia forte medici iuniores non noue

C runt quo nomine apud ueteres autores, qui de medicina scripserunt, nun
cupetur: atq; ideo nesciunt eius utilitates, quod nos nunc indicabimus.
Sonchus. **Cicerbita.** **Dioscor.** ipsam Sonchū nominat, & a Romanis Cicerbitam asperam uo-
cari testificat: quamvis hoc nomen, ut pleraq; alia Romana uocabula, a
pud Dioscor. sit deprauatum: quia non Cicerbita aspera, sed circita aspra
in græco codice uitiose legitur. Idcirco autē a Romanis aspera fuit cognos-
minata, quia spinosa est cū inueterascit. Græci sane adhuc herbam, quam
nos latine Cicerbitā nominamus, uulgo Sonchum appellant: ut miran-
dum sit, Simonem Genuensem, qui multa herbarum uocabula a græca
herbaria didicit, quid tamen esset Sonchus apud Græcos ignorauerit, nā
de ipsa meminit in litera S, & adducit uerba **Dioscor.** de Soncho, quæ taz-
men herba sit, aut quo nomine censeat apud nos, dicere prætermisit. Ne
q; minus admiratione dignū, Plinium huic herbæ, tam in usu cibario fre-
quenti, latinū nomen non reddidisse, nam & ipse libro. 22. capite eiusdem
numeri, quam nos uulgo Cicerbitam nominamus, græco uocabulo Son-
chū appellauit: atq; ita ipsam descripsit, ut dubitari non possit Sonchū a
pud Græcos esse herbā, q; Latini Cicerbitam uocant. Sed præterea idem
Plinius una cū Dioſc. tothius herbe usus enumerat, ut me aliquando pu-
deat nostri tēporis medicorum, qui tñ illa remedia probant, quæ magno
impendio parantur, quibus meliora aliquando pauperrimus quisq; co-
nat: fere tamq; de quo nos etiam magis pudere oporteat, nō Indicas, atq;
D **Arabicas,** siue externi orbis querūt medicinas, sed quas natura illa omni-
um rerū patē uulgo etiā exposuit. Mustela pugnatura contra serpentes,
pastu se Cicerbitæ munit, atq; inter pugnandū eodē crebro repetito sere-
fouet. Compertū est hoc apud multos, qui dimicationē consertā uidere.
**Theriacæ dif-
ficiilis & rara
compositio.** Nos Theriacam contra uenena ab Aegyptijs magno emimus precio, cu-
ius potissimā partē, quā basim uocamus, illi adhuc ignorant, præter mul-
ta alia simplicia medicamenta, ad eandē compositionē necessaria, quæ no-
stra hac ætate neq; a Græcis, neq; a Latinis, nedū a Barbaris cognoscunt:
quorū etiā uel unius defectus, si Gal. medicorū principi credimus, potest
totam compositionē corrumpere. Naturæ uero opera sunt absolutiora,
inuentu facilitiora, nisi ob hoc ipsum uilescerent. Sonchū aut, siue Cicerbi-
tā, cuius occasione hæc interposuimus, magnā habere contra uenena, sed
præcipue scorpionū efficaciam, testantū tū Dioſc. apud Græcos, tum etiam
Plinius apud nos, & ex recentioribus Conciliator: qui Lactucellam, per
quam ut puto Cicerbitam intelligit, q; ut etiam inq; Plinius, Lactuce simi-
lis est, nisi spinosa foret, septē alijs herbis annumerat, quæ Theriacæ aqua-
re habent contra uenena potestate. Atq; insuper Auiceña apud Arabes,
si modo Cicerbita sit herba quam ille. 2. Canone Taraxacon nominat, ut
scio plerosq; ætate nostra medicos celeberrimos, ac præsertim Gerardū
Veronensem existimasse. Nolo em̄ ego nunc de isto decernere, qui dudu-
opus ad hoc ipsum destinauī, ad declarandū. s. noīa Arabica. 2. Canone
apud Auiceñam scripta inueniunt. Quod idē opus forte maturius absolv-

Lactucellæ.

Lactucellæ.

uenus, quando te hoc quoq; non minus cupere, quam illa quæ nuper a nobis explanata sunt, intelleximus. Si tamen tuam in hac re auiditatem plusculum fuerimus commorati, equo animo patieris, futurum illud maxime sperans, quod tibi in hac epistola contigit, si modo epistolæ nomen meretur, quæ fere ad uoluminis magnitudinem excreuit, quæ quanto tardius, tanto maiori cum fœnore est tibi reddita. De Cicercia reliquum est, quo tuis quæsitis omni ex parte satis fiat, ut etiam de Cicercia respondeā, hoc leguminis genus uulgo Cicerciam nominatum a Plinio libro.10. cap. 12. Cicercula nuncupatur a Theophrasto libro.9. de plantis, & a Galeno eundem Theophrastum allegante, libro.2. de alimentis, Lathiron: hoc enim uerbum Theodorus, græce latineq; doctissimus, in translatio ne Theophrasti Cicerculam interpretatur. Vale Ferrariæ Calendis Februarij. M. D. IIII.

Cicercia.

CAPITVLPHI COLLINVTI,

aduersus N I C . L E O N I C E S

NV M Pliniomastigen
Defensio.

DE PRASIO, & PRASO.

SSE PRASIVM GRÆCE, QVOD nos Marrubium, Prasum uero quod Porrum dicitus, primum Leonicus edocuit. Didicit(ut opinor) & ipse boni cuiusdam uiri poëticam medicinam, in qua ita scriptum est, Folia Marrubij sunt Prasi-
a. Prasac Porri. Quæ quoniam Plinius distinguere nescuerit, Horminum, Baloren, Strachyn Porri folijs, non Marrubij, ut oportuit, constare dixit. Tum tres illos testes, qui unus sunt, quod supra docuimus, Dioscoridem, Galenum, Paulum, opinioni suæ adstipulantes citat. Verat Hadrianus Imperator, his testibus fidem adhiberi, qui unum, eundemq; sermonem (ut de compa-
sto) afferunt. Verum ipse neq; errasse Plinium patiar, qui Marrubium græce Prasum dici. 20.
lib. & Porrum Prasum. 7. & 20. aperte monstrauerit: neq; Dioscoridem crediderim, sed hunc ip-
sum Pliniomastigen: qui ideo Dioscoridem Marrubium intellexisse opinatus est, quod ipse que-
nam illæ herba sint nesciat: placetq; hominis insciæ potius, uel codicis uitio, quam Dioscori-
dis adscribere. Ita em a Leoniceno nostro fieri oportuit, cum Plinium emendaturus uideretur,
non quam herbam Plinius pinxit, negare esse illam, sed quæ, qualisque illa nunc sit docere:
non quid unaquæq; res non sit (quod de Deo dici solet) sed quid ea sit dicere: non destruere, sed
adstruere: non ex Dioscoridis sententia, in re non manifesta Plinius euertere. Pariter enim & Dio-
scorides potest Plinius autoritate superari, sed uel ratione, uel rei ipsius evidentia. Nihil minus
philosophi est, ut diximus, quam aliquid sine ratione dicere. In herbis quoq; designandis, non
scribentis autoritas, non Leoniceni censura, sed uis & figura, & res ipsa consideranda sunt, pa-
lantq; exhibendum quicquid id est medicamentum, de quo disputatur. Quod si ignoretur (neq;
enim scire omnia mortal is est) salua apud nos scribentis autoritas sit, & humane potius igno-
rantiæ nostram fateamur, quam errasse alterum impudenter iudicemus. Sic nos quoq; de ijs,
quoad fieri poterit, primumq; de Hormino transigemus.

B

De H O R M I N O .

Horminum, quæ & Geminis latine dicitur, frumenti genus esse, & inter frumenta connu-
merari, Theophrastus Planarum. s. Plinius uero naturalis historiæ .18. aperte indicant. Nam
frumenta ex satis tempore diuidi, Theophrastum secutus Plinius inquit, cum Hyberna facit,
ut Triticum, far, hordeum: Aestiu uero frumenta, pannicum, milium, horminum. Galenus
quoq; alimentorum primo, quando Horminum in pollinem redigi affirmat, inter frumenta
posuisse uidetur. Verum frumentacea omnia harundineo folio constare, tam Plinius, q; eodē
loco Theophrastus de frumentorū & leguminū differentijs differens, scribit. Plinius Horminū

C Porri folijs constare dixit: utrū ergo harundineis folijs similius habet foliū? Porru, an Marrubium? Nam si ratione certandū est (ubi res ipsa non exhibetur) Horminū inter frumenta est, frumenta Harundineo folio constant, Porru Harundini similius habet folium. Qui ergo Horminū? Porro similia habere folia dixit, ueriora cere enunciauit, q̄ qui Marrubio, cui nulla prorsus cum Harundine cognatio. Pari similitudine quoq; Plinius (ut est in tradendis herbarū notionibus acutus ac diligens (in Oriza usus est. Oriza etenim & ipsum frumenti genus est: quod Rizum uulgo dicimus, nulli ignotū, Hanc. is. describens Plinius, Forro similia habere folia dicit: nulla alia ratione, quam qua Horminū quoq; Porri folijs constare scripsit. Porracei enim foliū, ad harundinaceum (quo frumenta eisdem censetur autoribus) nulla aptior est proportionē. Addit. quod Horminū Plinius, Theophrastus & Pannico, & Milio aestiuis frumentis adnumerant: at si Milij, Panniciu folia describenda sint, nullius herbæ magis, q̄ Porri foliorū pinguē exemplō. Sic Hormini quoq; folia Pannico, Milioq; connumerata, Porri folijs, non Marrubij (quo nihil in frumentaceis figuris ineptius) effigiar oportet. Hæc de Hormino, rationē sequutus, reic̄ ipsius evidentiam scripsi, quæ si Nicolaus penitus inspexisset, nec notissimi frumenti Plinio, nec Praſij Græci uocabuli ignorationem obiecisset.

¶ De B A L O T E.

Balote.

In Balote uero describenda, quid est quod Praſij, & Praſi uicinitate errasse Plinium credamus, quem quæ uera Balote esset (ut quæ plurima ubiq; nascatur) ignorasse non nisi ignoratissimus crederet. Qui libro. 10. Marrubium inquit, Græci Praſion uocant: & ex Caſtoris magistri sui sententia, nigrum etiam Marrubij genus esse scribit: ut sciamus etiam Marrubium nigrum dicere potuisse, sicut Porrum nigrum dixit, cum de Balote ageret. Baloten inquit Plinius, Græci Porrum nigrum uocant, folijs maioribus q̄ Porri. Addit. Et ueritatem inquit, graueolentibus, canis morsibus efficacem. In nullo Marrubij genere foliū uestiunt: at in Porro, Alli, Harundine uestiunt. Maiores inquit, sunt q̄ Porri. Magna esse Porri folia, non ignorabat Plinius: ideo maiora, adiecit. Graueolentiam in nullo Marrubij genere (nisi manu teratur) esse, certum est. Ea quoq; genera si terantur, non graueolentiam, sed acrem, nec in iucundū inter Abrotanum atq; Absynthium odorem reddunt. In Porro nigro recte graueolentia dixeris: quippe, quod foetidum, grauem, & capitū noxiū odorem referat: atq; ideo in medicamentis non estur, sed apponitur: quod contra in Marrubij generibus euenit. Sed quæ sunt oculis commissa fidelibus, nonne mouere plus solent? Plena Balote sunt prata, atq; in montium præcipue radicibus iisdem quibus describitur signis Porri folijs grandibus, nigris, maculosis. Vnde ego Balotem dictam existimem. Eam latinorum quidam Vlcerariam, rusticī Porru caninū uocant: ex eo quod putem, dictam, quod canis morsibus aduerseretur, nec tam herba similis, q̄ portatis nomen referat. Quid autem Diſcorides, quiq; eum sequuntur crediderint, Nicolaus uiderit. Nos Plinium Romano ista pensantem iudicio, remq; ipsam audiamus, quamq; & Diſcorides quidem, cum multa Balotes nomina enumeret, inter quæ & Marrubium nigrum est, & magnum Marrubium, & Iſionis sanguis. Alios tamē Cynosprason dicere Baloten affirmat: quod aliud nihil q̄ caninum Porrum significat, ipsumq; nomen ad rusticā simplicitatem manasse iam diximus.

¶ De S T A C H Y.

Ampelopraso-
n, Vitigne-
um Porrum,
Porraſtellum.

Stachyn quæ tandem sit ignorare me fateor: pari quoq; uel certe majori ignorantia uerari Leonicenum arbitror. quippe qui & Stachyn ipsam ignoret, & unius, utpote momenti, Plinium credat errasse; nec Plinius uerba, mentemq; conſyderet. Scriperat uicesimo volumine Plinius, Marrubium a græcis Praſion uocari, & nigrum Marrubij genus inueniri: notiusq; illud dixerat, q̄ ut indicandum esset. At. 4. & 20. libro cum Ampeloprasum, hoc est, uitigenum Porrum, quod nos uulgo Porraſtellum uocamus, Porri folijs constare dixisset, continuo aduentus subiicit. Ea quoq; quæ Stachys dicitur, Porri similitudinem habet, longioribus folijs, pluribusq;. Stachys quoq; inquit Plinius, ut Ampeloprasus Porri similitudinem habet, longioribus folijs. Si Græci Praſio, id est, Marrubio similem Stachyn dixissent: cum exploratisimum habuisse se Plinius Marrubij referat, quod folijs paruis, & obrotundis confert, tunc emerrasse Plinium credibile aliquando fuisset: si Stachyn ut Ampeloprasum Porro non comparrasset, uel simpliciter Porro similem dixisset. Verum quando porracea herbe Stachyn adnumerat, & longiora illi folia quam Porro facit, quis iam dubitet, non errasse Plinium in herbe similitudine, quam compertam habuisse: Porro etenim, non Marrubio nulli (ut ipse inquit) ignorantia, longa sunt folia. Accedit, quod qui octauū Galeni lib. de simplici. medicamentis latinis feicit, Stachyn Porro similem esse interpretatus est. Magnum ueritatis argumentum, Plinium, & eum, qui Galenum interpretatus est (qualisq; ille fuerit) in eandem de Stachy conuenientiam.

Vlceraria.

Iſionis san-
guis.
Cynosprason

¶ De LEUCOGRAPHIDE.

A

Leucographida lapidem esse, non latuit Plinium: quippe qui uolumine. s. & .30. secundā **Ga**
latites speciem Leucographidē appellauit, quoniam lactea esset, candidis intercurrentibus ue-
nis. Sicut Leucogeam, quæ lacteo colore simplex esset. Sinopiten uero, quæ sanguineis uenis
distingueretur, suasq; uires illis tribuit, ut intelligamus plenius distinctiusq; aliquanto Plinium
de Leucographide lapide scribentē Pliniū non legisse, atq; ideo in eo calumnianto grauius deli-
quisse: Leucographidē lapide quoq; herbam esse. .7. & .20. libro scribit Plinius, eiusq; uires aperit: qua
lis uero illa esset scriptū se non reperiisse inquit. In quo quæso accusator hic noster errasse Pliniū
calumniatur: An, quia Leucographida lapidē esse ignorauit? Ast hunc bellissime, ut diximus,
distinxit, descripsitq;. Nosq; illum & pulcherrimū habemus, & uiro incomparabili Pico Miran-
dula, & Anthonio Fauentino præstantissimo philosopho cum hæc proderemus, ostendimus.
An, quod qualis esset Leucographis herba, non reperiisse se fassus est? At de eius figura scriben-
tem aliquem non uidit: sed easdem uires inquit herbæ sue Plinius, quas Dioscorides lapidi tri-
buit. Quid si errasse Dioscoriden Leonicene dicerem: qui quæ herba esset, lapidē credidit: qua-
illum ratione defenderes? Aut si hoc non recipis, nonne communes tam lapidi quam herbæ ui-
res esse possunt: Iaspis sanguinem sistit, Leucogea lactis abundantiam facit, Topazius uenerē
cohibet: sed eosdem quoq; effectus Siderites, Lagine, Ligus, atq; herbarum præstant plurimæ.
Sed Dioscorides inquis Moroxum quoq; uocari Leucographiden scripsit. Falsum hoc qui-
dem: Moroxum Galenus fortasse dixerit. Morochthum certe Dioscorides, non Moroxum, ut
tu peruerse retulisti. Sed & hunc Morochthum lapidem esse non fugit Plinium: qui hunc ulti-
mi uoluminis capite. 10. commemorat: quem nos quoq; habemus, & multis ostendimus in co-
ritis attritu lacteo sudore manantem, & candidas lineas, tametsi porraceam uiriditatem præferat,
in pannis ducentem. At Morochthum hunc, Leucographiden quoq; dici Dioscorides scripsit.
An ideo errasse Plinium prædictas, quia de Dioscoridis ignoti sibi hominis appellationibus non
diuinauerit? An non satis putas, unum Morochthi nomen adduxisse Plinium, qui Leucogra-
phiden, & alium quoq; esse lapidem quam Morochthum ostendit? Tametsi quosdam Leuco-
graphiden, Galaxiamq; uocasse illum Dioscorides scribat. Praeclaræ dialectici philosophi argu-
menta. Fatetur Plinius, figuram Leucographidē herbæ non reperiisse se: ergo errat accusante
Leoniceno? Quod ingenue fatetur Plinius, quod non temere adstruit, quod nō repperit, quod
non diuinauit, ergo errat: iam uel ex ista argumentorum formula uidere possumus, quo hunc
poliū secundam speciem Leucographiden dictam, quod lactea cum sit, candidæ illâ inscri-
bant uenæ, Leonicenu uero, qui nec ista pensauit in legendō Plinio, hebetiorē fuisse noscamus.

Morochthus.

B

¶ De POLIO, ET TRIPOLIO.

Poliū suauissimam herbam Musæo & Hesiode autoribus, qualis esset, quibusue polleres
uiribus, luculenter (ut omnia) descriptis Plinius. Miraculum addens, h̄sdem tradentibus auto-
ribus, quod ter colore mutet. Tripoliū uero rationem figura, potestate, soloq; diuersam suo
loco pariter assignauit. Accusator hic noster, omnia fere uerbum ex uerbo quæ de Polio dixit,
transfluisse ex Dioscoride Plinium refert, uerum in hoc errasse, quod Tripoliū miraculum Polio
adscripterit, contra quam Dioscorides fecerit. Simul, quod Tripoliū radicem dari epaticis in far-
re coctam prodiderit: quod apud nullum inquit, grauioris autoritatis medicum legitur. Iam &
ex his quoq; non transfluisse ex Dioscoride Plinium satis constat. Verum age Nicolae, effare
obsecro, ne nostra fluctuet oratio, sæpiusue idem repetendum sit. Aut Dioscor. non legit Pli-
nius, quod supra docuimus: & nihil est quod tanto uiro imputes, si Musæo, Hesiode, Theo-
phrasto, totq; illis autoribus plus minus, contraue scribat quam Dioscorides dixerit. Aut uidie-
li Dioscoridi credendum magis censeas, quam Plinio, tot, tantorumq; uirorum autoritate sub-
nixo: quemq; uerisimile est, in eo tñ a Dioscor. dissensisse, in quo uel ratione, uel experientia,
uel grauioris uiri autoritate pmotus, melius aliqd, aut uerius inuenisse putauerit. Non possu-
mus nunc utrius herbe, Poliū, Tripoliue, quæ tandem illa sit uidere miraculū. Neq; em aut regio,
aut tempus patit. Sed quis apertam calumniam tuam non uideat: qui ideo errasse Plinium di-
cis, quod Musæo, & Hesiode autoribus, eodem libro, duobus in locis de Polio scribat, con-

Herbarij ue-
teres.

Ficatella.

Ctra ea quæ solus Dioscorides scriperit: Si Dioscoriden negauero, qua illum ratione, quo autore defendes: Ego Musæum, Hesiódum Dioscoridi opponam: Plinum quoq; Diſcoridipoſeriorem, atq; ideo sapientiorē: qui & Dioscoriden (ut tu credis) & priscos omnes quos citat, uiderit. Tū obſecro quale tuum est hoc entymema? Non legitur inquis, apud aliquē medicū, Tripolij radicem dari hepaticis in farre coſtam: ergo errauit Plinius qui hoc ſcripsit. Quid hoc argumenti eſt, obſecro? Quia tu nō legisti, errauit Plinius. Nonne potuit a Caſtore ſuo Plinius hoc diſdicſſe; uel experimento comperifſe? Nonne ab Hippocrate, Heraſtrato, Chryſippo, Praxagora? Num Diocle, Num Herophilo? Num Dieuce, Dionyſio Metrodoro? herbariis? quos tu nunquam uidisti, nec nos habemus; quicq; uel hoc ipſo magnam habere Plinio grauiam debeamus (ut uir rariſſimus dicere Picus ſolet) quod illos nobis utcunq; reſtituit? An neſis, oportere eum qui hoc argumentandi genere uti uelit, tria pŕimum principia ponere? Legiſſe ſcilicet omnes medicorum libros. Tum uero intellexiſſe. Poſtemmo memoria ponere? Num iſbi hæc adſuerunt omnia quæſo, cum Plinum in Tripolio errare dixiſti, quia tu nunquam apud aliquem medicum legisti? At nos qui nec medicinæ artis ſcientiam fatemur, nec græcorum uanitatibus addicti, tam multa contemnimus: ſed noſtrorum quoq; & neotericorum ingenia & admiramur & colimus: nefasq; eſſe & ſtudioſo homine indignum putamus, ſi oblatum qua lemcunq; librum uel ſemel non percurrimus. Tripolium iſpum ſcimus (quando & uirentem Venetijs, & pictā uidimus, & herbariorum narratione diſdicimur) communī uſu Trifoliū marinarū dicit: & Turbitellā, Soldanamq; uocari, & ab remedij iſpiuſ de quo agimus uocant. Plurima catellam. Epar enim quodcuq; ex eo ſicatum uulgo dici coeptum eſt: ex quo ſaginotorum ſicuum iocinera gula proceres laudauerunt. Vnde & Ficatellam Tripolium quoq; nuncupant. quod epaticis (ut Plinius inquit) id eſt, ſicato laborantibus afferre pŕefidium poſteſt. Plurima enim in Hetruriæ maritimis naſcitur: & eo pŕefertim littoreo træctu, quia uadis Volaterranis ad oſtia Tyberina protendit. Huic & Iacobus Cornetanus medicus ſingulare uolumen dicuit: egregiasq; eius laudes epaticis cecinit. Quin & pŕeclarus Auiceñ enarrator Gentilis, Conſiliorum libro qua parte Hydropis remedia colligit, mirabiles (ut ipſe inquit) eſſe huius herbe effectus tradit. Et (ut iſpiuſ quoq; afferam uerba) a tota inquit ſpecie conforſtat epar, & ab eo ducit aquam, quæ duo quaſi baſis in cura ſunt hydropis. Nam tibi uidemur grauiorem aliud medicum de Tripoliū uiribus Plinio adſtipulantem (quod tu negaueras) inueniſſe: Addis & aliud plane frigidius, Galenum auorem eſſe inquis, quod omnium uicerum uitij Polium auxiliatur. Et hoc quæſo quid argumenti eſt? Galenus omnibus uiceribus auxiliari Polium dicit, Plinii omnia ferme uicerata ſingulatim enumerat, quibus Polii auxiliatur: in quo iigit arguis? Ille genus Plinius generis ſpecies diſtinxit. Miraris pŕeterea Plinum in Tripolio diſtinguiſſe illam quibusdam eandem eſſe quæ Polium: atq; ex eo conhēſis, Plinum illorum opinione ſequutum fuiffe. Vnde obſecro noua hæc argumentorū ratio: Cum Polii Tripoliū diſtinguit, nomen, figura, ſolo, poſteſtate diuersis locis aſſignauerit Plinius, quia quodſtam diſferentias, nomen, figura, ſolo, poſteſtate diuersis locis aſſignauerit Plinius, qui contradicendū arguis, qui iam diuersas eſſe firmauerat. Quæ iſta obſecro concludendi neceſſitas. Dixerunt quidam. Ergo Plinius, qui contrarium ſcripsit, credidit: Videre iam poſſimus, qua non experientiam aliquam, quibus errasse Plinum neceſſe ſit credere. Errasse (ut ſummatum diſcam) toto hoc ſuo libello Plinum clamitat: nullo alio fere arguento, quam quod a ſuo Diſcoride (ut ipſe putat) diſſentit. Ego contra, ideo Diſcoridi fidem adhibendam non eſſe conritatibus fullo, ſolum Diſcoriden diſſentire contingat: Plinij quoq; fidei atq; autoritati, aliud nihil quam rationem, experimentumue contrarium eſſe poſſe.

DE PAPAVERE HERACLIO.

Si eam diligentiam Nicolaus noſter, operamq; in uestigandis herbarum notionibus diſcerniſſe impendifſet, quam in cumulandis Plinij (ut ipſe putat) erroribus adhibuit, uilius preſto aliquid uitæ excogitafſet, nec ſe magnorum hominum calumnij inquinat. Nam dum aliorum errata perſequitur, in magnos ipſe plurimosq; errores incidit. Quod uel ex hoc Papaueris errata de quo nunc agimus, perſpicuum fieri poſteſt. Radiculam græci Struthion, hoc eſt, Paſſerulam uocant: quod cum herba, tum flos ipſe, tamē ſi inodorus ſit, egregie tamē pulcherrima pafſerulorum ſpecie uifendus. Heraclium Papaueris genus, Struthio ſimile eſſe, non tam Diſcorides quam plantarum Theophrastus ſcribit Plinius, qui (ut eſt uidere) ſi utruq; ſcripторum conferas, ut in plærifq; omnibus, ſic in Papaueris generibus deſcribendis Theophrastum ſequi- tū, plura quoq; & notiora herbarum ſigna commemorat, quoniam herbæ huius quoq; figura- ram non ignoraret. Heraclium Papauer inquit, ſi procul intuearis, ſpeciem paſſerum folijs re- preſentat. Aſthic noſter communis ſalutis (ut ipſe de ſe inquit) procurato, hoc ad Plinij era-

rem retulit: Probabilius inquiens existimari debere, herbam herbæ, q̄ auibus foliū habere per simile. Sed uideamus hominis literarū certe aliquem, rerū uero nullum usum habētis errorem. Conuenit quidem Struthion, & Heraclium Papauer: non figura modo in his quæ diximus, sed & uiribus quadam inter se proportione notādis. Nam ut Struthion lanis, sic Heraclium lini splendorem afferat. Si probabile est, herbam herbæ (quod negat nemo) cur non & probabilitate a Plinio dicitur (ut expressius herbæ signa demonstrat, & nominis ac similitudinis quasi quandam rationem reddat) Heraclij folia procul intuentibus, speciem passerum representare? Non animaduertit in caluminā præceps Nicolaus, cui semper noua sunt ominia, morem hunc Plinij, tum herbariorum omnīs esse, qui herbas ipsas compertas habuerunt, atq̄ ideo alijs cognoscendas tradiderunt, non herbas modo similes, sed & animalia, ac surdas interdum, & diversissimas prorsus res ad exemplum citasse: quo facilior, promtior q̄ uestigantis herbas diligenter fieret. Sic & in sylvestris quoq̄ Papaueris genere Cornicularium unum dici Theophratus scribit, q̄ fructus inflexi ut cornicula figurantur. Sic cum Psyllium describunt, flores canis capitibus similes pingunt: cum Lchion, uipereis; cum Antirrhini fructū, uitulinis naribus; cum Myosotin, murinis auribus; cum Alectorolophon, gallinaceis crīstis; cum Chenopū, anserinis pedibus; cum Lagopum, leporinīs: cum Hippurin, equinæ caudæ: cum Alopecuron, vulpinæ: cum Scoriuron, a Nepa: cum Polypodium, a radice polyporum cirris simillima Centunculum, capitīs penularum: Cum Lonchitidis capitula, personæ comicæ linguam exercent? Quid cum Cynosbati folia, uestigio hominis similia esse dicunt? Cum Omphalocarpi, Orchis herba, uirilium testiū faciem radice præbet, Cynosorchis uero caninorum? Nun herba est uulgo nota ad primū ueris initium, in aruis ac segetibus nascens, acedarijs expedita, Fabarolam uulgus nuncupat, medici Sacerdotis testiculum, cuius radicem pendentē cum testibus coleb dixeris? Nun Theophrastus plantarum octauo semina quedam ad mentule speciem effigiat, Pliniiq; Heraclium Papauer speciem passerulorum procul intuentibus representare, Pliniumq; illud appositissime dixisse. Multum semper artibus licuit, in inueniendis, explicandis, prodendis rerum uiribus ac differentijs. Quid noster hic mussitat Nicolaus? qui quoniā nec Struthion, nec Heraclium nouit, nec similitudines rerum, caussasq; considerat, ideo errasse Plinii prædicat, q̄ passerulis folia Heraclij similia dixerit: nec rationem ullam, experimentumue affert, quo conuinci Plinii erroris possit.

A

Herbas etiam ab animaliſtis similitudine depictas.

B

D E E M P E T R O.

Empetrum a nostris Calcifragum uocari refert Plinius, calculosq; frangere: ac non ideo caleulos non frangit, quia nullus ex his, quos Nicolaus legit, hoc scripsérat. Hanc ei herbæ uim dicit magnus autor, atque abunde laudatus: cuius ueram esse sententiam, & experimento comprobatum est, & hominum opinione recæptum. Est enim Empetrum (quod noster Leonicenus ignorauit) ea herba, quæ acedarijs gratissima nunc habetur: & quam Venetia alij Baticulam, Pidentes ab herbæ ipsius facilitate Rumpisaxum uocant, folijs ad Rutam ferme accedentibus, uerum crassioribus, acutioribusq; flore, semineq; quæ cum Anisi, tum Fœniculi omnis, una addita, immutatae litera, Sampetram herbam uocitat. Basiciam multi dicunt: Cœnobitorum hortis non facilis cultura seruatur. Certis quoque saxis: quod toto illo tractu uidere licet, qui inter phanum Fortunæ, Garganumque tenditur promontorium: & in Istrorum cautibus, Liburnorumque scopulis, unde plurima in Venetos defertur: & satiuia quoque in Cœnobitorum hortis non facilis cultura seruatur. Nec Plinii latuit: quippe qui illud libro uigesimo secundo inter Adianti genera posuit, ramulis nigro colore uirentibus, folijs filicis, mire calculos pellens, frangensque: unde et nomen: non quod umbrosis petris (ut Greco forre purauerunt) parietumque asperginibus nasci illam uideamus. Non ergo nominum similitudine decæptus est Plinius, qui utrumque Empetri genus, diuerso nomine Calcifragum, & Saxifragum prodidit, sed Nicolaus noster, qui nec Plinij uerba pensauit, nec herbas ipsas (ut accusatorem decebat) agnouit.

Empetrum.
Sampetra.
Basicia.
Baticula.
Rumpisaxū.

D E B E T O N I C A.

Parte quoq; impudentia fertur, cum errasse Plinii uerisimile sibi esse dicit in describenda.

T

C Betonica, qd folio non quercus ut Dioscorides) sed Lapathi simile Betonica pinxit: quodq; ea pictura Britannicae herbæ ex Dioscoridis sententia, magis conuenire videretur. Sed mirum prorsus, ut indiligens accusator apparuit, homo alioquin haud indoctus, qui Plini uerba, nec penset, nec referat. Betonica, inquit Plinius, Serrata a nostris uocatur, a radice spargens folia fere Lapathi serrata. Quis Lapathū ipsum, Betonicamq; agnoscens (nemo enim unus est, qui ambas non norit) non graphice descriptam a Plinio Betonica dicat, cum Serrata similitudine a folia fere Lapathi, & serrata habere illam uideat, meliusq; aliquanto q; quercus prorsus dissimilis) sed Dioscoride designata? Cum folio quercus, nō ipsa Betonica (a quercu prorsus dixit Plinius, Trixago magis, & Hierobotane describatur. Non ergo Lapathi folia simpliciter dixit Plinius, sed serrata adiecit, quod subtilius, aut dissimilauit Nicolaus. Cum in Britannicæ descriptione notissimæ herbæ folia nigra, oblonga, eodem libro dixisse satis esse putauerit: nec serrata ad iecit: quoniam incisuris illis, quibus Betonica distincta non sint. Quid autem aut frigidius, aut integrandis herbis non usurpauerit, sed signa alia, & quæ aptæ a uidebantur, adhibuit?

D E P A R T H E N I O.

In explicandis Plini de Parthenio (ut ipse putat) erroribus, in magnos Leonicenus errores incidit, ut ex herbarum ipsarum descriptionibus, differentiæq; cognoscere licet: quas intellexisse, distinxisseq; Plinium, Leonicenum uero confundisse, per illarum ignorantem intelligimus. De his igitur sic agemus. Tres herbas Parthenij nomine nuncupatas. 21. & 22. uolumine scribit Plinius (nam de quarta quæ Mercurialis est, sermo nunc nobis non est) hisq; omnibus, suas quibus pollerent uires adscripsit. Ex eorum (ut est uidere) sententia, quos tam multis e- numerat, prima quæ Parthenium, Leucanthis, Thamnacusc a Græcis, a nostris, & Celo Pelecynum, Muraliumq; vocetur, in hortorum sepibus nascens, flore albo, odore malo, sapore amaro. Alteram quæ Helxine, & Siderites, & Perdicium, ab aue cognominatur, feminae mixtae similitudinis Plantagini & Marrubio: cauliculos densos, leuiter rubentes, folia habens in capitibus lapaceis, adhaerentia uestibus, unde Helxinem dictam uolunt. Tertiæ quæ ita in capitulo lapaceis, adhaerentia uestibus, folio similis Ocydem & Perdicium, & Astericum, a nostris uero herba Vrceolaris dicitur, folio similis Cognacio, nigrior tamen, in tegulis, parietiniscq; nascens. Has Parthenij differentias si Leonicenus cognovisset, simulq; & diligentius Celsum, & dilucide ista scribentem Plinium, & suum illum Dioscoridem inspexisset, non temere adeo obstrepuisse. Quod ut plene intelligere possint studiosi, ergo eas quæ sint aperiam, disceptandoq; proponam, his locum faciens, qui ueriora contulerint,

D Prima quidem & a floris candore Leucanthis, & a fruticū, cespitisq; denitare Thamnacusc nomen accepit. Eadem a Celsio (in his forte libris, quos de agricultura scripsisse illum constat) siue ab odoris suavitate, siue quod unguentis flos aprißime conueniret, Muralium dicta est, quasi Myralium, y, psylon in, u, nostru uestro, quod ueteres (ut in Murrha, Murena, & Mur) frequentissime usurparunt, & familiare esse latini scribit Cicero. Pelecynum idem ex eo cognominasse uidetur, quod frutex ipse odoris suauitate, ad se pelliciat. Siue, quod, ut Pelecynus quoq; herba, quæ in segetibus nascitur, adminiculo indigena hortorum, sepibus subrepatur: quod nostro quoq; æuo fieri, hominum uideamus industria. Hanc nos uulgo Gensemium uocamus, flore albo, odore malo, sapore amaro. Hęc est illa Parthenium, quam rectius fortasse Amaracum dixerat quidam, quæ sub ipsa quiescentē Ascanium, floribus, & dulci aspirans complectit umbra. Vnde laudatum illud in Co insula quondam confectum unguentum, quod Ammaracinum, Sampuchinumq; dicebatur. Vnde forte in Gensemini uocabulum uulgas detinuit, ut non aliud fruticis vel herbæ genus intellexisse illos apud Dioscoridem putem, qui Parthenium Amaracum dixerunt. Alioqui si ea Dioscoridi Parthenium est, quam Cautam uocare Tuscos tradit, quo pacto tam breuis herbæ umbra complexum puerum, dulciq; scripsisset. Insignis uates? Cum Cautam ipsam nec umbra ob breuitatem idoneam, nec odoris unguentiu oblectamento ob florum graueolentiam esse plane omnes intelligent. Melius uero, eodem Dioscoride autore, & Chamænilum, & Anthemida quosdam uocasse illam, que Cauta dicitur, fortasse quis putet: cum inter Chamænili species, quas esse tres prodidit, collocetur.

Duas etenim, quæ nunc etiā Cautæ, uulgo Cotæ dicuntur herbas nouimus, una quæ Santa cognominetur, & a quibusdam Millefoliū, non recte dicatur, nos Leucanthemon Pliniu dicitur 21. uolumine credimus, Abrotano odore similem, & flore albo, foliosam, suspiciose utilem. Alteram Chamænilo similiorem, quæ ab odoris foeditate putidæ cognomentum ferat. Poruit & Dioscoridis Parthenium Millefolium hoc esse, si non illi Coriandri folia adscripisset. At secunda Parthenium hisdem quibus a Plinio pingitur signis, plurima inspicitur in aruis, stipulisq; nascens, folijs fere Mercurialis: cuius semen asperum, nigrumq; periles apparet. Eam quando semina inambulantib; uestibus haereant, ut græcorum quidam Helxinem dictam uo-

Serrata.

Parthenij
species.

Pelecynum.

A

uerunt, Romani herbam Lapariam. Sic uulcus quoq; per hæc tempora Grapellam nuncupat, quia a rapiendo Rapellam dicas. Tertia uero est ea, quam ex eo quod folia caudiculis stellæ instar circumherentia habeat, Astericum dicitur: & quod ipsa rapaci quadam lanugine hærere posse possit, a Dioscoride dicta Helxine uideatur. Quod uero tergendi urceolis, utreisq; usus experimento sit efficax, a Plinio Vrceolaris, a nobis uulgo quoq; Vitriolum dicitur. Quod uero muris, parietibusq; nascatur, a Celso Muralis, 2. de medicina libro, a nostri temporis Medicis recte Parietaria dicitur. Mineruæ sacra, atq; ideo Parthenium dicta, quod eam dea somno monstrauerit.

Vides, ut in nullo deceptus Plinius, si qui illum legant, intelligent, ab errore vindicetur. Vides iam Conuoluoli huius nostri manifestam columnam: ut se se suo cum Dioscoride uel in Pampino contorqueat. Qui suam Parthenium & Chamæmelum uocet, et Solsequium & Melfolium uocari a Romanis affirmet: quibus quidem appellationibus absurdius nihil dici potest, apud eos etiam qui uel mediocriter herbariam attigerunt: qui & propria illa esse diuerfissimorum prorsus a Parthenio herbarum nomina non ignorant. Et Leonicus in primo quidem Parthenij genere, pro Pelecinus, quod ueteres & impressi habent codices, Perdicium scribit. In tertio pro Murali, Muralium ponit. Et quod de Murali in 2. de medicina libro Celsus scribit, hic de Muralio in ., scribere illum impudenter affirmat. Tum pro Leucanthe candidi floris herba, unde & nomen, Cotam nescio quam, Cautam, ut arbitror, Dioscoridis uertens, autumat: non albo flore, sed luteo, candidis foliisculis coronato: non odore malo, sed Abrotani, ut Plinius, uel insuauia ac tristi: si eam quæ Putida cognominatur intelligit: ut iam quod Plinio primus obsecrat, in Nicolaum ipsum, uehementiusq; aliquanto retorqueri possit: qui non hominum modo, & rerum similitudine, sed græcæ quoq; eruditio[n]is opinione deceptus, plurima intemperanter effudit.

DECYCLAMINO.

B

Cyclamini herbæ, quam nunc porcinum Panem uulcus, medicisq; uocant, tria genera Aristolochiae uero quartæ or aptissime scribit, pingitq; Plinius: at hic noster accusator, Cyclamini radice dicit ideo existimasse Plinium, uideri Aristolochiae Rotundæ radicem esse, quoniam radii Aristolochiae uim necandi pisces adscripsit. Huius rei argumentum hoc afferr, quod ipse (quit) a uiris grauissimis accæpi, idem nostro æuo fieri, non Aristolochiae radice, sed Cyclamini. Nonne præclaro usus uidetur aduersus Plinium Leonicus, uel testimonio, uel syllogismo: Quia audiui inquit Nicolaus Leonicus, Cyclamini radice pisces necari, fallitur Plinius etiam cum uidisse se dicat, qui Aristolochiae radice pisces necari tradidit. Quid inexcusabilem calamiam: quia Cyclamini radix hoc facit, Aristolochiae non facit. Quia de Cyclamini radice Dialectici argumenta: quoniam Tubere terræ (id est, primæ Cyclamini radice) fit ut pisces necentur, Malo terræ, hoc est, Aristolochiae rotundæ radice fieri non potest. Fallitur Plinius, qui id uidisse se scribit: non fallitur Nicolaus, qui audiisse se dicit: At Plinius inquit, radicem Cyclamini id etiam efficere scribit. Verum id quidem Leonice: sed tertiae Cyclamini, cognomine Chamæcissi, cuius non rotunda, sed sparsa sit radix: ut tandem agnoscas sine mente te debere, quod de Rapo terræ audisse te persuadere conaris. An cæcum, uel mendace fuisse Pliniū putas Nicolaus, cum Campanos pescatores Malo terræ calcem miscere, piscesq; necare uidisse se scribit? Num impossibile quiddam, aut supra fidem dixisse tibi uisus est Plinius? Sed & Tithymalum cori Dialectici argumenta: quoniam putamina contusa idem efficere posse. Quoniam ergo & Cyclamino, & Corymbite, & Lactuca caprina, & Verbasco, & Cucumere asinino, & Iuglandium corticibus pisces necantur, errat Plinius, qui Aristolochiae radice necari dixit. Num tibi carneada ista uidentur, Aristotelicæ demonstrationes, quibus inexpugnabile uerum necessario sequatur? Tum concludens pergis, atq; in hunc modum dicis. Aut igitur fatendum est, duas esse radices, quæ eosdem præstent effetus, aut illud dicendum erit, Cyclaminum rotundæ radicis, quartum esse Aristolochiae genus. Unde ista obsecro fatendi, dicendiq; necessitas Nicolae: Primum quidem non duas modo herbas, quæ pisces necent, sed sex adduximus: multasq; alias idem efficere posse, non dubitamus. Num grande, aut mirandum quiddam putes, si duæ pluresue herbæ idem possint? Deinde quia Cyclaminus pisces necat, Aristolochiae genus erit quartum? At quintum dixisses. Aristolochiae em genera quatuor plinius enumerat: Pari ergo ratione Corymbites, Tithymalus, & Lactuca caprina, & Verbasco, & Cucumer asininus, & Iuglandium cortices, quia pisces necant, inter-

Tuber terræ.
Malum terræ.

Pisces necante
herbæ sex.

C Aristolochiae genera reponentur : quasi unum effectum , non nisi unius herbae genus praestare possit . Quod nec aniculae quidem dicerent , aut empiricorum quisquam . At de Aristolochia quod pisces necet , a nullo inquis autore scriptum reperitur . Legisti ne omnes autores Leonice : Nonne ego te in Tripolio monui , oportere cum , qui ita arguit , legisse , intellectisse , & memoria tenuisse omnes , qui unum scripsere autores , quo argumenti huius formula & ratio constat re possit ? Sed nonne omnibus autoribus rei ipsius evidenter potior ? Hanc radicem etiamnum Campani Melum terragnum , hoc est , Malum terre uulgo dicunt , et in piscatu passim adhibent . Quod uir illustris , acerrimiq; iudicij Sigismundus Estenlis frater tuus dux inclite (cū haec prodideremus) nobis retulit . At quae nam ista peruvacia ? quae frontis duricies ? qttæ impudentia est ? a nullo autore scriptum inquis , cum Plinius scribat . Et quia nullum id scribente reperiisti , quam paucos legisti , ideo Plinio , qui se uidisse affirmat , credendum non est : qui tibi te audiuisse dici credi putas . Cui ego in his quidem , quamvis iurato , metuam concedere testis ? O infelicem Plinium , O cassa literarum studia , O uanos integerrimi uiri labores , lucubrationes ; miseris , En post annos mille & quadringentos , sophistes unus , in hoc tandem uæsanæ genus prorupit , ut non errasse modo , rerum , uel nominum similitudine deceptus (quod & hominis erat) sed & mentitum quoq; Pliniu insinuerit , quia id uidisse se affirmat , quod Nicolaus Leonicenus a nullo scriptum reperit . Non ergo de Plini doctrina , sed fide nunc agitur . Praeclare me hercle cum studijs actum , piget , pudetq; aduersus hunc hominem uerbis agere , qui iam non uerbis (ut Aristoteles inquit) sed poena indiget . Iam uel hoc solo hominem intelligere possumus , qui etiam gracilans addidit (ut obiter & sua quoq; pensamus) Cyclamini radicem , Rapum terræ uocari . Ex Dioscoridis magis sententia , quam Plini autoritate latini hominis , & tuber terræ uocantis , quasi & hortense rapum , non terræ olus sit , sed aquæ , sola uero Cyclaminus rapu terræ uocari debeat . Tum non Cyclaminum (ut Celsus , Pliniusq; latini homines , & a Græcis ducta ratio postulat) sed Cyclamen , præclarus literator enunciat . Sed minutias istas persequi , opere precium fortasse non est , nunc ad reliqua pergemus , deq; Intybo & Heliotropio differantur .

¶ De HELIOTROPIO .

In Heliotropij descriptione non errasse Pliniu , intelligat quicunq; perpenso iudicio & quous rerum existimator aduertat animo , Plinium ipsum Intybaci generis , Heliotropijq; notissimum herbarum species , figuraq; primum descripsisse , tum etiam uim facultatemq; illarum adiecisse . Nec uerisimile esse , eruditissimum hominem in his quæ graphicè adeo adnotasset , uno uerbo lapsus , clarissimarum herbarum noticiam confusisse . Quapropter codicis (ut opinor) uitio potius , quam tanti uiri autoritatí unius uerbi adscribemus erratum . Diligentius igit oratione considerentur , differentiasq; notemus .

Intybus duplex .
Seridis species .

Endiuia .
Ambubeia .

Intybus nec ex lactucino genere , nam ex alio dici potest . Nam omnia huius genera ita Lactucae cognata esse uidentur , ut unum ex alio nasci uideat , posteriore semper per ratam aliquam etationem decrecente , Lactucamq; in aliquo referente . Et Intybus olus quidem est partim hortense , partim (ut Theophrastus inquit) aruense . Hortense dico , quod satiuu est , aruense , quod spontaneum , sylvestre dicitur . Satiuum Intybi genus Seris dicitur , sylvestre uero , Erraticum . Seridis autem , id est , satiuu Intybi duæ sunt species , quarum una ut ipsum genus satiuu dicitur , sylvestris uero altera , tametsi utraq; hortensis sit . Satiua Seris , id est , satiuu hortensis Intybus . Lactucae simillima est , candidior , latiore folio quam sylvestris , caule crassior , cui florum caulinii per interna odia ferme hærent (ut in Pulegio solet) ab his internodijs ramusculli prodeunt . In quibus etiam flores cerulei nascuntur , qui & celerrime marcescunt . Hæc cibis grata est , sapor re fere Lactuceo , atq; inter hyberna olera deputatur . Sylvestris uero Seris , id est , sylvestris hortensis Intybus medicatio , aestiuumq; olus est , angustiori , longiorique constat folio quam Lactucae uel satiuu Seris , colore nigrior . Huic etiam caulis unus , & qui in sublime feratur , ramosq; late spargat , arque ex ipsis ramis caulinios . Acedarijs non ingratos . Et ex ipsis ramis caulinis , sature , non absimilis , sapor ad amaritudinem uergens , in quo quidem apertissime differunt . Cum & maris Intyba fibris Virgilius quoq; prodiderit . Hæc est laudata illa herba , cuius in medicina nostro æuo frequens est usus , quamq; uulgaris nunc , medicisq; omnes Endiuiam uocant , quasi paululum deflectens Intybiam dixeris . Erratici quoq; , hoc est , arvensis sylvestrisq; Intybi due sunt species . Vna quam Ambubeiam Celsus , & quidam dixerunt . Vnde eo dictam , quod ad folium ambire uidetur , quasi Ambubeliam dixeris (tametsi prae in Plinianis codicibus Ambubelia legatur (Aegyptij Cichorium , & torpenti grata palato , Cichorea a Columella dicta , Sylvestri Seridi similius , amaraq; est . Et ipsa notior quam ut describi oporteat . Hanc quoniam magis in medicina usus sit ex græcis alijs ab eximia utilitate Chreston , quida Pancration , quasi omnipotentem cognominarunt . Vulgaris quoq; pro locorum uarietate Cichoreæ , Radiculæ .

Potinum gruminum, Sponsam solis vocitant. Et quoniam ipsa ceruleum florem noctu claudat, solemp sequatur, a pleris & medicis etiam Heliotropium non modo dicta, sed credita. Altera erratici arvensis sylvestrisq; Intybi species Seridi similior, crispae Lactucae unde & Pientibus nomen)amara quidem, nisi senescens, non est, caudice, folijsq; interdum rubentibus, crispis: flore in pappum desinente: cuius folia, radicesq; coetæ, crucæq; eduntur, eoenis gratæ.

Quatuor haec Intybi genera Dioscoride, Plinio, Syluatico, atq; herbarijs tradita, quantum potuimus expressimus. Illud addendum uidetur, ne quid forte ex nominis varietate dubitatio subrepat, Intybum apud multos Intubum scribit: eadem tamen herbam significari. Sed grecis illud, y, psylon, nos in. u. nostrum uertere interdum consuevimus: ut cum de Parthenio a- geremus, a nobis dictu est. Vtrumq; igitur tam Intubus, quā Intybus rectissime dicitur?

Ast quæ græco nomine Heliotropium, latino Solaris, Verrucariaq; a quibusdam dicta est, vulgo Girafolis, ab radice statim ramosa assurgit, atq; ab radice florere incipit. Huius quoque duo sunt genera. Heliotropiū, Tricoccumq;. Heliotropio latiora quā Ocimo folia, ad Malum fere uergentia. Flos maluaceus, pedulus. Cognitione etenim quadam ista similia sunt, si- militerq; mouentur, Heliotropium, & Malua (quod Theophrastus ait) atq; elegantissimus hor- tensium uates. Et Malache prono sequitur quæ uertice solem. Plinius quoq; cum tres colores purpureum referentes scribat, Vnus inquit in Heliotropio est, & in aliquo ex his plerunq; satu rior. Alius in Malua, ad purpureum inclinans. Alius in Viola conchyliorum uegetissima. Tri cocco uero folia Ocimi, flos candidus subrubens, incuruus, Scorpiorusque ideo dictus: quod semen, florem uer ferat scorpionis caudæ persimile. Ambobus æterna foli. perpetuo enim So laris uiret, ut Theophrastus inquit. Altoquin haud satis rusticis natura consuluisset, si non toto anno illum solis rotatum, horarumq; circuitum nubilo etiam die spectare possent. In quo ergo obsecro Intybaceum genus Heliotropiumq; conueniunt, ut falli potuerit Plinius, qui ista de scripsit, uiresq; suas singulis assignauit: Intybis folia decidua, Heliotropio æterna: Flos illis ce ruleus, huic rubens: Folia illis ad Lactucam pro portione respondentia, huic Ocimo similiors: Facultates uiresq; diuersæ, has quoq; Plinius ut notissimas scripsit. In quo ergo errauit: in eo, Nicolaus inquit, quod Plini. 20. uolumine ita scriptum inuenitur. Heliotropium noctu contra hit ceruleum florem: Heliotropio uero non ceruleus, sed rubens flos est, ut diximus. Quid si ibi non ceruleum, sed purpureum, uel puniceum, uel subrubentem scriptum esset: tum quadra rentomnia, tum nihil haberet Nicolaus quod obsecreret. At quæ nam ista inhumanitas, quæ im prudentia est, Plinium nostrum inscitiae potius accusare, quam librarios erroris damnare: Si ea que maiora potioraq; uidentur, hoc est, figuræ, colores, potestatesq; diuersas notissimarum her barum tradidit Plinius, cur uno uerbo eum lapsum Leonicene putas, qui tot uerba congregavit, ut duas, & eas diuersas herbas esse monstraret? Non sunt ista Nicolæ, non sunt hominis ista, non philosophi, quo plures grauissimi uiri errores (ut ipse inquis) cumularentur: ea quoq; dis punxisse, in quibus errasse Plinium dicere, tam sit nefas, quam absurdum, familiarissimas etiam rusticis herbas illum ignorasse.

Vide obsecro Nicolæ, qui te philosophum nuncupas, quantum inter sophistam, & graue bonumq; uirum intersit. Atq; ipsum audi Augustinum, Augustinum inquam non grammaticæ subtilitatis, nec græce uaniloquentiæ, sed uerè philosophiæ professorem, de se ita loquentem. Ego inquit his scriptorum libris qui iam canonici appellantur, hunc timorem dидici honorem. & preferre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere: Aut si aliquid in eis offendero, quod ueritati contrarium uideatur, nihil aliud existimet, quam mendosum esse codicem: uel non esse assequutum interpretem quod dictum est: uel me minime intellexisse non ambigam. Hæc bonitas, hæc ueritas, hæc philosophiæ hominis moderatio. Hos animos, hanc mentem induere studiosos oportet, cum magnorum uirorum libros beneq; de litteris meritorum legunt: Tollendum ergo abradendumq; ceruleum illud quod subditicium esse nemo non intelligit) & puniceum, uel purpureum, uel subrubens inferendum est: qualem paulo infra Plinius flore supracq; designauerat. Et quoniam his quas supra diximus rationibus monstratum satis est, erare Plinium in re quam ipse manifestam fecisset non potuisse, mendosi codicis uitium unius uerbi abolitione castigandum est. Quod si ideo errasse Plinium Leonicenus putat, quod Am bubeia quoq; sole ceruleo flore sequatur. At hoc & Tithymali quartum genus, & sylvestre

A

Intybus.
Intubus.
Heliotropiū,

Heliostro-
phium.

Tricoccum.

B

Augustini
modestia,

C. cibis placere possit; si ipse nec rationem ullam, nec experimentum quod obster afferre potest.

De PENTAPHYLLO.

Egregie defensum a nobis in Heliotropio Plinium, negabit nemo, quod unius inter turbantibus uerbi uitium, non Plinio, sed codici, ut per erat, tribuimus. Nam & eodem argumen- to in Quinquefolio, ut ipse inquit, excusare Pliniū, paratus fuerat, Nicolaus, nisi delicatus ni- mī exactor, quod omnia ad numerū opinioni, quam de Pentaphyllo conceperat, non respon- derent, satis factum sibi non putauit. Sed tam in Plinio excusando nunc primus ipse, q̄ in accu- sando (ut semper) errare uisus est. Quod in hoc de quo agimus Quinquefolio perspicuum faci- am. In hoc maxime errasse Pliniū Leonicenus credidit, quod Quinquefoliū herbam, etiam fra- ga ferre dixerit, nam quæ fraga fert herba, inquit, non quinis, sed trinis constat folijs. Verum tri- plici in errore uersari Leonicenum, ante omnia scire oportet. Primum quidem, quod Quinque- folium illam esse arbitratur, quæ & in hortis, & agrorum limitibus, tum semitis, usque passim conspicitur, quæ quidem uulgo, & Quinquefoliū, & Pes Coruinus dicitur. Hanc enim Quin- quefolium esse, de qua ueteres medici loquerentur, affirmat illum plerisque constat: cum de nostra hac defensione, deque sua accusatione sermo forte incidisset. A uulsumq; terra ramulcu- lum (nam & in horto res agebatur) ostendisse, dixisseq; illam Quinquefoliū esse, in qua Pliniū tam euidenter errauerit. Deinde, quod per imperitiā herbā fraga ferre posse nullā creditur, nūl- eam, quæ trina folia habet, q̄c melius Trifoliū dici adseuerat, & quam docti, uulguq; Fragari- am herbam noscunt, pariter & appellant. Tertio, quod Folij quid sit, quoue modo accipi opor- teat, in saluberrimæ herbe descriptione parū intellexisse uisus est. Adde si placet & quartū (quan- do & ipse minutissima quæq; in Plinio carpar) quod fructus, hos, siue Quinquefoliū, siue Trifo- liū, non fraga (ut semper Vergilius, & in suo Palemoni noster Maro (sed inscite fraga Leonice- nus appellat. Nos cum Theophrasti, mox Dioscoridis, postremo Pliniū, de Quinquefolio dicta excusserimus, & uerum esse autorem Plinium, & calumniatorē esse Leonicenum ostendemus.

Quinquefoliū.

D. Quinquefoliū, siue Quinquepennæ radix (lib. 9. Theoph. inquit) cum effoditur, rubra est inarescens uero nigrescit, atq; quadrat. Habet foliū Vitis, sed pusillū, & colore simile uitigineo est, & auger, & definit cum Vite: folia oīa quinq;, unde & nomen. At quarto Dioscor. cū multa Pentaphylli noīa enumeret, inter quæ & Pentadactylon, & Pseudoselinon, & Quinquefoliū sunt. Ramos inquit fert tenues, unius palmi, in quibus fructus: folia habet Menthæ similia, quolibet in surculo quinq;, raro uero plura, in circulū sinuatim diuisa, Florem habet cum pallore subal- bidum (ita enim ochroleucon interpretari posse video) radicem subruffam, oblongam, Helle- boro nigro crassiorem, quæ plurimum in usu est.

Plinius uero quinto & uigesimo. Quinquefolium inquit, nulli ignotum. Cum etiam fraga gignendo, commendetur. Græci uocant Pentapeton, siue Chamæselinon, siue Pentaphyllo. Cum effodit, rubrā habet radicem. Hæc inarescens nigrescit, & angulosa fit. Nomen a numero foliorum habet. Et ipsa herba incipit & definit cum Vite. De Pentaphyllo igitur, hoc est, Quinquefolio hæc habentur. Nullus etiam, quod sciām, his autoribus uetustior, illam pingit. Nam Galenus eius tantum uires, non figuram aperit.

Primū illud ex his satis constat, uulgarem illam Leoniceni Quinquefolium, nō esse Quinquefolium, nec crassa, nec uiuit. Hæc si quis neget, herbae ipsius conspectione conuincitur. Sed & illud quoq; liquido con- stare arbitror, cum Pliniū autoritate, tum Dioscoridis pictura, Pentaphyllo hanc nostram, fru- ctum quoq; ferre: cum etiam fraga gignendo, commendari illam scribat Plinius: tum ramos uni- us palmi tenues, in quibus fructus sint, habere illam Dioscorides referat. Folium uero non est, quale Leonicenus arbitratus est, ex omnium descriptionibus intueri licet. Nam Theophrastus folium habere illam Viti simile prodidit, & folia omnia quinq;: Dioscorides uero folia illam si- nuatim falcatimue diuisa, quolibet in surculo quinq;. Tum in nominibus Pendaclylon illam si- uocat, quo nomine & Cici quoq;, siue sylvestre Sefamum cognominatur, cuius folium palam est Viti simillimum esse: tum Pseudoselinon, quod falsum Apium dici, potest.

Plinius uero Chamæselinon, quasi humile Apium, eadem uerque ratione cognominant, quod & Apium Viti simile quiddam habere uideatur, & folia ad hunc quoq; modum finia- ta, a quorū deinceps numero Quinquefoliū, & Quinquepennæ dicta est. Quæ cū ita sint, ideo Quin- quefoliū dicta est, q̄ huiusmodi integra folia, quinq; ab radice emittit: nec foliisculis quinq; (ut quā Pedē coruinū uocari supra diximus) aut uulgaris Leonic. Pentaphyllo distinetā, in sequente ferme modū effigiata est. Hæc & Pentaphyllo illa est, quæ Diosc. autore fructus edit, quæ fraga ab Plin. ap- pellant, cuius eximiæ a Diosc. uires Plinioc; tradunt, quæ in Theriacæ compositionibus addit;

C ad seclæ differentem. Est & in Italia (16. uolumine inquit) nascens Adarca nomine palustris: ex cortice tantū sub ipsa coma utilissima dentibus. qm̄ uis eadē est quae Sinapi. Tum, 20. uolumine de eadē Harundine uerba faciens, Sinapis inquit naturā, eosdemq; effectus habere tradit Adarca inter sylvas tacta, cortice pleniore sub ipsa coma nascens. At, 16. primi & trigesimi uoluminis capite, Inter aquatilia inquit dici debet: & Calamochnus latine Adarca appellata: nascitur circa Harundines tenuis spuma aquæ dulcis & marinæ, ubi semē miscent: uim habet causticæ: ideo a copis additæ contra perfrictionem uitia. Tollit & mulierū lentigines in facie. An Diosco. Adarcam capite, Ignorasse Plinius tibi uidetur: quam ideo latine Adarcam dictam non in eruditæ fortasse quis putet, quod ei harundinum generi facillime hæreat, quod Adarca appellatur. Inciūle quiddā agit Nicolae (uel Iulio Celso autore) q; nec tota quidē perspecta lege audeas iudicare. Qui decimum sextum Plini librum legeras, primū & trigesimū quoq; et totum legere debuisti. geminam enim Adaream esse uel sine Dioscoride didicilles: Vnam scilicet quæ Harundo sit, quæ ex pleniori spumaq; sit: & (quod nec Dioscorides quidem docuit) Calamochnus græcè dicatur. Adarcam quoq; latinum nomen esse: necq; ideo non latinum nomen sit, quod a græco hominem Dioscoride scriptum sit: cum Italicas appellationes græcum hominem scribere, et necessarium quandoq; sit, & nouum non sit. De summi ergo uiri Plini in Adarca iudicio non ante iudicium ferre debuit, quam de teipso, dec̄ tua in legendō Plinio diligentia cogitare.

De R V B R I C A L E M N I A.

De natuuis colorib; agens Plinius, Natiuam esse Sinopiden quæ Rubrica esset edocuit, optimamq; eam esse in Lemno insula. Tum tres Sinopidis species expressit: rubram, minus rubentem, mediam: ijs & pictorum pariter & medicum addens usum. Tum palmam lemnia dat ei quæ signata uenundatur. Sphragisq; ex eo cognominatur, atq; in medicina præclarâ habetur. Hæc Plinius sua illa inimitabili breuitate percurrens, ac ueluti rerum dicendarum multitudine pressus, reliquorum colorum genera rationesq; persequitur. Posterior Plinio Galenus medicus hoc agens (ut qui tantis occupatus non esset) longam exorsus fabulam, ut Lemnum insulam terræ Sphragidos gratia uenisse se diceret, Itinerarium conscribit, & Cœlesyriam, Palestinam, Cyprumq; quondam lustratas, tum Thraciam, Thessalonicamq; enarrat, & Myrinam Lemni ciuitatē ad occasum sitam, incassum uenisse se. Sed properante nauclero tum quidem Lemni soluisse, Italiamq; petisse, Roma uero redeuntem peragrasse Macedoniam se, Philippoq; com memorat, & Thasum insulam primum, mox Lemnum appulisse: inde in Epheftiam urbanad Orientalem insulæ plagam positam uenisse, atq; inibi omnem terræ Lemniæ rationem didicisse. Hæc est Galeni tandem de Lemniæ terra elegans historia. Hic Nicolaus noster frigidissima quædam suo more comminiscitur: quasi ideo errauerit Plinius, quia Galenum, qui tum forte nec materno quidem utero prodierat, non imitatus est: neque aliud ex Nicolai tandem fabulatus hoc in loco colligitur. Sed in quo errauit Plinius obsecro: An, quia non ut Galenus fabulatus est: Ast hunc Romanæ grauitatis hominem esse diximus, milibus rerum occupatum, nec potuisse tum quidem cum Galeno nauigare. Immo uero quinto & uigesimo uolumine tractata sunt terræ generibus scripturus esset, Singula inquit, a græcis plurimis uoluminibus tractata sunt. Nos in his breuitatem sequemur utilem, nihil necessarium, aut naturale omittentes. An ideo errauit, quia non terram lemniam, sed Sinopida, uel Rubricam appellavit? At ea terra rubra est, & illam Vitruvius, 7. Rubricam nominavit. Tum Sinopiden ipsam, coloresq; nativo eius terra, & e terra nasci, & terræ esse genera, Plinius multo ante predixerat. An quia laudare eius terræ, pastillorumque confiendorum rationem cum de ipsa ageret non (ut Galenus) edocuit? Sed, 10. uolumine breuius multo Galeno, aptiusq; descripsit. An quia Galeno terram lemniam appellare illam uisum est, non Rubricam, Plinius uero solo Rubricæ nomine, uel Sinopidis fus est: Sed sicut de Galeni longe posterioris appellationibus Plinius diuinare nō potuit, ita Galeni quoq; autoritate defenditur. Qui, 11. simplicium, de nominibus inquit, ut semper diximus, Sinopidis species dixit Plinius: Nun palmarum Lemniæ dat quæ signata uenundatur: Non eius medicinas apertissime docuit: atque hæc omnia multo ante Galenum: Nun sine Galeno intellige mortales uel ex hoc ipso Plinio potuissent, esse medicatum in Lemno coloris uel terræ, vel uero genus aliquod, quo & pictores uti possent, & quod remedij efficaciter adhiberetur. Quid Plinio uel admirabilius, uel salubriss, Galenus, Dioscoridesq; de terra Lemnia reuulerunt? Quinā tandem error Plini: Quænam ista insolens Nicolaus accusatio, eruditorum omnium uocibus scriptisq; serienda? Plura in hoc dicturus non sum. Plinium lege, enarrationemq; Galeni, & callumniantem in his Leonicenum inuenies, Dioscoridemq; mendacem: nec Galenus quoq; eius ante laudator, falsa dicenti pepercit.

Calamo-
chonus.

Adarca unde
dicta.

Adarca du-
plex.

Galenum ta-
xat.

D

A

Brevium enim se a peritis in Ephesia inquit, quod Caprinū sanguinem terræ Sphragidi misceri, ex Dioscor. lectione crediderit. Hæc est illa de qua ante loquuti sumus uanitas. Verte in Diosco tiden tum tela Nicolae: qui in librorum suorum initio testatus est, non se illa quæ in his scribit ex aliorum uanis opinionibus didicisse, sed uisit experimentoq; uel concordi scriptorū narratio ne comperta habuisse. Vbi ergo caprinum sanguinē, lemniae terræ misceri Dioscorides uidit? Iuris uero Lemni Galenum, Dioscor. autoritate de caprino sanguine interrogantem. Quamq; ut hoc quoq; obiter notemus, non recte in Coriandro loquutum Dioscoriden, septimo simpliciū Galenus arguit: ne semel tantum aberrasse Dioscoriden putas.

Non hæc a Plinio Nicolae legisti, qui parce, modesteq; de seipso prædicens: quæ uana, supra fidē sunt, obiter uel nota, uel rejecit, uel in his autorū fidē appellat: tū audita ab se, tum lecta, tum uila diligenter ac summa cum fide distinguit. Quæ dubia scriptorum uarietas facit, ea le-

gentium iudicio examinanda relinquit: ab se uero ignorata generose facetur: ut plane intelligere possis, Plinium Romanum hominem grauissimum scriptorem, naturæ, & artis miracula refe-

rentem, solo Dioscoridis, & quandoque etiam errantis iudicio, multoq; minus tuo taxandum carpendumq; non esse.

¶ De CISSO, CISTHO, LADA.

Propter Cissum Cisthumq; orta est (ut ille inquit) tempestas ista: nec ulla fere est taberna, quæ Leoniceno isto, suo cum Dioscoride exultante, non Cissum, Cisthumq; personer: nullæ scholasticorum aures, quas sua cum Cistho Cissoq; non obtuderit, atq; ad fastidiū sacietatem que perduxerit: cui non satis fuit a Politiano nostro tum egregie defensum in his Plinium, tum amice prudenterq; commonitum, sed rursus (ut qui deterior si corrigis fiat) non modo priori bus calumnijs incubuit, sed in maiores quoque inceptias incidit, & crimina in Plinium molitus est: edito etiam ab se libello, in quo non falsa modo, sed insecitiae & temeritatis plena cuncta con-

gessit. Cuiusuis hominis est errare (inquit Cicero) nullius nisi insipientis in errore perseverare. Leonicenus uero in errore illo suo, quem probe Politianus castigauerat, usq; adeo perficit, ut

lud dicere ausus sit: nesciuiss Plinium Cissum a Cistho distinguere: pluribusq; argumentis demonstraturum se pollicetur, quam in dictatis prius fecerit, tum libellum illum suum Plini erro rum titulo insigniuit. Nos igitur nihil Politiano aduersati, qui grauiter diserteq; (ut est herculeo

roboore) pro Cisto respondit & Cistho: leuiori (ut opinor) uia, & quæ patronum bonam cauilla

tuentem deceat, de his in hunc modum uerba faciemus.

Iam illud primum omnium satis constat, Cissi, Cisthiq; differentias non ignorasse Plinium, qui, 16. uolumine Cissi, id est, Hedera uiginti genera luculentissime descripsit: quarto uero & uigesimo Cisthi duo tantum genera: & utroq; in loco, ita Cissum a Cistho discrevit, magnitudine, folijs, flore, natura, ut nulla ipsa cognitione, præterquam nominis uicinitate teneri dixerit. Haec quæ diximus, qui utrisq; in locis Plinium leget, facile intelliget in hoc non errasse. Quod uero in marem, foeminamq; Cissum distinxerit: quoniam communis ea sit, primacq; inter sylvestrum plantarum differentias, mas scilicet, & foemina (ut Plinius, & de historia plantarum pri-

mo Theophrastus affirmat) iam & hic palam est, nec in hoc quidem errasse Plinium: utq; obi- ter non uidisse Nicolaum Theophrasti libros intelligas, qui, 6. uolumine Cissum quoq; in ma- rem ac foeminam diuidit. Sed qua fronte Plinium negat, & Theophrastum & Floris quoq; diffe- rentias in Hedera, hoc est, Ciso Plinium posuisse, quis, nisi Leonicenus, uitio dabit? An quia flores Hedera non habet: At Hedera florere passim uideamus: & plantarum primo Theophrastus scribit. An quia florem similem esse dixit sylvestri rosæ? Ast huius florificæ differentiæ re ipsa fidem sumere licet. Et eodem, 6. uolumine Theophrastus non alijs magis plantæ utriusq; He- deræ flores similes esse dixit, quam sylvestri rosæ, quamvis minores: & mari quoq; Hederae flo-

remad purpuram inclinatum. Sed & sylvestri rosæ similem esse Hederae florem non incongrue do dispar: color albens, figura, lanugo, foliisculorum quoq; numerus conueniunt, magnitu- rat: atq; video deceptum in Cistho & Ciso Plinium clamitat. Imo uero contra. Nam (ut Politia- nus quoq; bellissime notauit) Hederae flos concolor, utriq; enim albens, sed mari in purpuram uergens: Cistho uero discolor: mari siquidem rosaceus. Quod si nec Politiano quidem creden-

dum Leonicen, purauit, at suū Diosc. diligentius inspicere debuit: qui mari quidē Cistho mali punici florem (quo nullus rubentior) foeminæ uero albidiū pinxit. Sed tam sine oculis, tam sine

mentre in Plin. fert, ut nec Plini intellexisse, nec Diosc. aut Theophrastus, quidē legisse videat. In tanta ergo uiginti generū Hedera differentia, & duorū Cisthi tam graphicæ a Plinio descripta, in notissimæ plantæ, passimq; nascentis Hederae flore, quis, nisi errans, errare Plini potuisse iudica- bit: aut tanto autore Theophrasto despiciat: Sed et in eo q; video errasse Plin. Leonic, affirmat,

quod post Hederae remedia. 4. &. 10. 51. de Cistho loquens, dicat: Sub his nascit maxime Hy-

B

Cissi & Cisthi
differentiæ.

Maximæ, par
ticulæ signifi-
catum.

C pocisthis: uidetur inquit Nicolaus credidisse Plinium sub Hederis quoq; Hypocisthiden quam docq; nasci. nihil nō alid' inq; particula illa, maxime, significare uidetur. Vide obsecro quas mi- putias Leonicen. ut Plin. taxet, inquirat, qbus in reb. urgeat, qui se p salutē homī differere testa- tus est Post Cissi remedia, græci inquit Plinius, vicino uocabulo Cisthum appellant, fruticem maiorem Thymo : folijs Ocimi. Sub hijs Cisthi generibus nascitur maxime Hypocisthides. Hic Nicolaus inquit, quia, maxime, dixit Plinius, sub Cissi quoq; generibus, de quibus paulo su- pra dixerat, innuit Hypocisthiden nasci. Innuit (inquit) Plinius. Et quia innuit, errat. Hoc est u- num accusationis caput. Audiant obsecro studio si omnes. Audiant uere calumniantis homi- nis inficiam, audiant iniquitatem. Nusquam Plinius nec medicorum, aut herbariorum qui- quam sub Hederis nasci Hypocisthiden dixit: ergo innuentem hoc, non dicentem Plinium da- mnabimus. Aut facta (Claudius Venoces iurisconsultus inquit) aut dicta, aut scripta, aut con- filia legibus puniuntur. In Plinio nil horum, sed cogitationem, & nutum, immo nec ista quæ- dam, sed quem Nicolaus opinatus est in Plinio conceptum ipsum animaduersione dignū iudi- cabimus. Vnde ista philosophes qua ex schola promuntur. Non inquit Plinius, sub Cistho ma- xime nascitur Hypocisthides: sed sic: Sub Cistho nascitur maxime Hypocisthides. Ita sincerus ha- bet codex, non quem Leonicenus prae legit. Atq; ideo ita intelligendus est locus ille, quæ ma- xime Hypocisthides dicitur, ea sub Cisthi generibus nascitur. Hoc transposita illa particula, ma- xime, scilicet infert. Necq; maxime precedentia semper implicat, includitue (quod cum uulgo Leonicenus opinatur) sed id interdum designat, quod solum, tantum, duntaxatq; significant. Quasi maxime id sit, idq; fieri dicatur quod soli illi de quo dicitur competit. Sicut & maximum dicimus, quod uniuersi tribuimus. Atq; hoc præsertim uerum est, si absurdum quidpiam, aut ambiguum, falsumque sequi necassarium esset: si per maxime particulam, quæ iam dicta essent includerentur. Sic eruditiores grammatici, iurisconsulti de maxime, aduerbio disputare so- lent. Hoc est quod Plinius latine expressit: Sub his Cisthi generibus nascitur maxime Hypoc- isthides. Ne quis forte uel sub Ciffo, hoc est, Hedera: uel sub Ladanifera Cistho nasci illam crede- ret, quam aliud esse Cisthi genus non ignorabat. Sed & alioquin absurdissimum prorsus sequer- tur, si Hypocisthides nomen, quod quasi subcisthium sonat (ut. 6. &. 20. scribit Plinius) alii plantæ, quam huic Cistho conueniret: & quod nullus unquam scripsit, id Plinius tacite intel- ligi uoluisset.

D In eo quoq; prae legit Leonicenus Plinium, dum inter Hederas mentionem de Cistho fa- ctam credidit: ex eo quod libro. 4. &. 20. ita scriptum uideatur. Sub his Cisthi generibus nasci- tur maxime Hypocisthides quam inter herbas dicemus. Ita uerus habet codex memorabilis uit Guarini Veronensis castigatus manu, qui in Ferrariensis Cenobi quod ad Angelos uocant Bi- bliotheca seruatur: Leonicenus uero (quod impressi omnes habent codices) sic legit: quam in- ter hederas diximus: quod quidem mendum esse bifariam constat. Nam de Cistho inter he- das nusquam dixit: & de Hypocisthide inter herbas (ut pollicitus est) 6. &. 20. libro scriptis. Tan- eti locū hunc quoque Politianus noster, qua est ingenij prestantia, uere latineq; defendit: cum in sua ad Leonicenum epistola interpungi oportere locum illum ostendit: ut scilicet post uerba illa: sub his nascitur maxime Hypocisthides: moram punctumq; adhibeat: tum sequentia uen- scilicet, quam inter hederas diximus, non ad Hypocisthiden, sed ad Cisson Erithrano quæ se- quuntur, & de qua Erithrano inter hederas uere dixerat, referre oportere non insubtiliter cen- suit. Si igitur uitiosi sunt qui nunc impressi circumferuntur libri, uetus & manuscripsi codicis & uiri sine ulla dubitatione doctissimi Guarini Veronensis testimonio probe a nobis defensu- est Plinius. Aut si nec uitiosi quidem sunt, Politiani ingenium non eruditè minus quam elegan- ter ab omni Leoniceni calumnia Plinium vindicauit.

Vrgt subinde Nicolaus Plinium inexpugnabili (ut ipse putat) argumento: quod pro- Cistho Cissum nominis uicinitate deceptus accæperit: dum scilicet libro duodecimo Lada- num a pastu Hederæ barbis hircorum scripsit haerescere: quoniam non a Ciffo, hoc est, He- dera, sed a Cistho & Lada id odoramenti genus legatur: pluribusq; ista quam satis sit uerbis exequitur, suosque illos (ut solet) unius uerbi triunuiros citat. Ego uero Dioscoridem leges in primo de Cistho loquentem, & Galeni quoque simplicium pharmacorum septimum, uer- trumque animaduerti, ambus de istis plantis, Cistho scilicet, quam & Cissaron, hoc est, mi- nutam Hederam uocant, & Lada, quam etiam Cisthon simpliciter dicunt, uno prope con- xtu uerba facere. Quin & Galenum quoque post duas Cisthos, Cissum continuo subiectile. Ipsum quoque Plinium quarto & uigesimo post Cissi remedia Cisthum subdidisse. Tum sexto & uigesimo post Ladani facultates, Ladæq; herbae mentionem, de Hypocisthide uerba scilicet. Itaque uidentur hi omnes diuersas omnino plantas simul designasse; pariterque illas cognati- one quadam similes tradidisse. Cogitatio subit, nulla magis ratione perimitos, quam quodno- finne, solo, ladaniferaque potestate (ut est elemens rosidumque insulæ Cypri cœlum) uincit.

A

Cornucopiae
aut^r Sipun-
tinus.

issent pariter quoque commemorasse. Quin & Dioscorides ipse, & Ladaniferam Cistum, & eam quae Hypocisthiden ferat (quae & Cissaros, & Cistharos quoque dicatur) eiusdem generis seculis uidetur. Quia quidem ratione permotus Sipuntinus, qui Cornucopiae scripsit, quem Leonicenus iniquissime reprehendit, quodam ait inter Hederae genera Cistum coniuncturasse. quippe quam Galenus & Plinius (ut diximus) cum Hederis scribant: & a Cisto unde Hypocisthis fiat, Ladam, seu Ladaniferam Cistum diuersam faciant: tum Cisto Cissari (quod quasi Hederulam significat) Dioscorides & Galenus adjiciant cognomentum. Quam obrem non absurdē fortasse quis credit tribus illis plantis odorificum illud pingue insidere posse, quod caprinis uillis hæresceret: magis uero in Lada, unde & pingui nomen. Atque id est forte duodecimo uolumine dixisse Plinium, Hederae flore deroso, pastibus matutinis cum rorulenta Cypros, hærescere barbis hircorum Oesippum illud quod Ladanum dicitur, neque enim tam Ladæ herbæ succum illud esse crediderunt, quam coelestem rorem herbis illis incidentem, quem tam Cissus quam Lada, Cisthusue excipere quoque possent.

Sed melius multo, certiusque defendit Plinius, quando nec hanc quidem de Hedera opinionem firmans, immo ut apparet improbans, Esse alios inquit qui Ladam appellant herbam, cui pingue illud insideat, colligendique facticij Ladan rationem docet. Tum sexto & uigesimo uolumine nihil hæsitans, Ladam herbam in Cypro esse confirmat, ex qua Ladanum fiat: & Ladan uires enumerat: ut eum non aliud credidisse sit certum. In quo ergo errasse Plinium distinet: Cissum, id est, Hederam agnouit: Cissum a Cisto discreuit. Hypocisthiden unde fieret expressit: Ladam Cypriam herbam esse, ex qua Ladanum fieret, non dubitauit. Quod autem Hederae flore deroso depesteretur Ladanum, ex aliorum sententia, non sua prodidit: cum eodem loco bis repeatat, recentiores hoc tradere: ne suam esse sententiam putaret quisquam, cum mox aliam, ueramque de Lada prolatus esset. Vides, ut suis uiribus nixa ueritas sequitur: Aristoteles consultus Paulus) uerba captare, sed qua mente quid dicatur animaduertere. Sic & qui dicit: utrum humano, an ita ut afferat atque persistat. Cum extor plantis igitur Ladanum fieri in Arabia, & Nabathæis Plinius scriperit: tum recentiores tradere, quod Ladanum in Cypro fiat Hederae flore deroso: tum alios esse, qui ex Lada herba, hancque tandem sententiam postremo constantissime teneant, quis nisi inhumanus, inexperiens, iniquus, erroris Pliniū summis postmodum insinuat: Quis, nisi parum penitus Leonicenus, qui non errasse Plinium modo, sed capsum probe defendat: ut ab errore Plinius synceriter loquens uindictetur? Non oportet (inquitur:) uerba captare, sed qua mente quid dicatur animaduertere. Sic & rediligentissimus quisque factauerit. Ac non cuiusuis historiæ fides pariter & ratio iubeant, omnina quæ ubique tractantur, in legentium nationem adduci.

Sed ne quid telorum præterea relinquat, quod in Plinium si potest non congerat, hoc quoque argumento errasse Plinium molitur ostendere, quod erodi a capris Cypriam Hederam dixit. Sed uide obsecro (quod saepè monuimus (ut calumniam suam Nicolaus in accusando Plinio proflus penitusque denudet. Platonem legitimus, in Oratoribus irridendis oratorem ipsum sumnum apparuisse. Contra Nicolaus in accusando Plinio, accusatione dignissimus ipse, tum diligens, malitiosusque uisus est. Quo pacto inquit Cypriæ capræ Hederae rodere possunt: cum Cyprus ad Asiam pertineat: In Asia uero Hedera non nascitur. Atque ideo frustra ab Harpalu satam in Asia Hederam, ipse quoque Plinius refert: hoc Nicolai argumentum est. Dic obsecro Leonicene, age atque amice responde. Cur tota ista tua accusatione, aut Pliniu uerba non discutitis, aut subtilices, aut inuertis, aut iungis, aut mutilas: quod ex plerisque nostræ huius defensionibus capitibus uidere licet. In Medis scribit Plinius frustra seuisse Harpalum, non in Asia (utto Pliniu uerborum peruerior scribis) ergo non de ea quæ propriæ Asia dicitur (quippe in qua Media non sit) intellexit Plinius, sed de ea quam tertiam totius habitati orbis partem dicitur. Nulli enim prouinciam Cyprus adiacet, sed mari omni ex parte circumflua cum sit, & propriam ipsam prouinciam geographi faciant. Pamphilie, & Cilicie ad aquilonem occasum propponitur: ad meridiem atque ortum, Aegyptio & Syriæ. Tertia ergo orbis pars Hedera caret: Ita inquis. Sed nonne ex India & Mero monte Miber pater, & Alexander coronati Hedera redierunt? Nonne in sacris literis legisti, factum in Assyria Ionæ prophetae ex Hedera umbraculum? Et quod Tacitus Diurnalium primo & uigesimo scribit. Iudæorum sacerdotes, qui tibia, tympanisque concinerent, Hedera uinciri solitos: ut intelligas, necque hoc perpetuo uerum esse, in Asia HEDERA non nasci: cum & India, & ASIA & YRIA, & I-

B

Cypri situs.

Cdæ illam ferant, quæ Asiaticæ quidem sunt prouinciae. Sed ad rem redeo. In Asia inquis Hederam non nascitur. Sit id aliqua ex parte uerum. Et Cyprus ad Asiam pertinet. Et hoc sic fane uerum. Sed hoc quoque uerum est Leonicene, quod parte superiore Syriæ itinere a mari quinque dierum Hederam non nasci incipit. Nec est Theophrasti quarto de plantis sententia Strabo quoque trans Euphratem non nasci Hederam scribit: cis Euphratem non negat. Syria ergo, & citra Syriam quæcunque sunt regiones (in quibus & Cyprus est) ferre Hederae possunt. Tolle ergo tua ista argumenta Leonicene, atque abi. Et quod collegisti de Plinio (ut dicas) iam abjice. Et hæc mecum. Cumque ipsa ueritate colligere non pugeat. Sed prius quæ ipse collegisti, & quæ falsa esse docuimus, iam nunc aperiamus. Tua ista sunt uerba.

Dossum ergo (inquis) sic colligere. Hedera apud Plinium diuiditur in marem, ac somnam: utriusque flos similis Rosæ sylvestri describitur. Eodem autore in insula Cypro Hedera flore derofo, Ladanum hircorum barbis adhaerescit. Sub Hederis quoque Hypocistiden nam scilicet aliquando significatur. Hæc autem omnia a nullo autore, excepto Plinio de Hederae hibuntur: aut sensu ipso, siue experientia comprobantur. Haec tuauerba. Nos ex his que supra diximus, & quæ uera esse Plinium, Theophrastum, Dioscoridemque legentibus apparent, atq; ex Plini sententia sic colligimus.

Cissum, Cistum, Ladam, diuersas esse plantas: Cissum marem, formamque esse, & flores Rosæ sylvestri similes habere, Theophrastus quoque præter Plinium scriptis: sub sola Cisto Hypocistiden nasci, & ex sola Lada Ladanum depechi. Et hæc quidem syncerus autor Plinius prodidit: Leonicenus uero, nec Theophrastum legit, nec Plinium intellexit.

DE GLASTO, ISATE

D. E, Radicula.

Mira est profecto Leoniceni huius nostri, boni alioquin uiri, indiligentia: qui non modo herbarum figuræ, potestatesque non discernit, sed nec Plinius ipius quem accusat, uerba considerat, synceramue orationem ut scripta est refert. Suopte uero iudicio fertur, & mendosos satis, uel impressorū uitio codices, sua ipse lectione mēdosiores facit, dum quod taxet inueniat: qd& in his quoq; de qbus nunc agimus herbis, & rora obiter defensione facile cognoscemus.

D Glasto herba, quæ Plantaginæ similis sit, Britannorum forminas corpora oblinire, Aethiopum colorem imitantes. . . uolumine scribit Plinius. Nihil hic de uestibus agitur. Corpora inquit Plinius, non lanam, aut uestes: quod falso Nicolaus retulit. Hanc idem autem eam esse quam Isatiden Græci uocant. Hoc argumento, quod Isatiden Dioscorides qualanrum infectores utantur, a Romanis Gluttam, uel Glastum dici scripsit. Hoc si quis neget, nihil habet Nicolaus que sententiæ suæ ueritatem comprobet. Huius rei hoc afferimus argumen tum: quod Glasti uocabulo non Romanis utuntur, sed (autore Plinio) Galli. Duos præterea Dioscoridis græcos codices legimus, in nullo Glutte, Glastiu nomen sub Isatide scriptum est. Sed cum Isatidis duo scribat Dioscorides genera, unum quo infectores utantur, alterum quo medicinæ tantum usibus sit efficax, quod agrestem Isatiden uocat. primum illud a Romanis Rhutam, uel Alutam: secundum Rhutam minorem, uel Alutam uocari assert, illi similem quæ infectrix sit. Ex duobus entm codicibus alter Rhutam, alter Alutam habebat: quangum nos Dioscoridis codices sic castigare recte posse uidemur, si non Glutam, uel Glastum (quod de suo Nicolaus addidit) neque Rhutam, uel Alutam (quod nostri habent codices) sed Luteam, uel Luteum inferamus. Est enim Lutea (ut tertio & trigesimo Plinii) siue Luteum (ut se ptimo Vitruvius scribit) herba qua non minus Chrysocollam ceruleum infici, quā linum, lanamq; tingi prodiderunt. Vnde illam infectiū quoq; Vitruvius nuncupat. Haec tenus ergo nō Plinius, sed Leonicenus mihi errare uidetur: qui Plinium, Dioscoridemq; uel perperam, uel falso retulit.

Lutea.
Luteum.

Lactucæ gene
ra quatuor.

Quatuor præterea sylvestris Lactucæ sunt genera uigesimo libro inquit Plinius, Caprina, Esopos, Isatis, Syluatica. Caprina necantur pisces, Esopos ulceribus medetur, Isatis uulneribus prodest. Syluatica infectores pariter, medicique utuntur. Quam hic obsecro admonitionem Nicolaus desyderat: Syluatica Lactuca tingi lanas, inquit Plinius, primo Isatide genere D I O S C O R I D E S. Nō negat P L I N I V S Syluaticam illam suam græcam Isatiden esse. An græcis adeo addictum Plinium esse oportet, tantumue illis tribuimus, ut nisi de græcorum sanctuaris promantur, nec herbas quidem describere, nec Romanas appellations afferre Romanus homo interdum possit? At designare inquit, debuit Plinius, hanc Syluaticam Glastum esse, eisq; Planraginis folia adscribere: quod in Glasto. . . libro facturus erat. qdq; in hac Isatide Dioscorides fecerat. Vnde ista obsecro admonitionis designationisq; necessitas: suas Isatides Dioscorides sponte nascens Lactucae genera nō facit, cum eas uocabulo indiscretas scribit. Distinctius aliquando P L I N I V S de his tradit, nam

A

& alteram, hoc est, eam quæ Dioscoridis secunda est, Isatiden uocat. Alteram, id est, Dioscoridis primam (quæ & ipsa Isatis a Græcis dici potest) Syluaticam nuncupat. Reconueniunt: appellaciones, distinctas illis nomina tribuere. In quo ergo errasse arguitur Plinius, qui Lactucæ esse genera, & distincta illis nomina tribuere. In quo ergo errasse arguitur Plinius, qui cum re a Dioscoride non dissideat, ubi tamen de re ipsa dissequitur? Syluaticam præterea, Glaustumq; non unam esse herbam putauit Plinius, ut admonitione opus esset, sed (ut apparet) diuersas. Iam & hic non Plinius, sed alter Leoniceni error ostenditur: qui Isatiden Glaustum esse putat: Glaustum uero nostri temporis Guadum. Vis hoc quod dicimus, manu (ut aiunt) tangere: Communia, inquit Plinius, sponte nascentibus Lactucis signa sunt: caudor exulis, sepe cubitalis, thyrso & folijs scabricia. Tum propria Syluaticæ Lactucæ signa demonstrat: Similis est inquit Lapatho sylvestri folijs, nisi quod plura habet & nigriora, Glaustum uero simile Plantaginæ esse dicit. Si ergo Syluaticam (sive Isatiden mauis dicere) Nicolaus putat Glaustum esse, aperte fallitur. Glaustum Plantaginæ simile est. At Plantaginæ nec caulis unus, nec cubitalis, nec candidus, nec scabriciae folijs. Si Glaustum ob id Syluaticum, sive Isatiden credidit, quod Guado, quo nostri temporis infectores utuntur, Glasti uocabulum similem sonum habere uideatur, nihil hoc absurdius. Guadum enim (ut est uidere) Plantaginæ simile non est: ut Glaustum dicitur. Quippe Plantago ipsa uiridis, subatra, neruosa; folijs acutior: nec caule uno, nec candido, nec scabro: Guadum contra enerui folio, candidante, caule alto, & sylvestri Lapatho, quam Rumaticum uocamus, persimile: cuius folia Betæ candidæ simili traditum Plinius de Lapathi generibus decimoquinto volumine scribens. Guadum præterea cyaneum colorem lanis reddit, Glaustum uero atrum corporibus Plinio: ita ut Aethiopicum nigrem referat, cæruleum Cæsari. At uulgas inquit Nicolaus, Guadum uocat, quod paucum mutatis literis facile e Glasto transit. An nescis Nicolae (ut Anneus quoque inquit) persimilem esse ueritatis interpretem uulgas? Quod si a sono argendum est, quo fictilium quod ualidum colorum lanis reddit: quasi Bladum dixeris. Eum enim colorem, qui primus can-didus, nec Guadum esse credimus: uel certe Guadum ne sit, non sine ratione uulgas Bladum uocat: uicinius uero multo est Guado Bladi. Glasti uocabulum. Quidnam igitur simile cum Glasto habet Guadum? Non figura, non color, non nomen, non potestas. Quarto uero Lactucæ sylvestris generi, hoc est, Syluaticæ, seu primæ Dioscoridis Isatidi, Guadi signa omnia prorsus conueniunt. Ergo ut Isatiden illam, siue Luteam, sive Luteum, Dioscoridis Pliniq; Syluaticæ nostri temporis esse Guadum dicimus, sic Glaustum, nec Isatiden, nec Guadum esse credimus: uel certe Guadum ne sit, non sine ratione dubitemus: eam uero transalpinam herbam esse putamus, gallici nominis, Plantaginæ similem, atrum colorem referentem, qua barbari tingerentur, cuius Cæsar, & Propertius mentione, quo terribiliores hostibus uiderentur. In eo uero non conuenire Plinium, Dioscoridem dicimus: quod Isatides duas, Dioscorides non esse Lactucæ sponte nascentis species distinxit. Tum quæ Plinio tertia est Lactuca, non Isatiden in sylvis nascentem, ut Plinius, sed agrestem Dioscorides nuncupauit. Postremo, quod infectricem illam Isatiden, quæ Plinio in sylvestris Lactucæ generibus quarta est, Dioscorides etiam Isatiden similiter ut alteram uocat: & folijs Arnoglosso comparat (quæ & ipsa non simpliciter Plantago est, sed minor Plantaginis species, ut ex ipso nomine quinto & uigesimo Plinius indicat, folijs Rumici certe similiior) Plinius uero sylvestri Lapatho, hoc est, Rumici similem pingit: & Syluaticam nuncupat: ut quæ facultates diuersas fortitiae essent, & nomine quoque differrent. Ita quanquam in his non paria tradere uideantur, re tamen ipsa, facultateque conteniunt: sed ita, ut plenius quidem & eruditus in Plinio uidere possis. Eos enim scriptores tum Aristoteles, tum iurisconsulti maxime probare uidentur, qui in enarrando ita describunt, ita partiuntur, ita dinumerant; ut omnes rei de qua agitur species & nomina facile dignoscantur. Sed ne quid sciens prætereat, quod rei de qua agimus luceam aliquam afferre possit, quando in Luteæ herbæ & Guadi mentionem incidimus, scio herbam esse qua bombycina & quæ serica dicuntur insificant. Ea in Bononiensi sativa plurima nascitur, caule singulari, cubitali, colore luteo, minimis ab ratiōne foliisculis: cuius semina ad Bliti ferme speciem totum caulem occupent: Guadafæ infectores nuncupant. Estiment uolentes, an hanc Luteam illam, sive infectiuam esse credendum sit: atque an Guadæ uocabulum Guado uicinum admoneat, non esse a Glasto Guadum (quod Leonicenus opinatus est) ductum. His ingenia ad uestigandum excitamus, nihil determinamus: refelli, doceri, corrigi sine contumacia patiemur, quod hic in plenum, & tota defensione testamur.

Radicula uero quæ a nostris dicitur, eademque Lanaria, a Græcis uero Struthion, & uulgo Ostrutium nuncupatur, quid obsecro cum Glasto, Isatide, Syluatica commune haberet, autore Plinio? Diuerissimæ prorsus herbae, in quo conueniunt, ut sese ab illis explicandis

Glaustum;
Guadum;Rumex,
sylvestre
Lapatham;

B

Scriptores
probati.

Guadafæ

Radicula, au-
reum pocu-
lum,

C bonus iste uir Leonicenus, uelut in stappa pullicinus hærens, sudare uideatur: Radicula aculeata suffrutex est, ut in sexto quoque Theophrastus meminit, caule ferulaceo, lanuginoso, olearæ solis, flore pulchro, inodoro: Struthion, id est, passerculus a Græcis dictus, non Isatis: **P**er tu syncere Plinianæ lectionis euersor addubitas Nicolae,) radice magna, quæ non lanam tingit, sed (ut quarto & uigesimo Plinius scribit) lanam tingentibus præparat, candorem, molliciemque offerens: atque adeo, ut lanas quæ remedij quibusdam adhibentur, Radicula curari non oportere nono & uigesimo scribat Plinius: & oues quæ tonsuræ præparentur radice lanariæ lauari iubeat Columella. Cuius quidem Radicis tam multæ atque eximiae adeo in medicina uires, adeo remedij efficax potentia, ut aureum poculum a Medicis cognitum sit. Quid nam horum unquam Leonicene in Glasto, Isatide, Syluatica, in tuo Guadido legit? Cur Plinium accusas? & tuo isto cum Patauino Antistite torqueris, Petru Barocio, quem ego eruditum hominem, sanctumque uirum esse audio. Tu tuis ipsis ambigibus, grauissimam illius inferis sententiam, quasi & ipse tecum de his ambigat. Si Plinium codices, quos & tu mendosissimos fateris, non excutis, non comparas, non aestimas, si nec Plinium eleganter latine, uere, dilucideque loquentem intelligis, si te nominum uarietas implicat, si te rerum obruit multitudo, cur Plinium erroris insimulas? Tingit Glastum corpora, non uestes (tingit uestes, Dioscoride autore) Isatis tingit lanas, Lactuca Dioscoride autore Syluatica. Ille Plantaginis, Lactucæ, Arnoglossi, Lapathî speciem referunt. At Radicula lanam non tingit, nec corpora: acuminata est, oleæ & passercularum (unde & nomen faciem præbet. In his ergo, ubi ista quam deploras nominum rerumque confusio? Nun tibi omnia bellissime (ut uides) Plinius explicuit? **T**u cur te ipsum non explicas? Tu cur nullo iudicio Glastum tingere uestes ait, autore Plinio, quod nusquam scriptis? Cur Isatiden Glastum a Romanis vocari Dioscoride ait, autore impudenter affiras, quod nusquam prodidit? Cur in Radiculæ descriptione libro de cimonono non Struthion, sed Isatiden posuisse Plinium addubitas, qui & alii quoque in locis Struthion semper, Isatiden uero posuit nunquam? Cur nullo probabili arguento, sed uno quodam, uulgaricq; sono permotus, nostri temporis Guadum, Glastum esse contendis? Tua illa interpretandi legendicq; peruersitas, & scribendi in omnes ambitio, non Plinius candidissime scriptoris diligentia, pariter & elegantia, in caliginem, confusionemq; perducunt. Quod uero nobis (ut facis) & Serapionem, & Auicennam, & Pandectarum scriptorem obiçis, præue (ut putes) de Isatide, & Radicula sentientes. De his nihil est quod respondeam: illi uiderint quos medicinae artis scientiam professos, in te ut arietent iam intentos paratosque video.

Pandectarij
defensio.

Catapotia.

D Verum priusquam Plinianæ defensionis, quod reliquum est, absoluamus, uel hoc unum breui oratione perstringere placuit: ut intelligas quo iudicio, quam indigne Nicolaus noster uirum bene de se meritum, suo isto libello pulsauit, Pandectarum scilicet scriptorem, a quo tam multa de simplicibus medicamentis hausit: quemque ferunt Nicolaum ipsum in manibus semper habere consueisse: atque ex eo libro tanquam ex oraculo, de simplicibus medicamentis uerba facere. Is de Isatide (ut diximus) obscurissime, ambitionisq; differens, post Auicennam, Serapionemq; districtos, in autorem tandem Pandectarum inuehitur, scriptorem menda- ciorum, ignarumq; appellans. Tum quod nescierit, quid apud antiquos Catapotia sit, accusat Pandectarum scriptorem bonum certe hominem, multa studiosissime collegisse uidentur, de dissecq; operam, ut & ipse (si qua posset) posteris aliquando prodesset. Non affectum fortasse, sed nec sic quidem contemnendum: immouero (quod sæpe quoq; usurpari conuenit) Aristotelico more, gratiam illi habendam censeo, quod uera multa cum scriperit, ueris etiam inuenientur, in quo noster hic tantopere assurgit, sic dixerim. Non ignorauit Pandectarum autor quid Catapotia uerbum signaret. Nam & in C. literæ descriptione, Catapotia inquit, pillulae sunt, & si post paucos uersus, in eo quo de Catapotia herba scribit capite, semina eius herbæ accipi, & sequit Catapotia mandi insinuat: quæ Dioscoridis quoque uerba uidentur, sic in Chamælea de- scriptione, ex Dioscoridis sententia trochiscos ex Chamælea & Absinthio fieri docet, ut Cata- potia, pillulas certe designans, non herbam. Non enim ex Chamælea, Absinthio ut Catapotia. Sic unus literæ mutatio: qui, ut, dixit, & dixisse a mordaci homine accusatur.

Vides iam apertam Leoniceni de utilissimo scriptore calumniam. Nesciuit (inquit Nicolaus) quid Catapotia esset Pandectarius: at ille in C. literæ descriptione, Catapotia inquit, pillulae sunt, & sequit herbam addit Absinthio & Chamælea: & hoc quoq; falsum est. Nam ex Absinthio & Cha- mælea trochiscos fieri docet, ut Catapotia, id est, pillulas.

Et quoniam sæpe illum de sua ista Catapotia clamitarem, atque in medicos inuestum esse audiuiimus, hoc quoque his subiectere benigna interpretatione (ut hominem decet) uisum est. Non latuit nostri temporis medicos, catapotia pillulas significare: quippe quod Pandecta-

ius ipse (ut diximus) & is quem Aggregatorem uocant, catapotia exponentes, pillulas dixerunt: sed quoniam in nulla pene herbarum frequentius, aut efficacius evenit, præterquam in huius generis: ut eius semina (qua & Ricinos ab insectis specie appellant) pro catapotis, hoc est, pilulis sumuntur (quod Dioscorides quoque, & cæteros tradidisse uidemus) ideo herbam ipsam Catapotarium semen ferentem (quam propria quoque appellatione hancupant) singulari quadam demonstratione, et ob remedij præstantiam seminumq; ipsius usum, ut Cataputia passim dicetur repererunt. Est autem Cataputia herba, quam uulgaris per haec tempora Cazzapuzolam, nunc Guardalhorticu[m] uocant. Proprium uero eius nomen Lathyris est: cuius quarto uolumine Dioscorides, 7. uero, & 20. Plinius & uires & figuram scriperunt. Quod uero ut iam non catapotia, sed cataputia dicatur linguae usus increbuit, nequaquam mirandum. Cum, u., & o., uo calium tanta cognatio sit, adeoque in uerbis pollens magister usus, quod ut quondam multis & uoltis, & uiuus & uiuos, & curuatus & coruatus, & publicum & publicum, & colpam & culpam, & Herculem & Hercoleum dixerit prisci: ut est in iueteribus tum libris, tum epigrammatis possimus. Hæc pro Pandectarum amore bono certe homine, aduersus Leoniceni contumeliam, quasi exitinere respondisse sufficiat. Nunc ad Plinium reuertamur.

A

Lathyris.

¶ De ECHIO, & ALCIBIO.

Eandem herbam esse Echium, & Alcibium Dioscoride & Nicandro autoribus Leonicenus putat. Quoniam uero utriusque seorsum Plinius mentionem facit, hoc quoque inter errores deputar. Is mihi errare uidetur, qui sciens, prudensque compertum se habere aliquid affirmit, atque in eo obstinatus hæret, cuius contrarium plures sapientioresque constituant: in hac causa nemo, nisi peruersi iudicij errare Plinium dicet. Echij Plinius genera, faciem, uires, usumque describit: Alcibium quale esset, apud autores non reperiisse se dicit, sed cuius herbe figuram non reperiisse dicit, eius uires quas reperit tradit: uel ex hoc intelligere omnes possunt, Plinium Dioscoridis libros non uidisse. Nam & Alcibium quale esset a Dioscoride (si modo illam posuit) didicisset. Nicandrum nobis uidere non contigit. Dioscorides certe non Alcibium, sed Alcibiadiū, & Alcubiacum scribit Echion uocari. Si eadem herba est Echius & Alcibium, atque eadem utriusque potestas, atque idem usus, unam habes herbam duobus nominibus a Plinio descriptam: qui sunt herbae, nominem utriusque habes & uires. In quo ergo uel eruditorum aures, mel medicorum industria, uel agrotantium desyderium, uel uira offenditur: Quis errare confitentem hominem genue Cicero, se nescire quod nescit. Si ergo uerum fateri, si impudentem non esse, si non temerarius Nicolaus iste contendet: Numen confessis aliquod patet, Ouidius inquit. Fatetur in nis errans Nicolaus iste contendet: Numen confessis aliquod patet, Ouidius inquit. Fatetur in realiquid affirmare error est, errauit certe Plinius. Quam sint friuola, que nullius ponderis Leoniceni nostri inuenta, uidere iam licet: qui (ut opinor) nulla magis ratione adductus in hos sermones incidit, quam ut Nicandros nobis & Pamphilianos efferrer: quasi ipse ideo magnus cendens sit medicus, aut Plinius censor, si speciosa nobis græcorum nomina, magno ore pronunciet.

Plinius Dio- scor, nō legit.

B

¶ De CENTVNCOLO.

Clematidis apud græcos genus primum, Italos Centunculum uocare scribit Plinius. At Dioscorides Gnaphalium græce dictam herbam a Romanis Centunculum uocari affirmat. Dioscoriden ueriora dixisse his argumentis Nicolaus insinuat. Primum quidem, quod idem effectus dysenterijs utiles Gnaphalio, & Centunculo a Dioscoride tribuuntur & Plinio. Deinde, quod in Clematidis speciebus describendis, nullam Dioscor. rostratis folijs pingit, ut Plinius. At nos uel uno uerbo quaestionem soluere facile posse uidemur. Plinius Clematiden Centunculum uocari ab Italos dixit: Dioscorides huic appellationi contrarium nihil scribit, sed Gnaphalium ab Romanis Centunculum dici tradit. Vtrumque uera dicere potuisse, absurdum non est. Nam quid prohibet, & Romanos Gnaphalium, & reliquam Italiam Clematiden cognomire potuisse Centunculum? Huic sententiæ fidem facit: quod Romanos non Centunculum modo, sed & Tucularem, & Albinam uocare Gnaphalium in tertio Dioscorides scribit. Plinius vero in sua Clematide, quoniam non de Gnaphalio, nec de Romanis, sed de Clematide, & de Italais loquebatur, ex his appellationibus nullam posuit. Leoniceni præterea argumenta quid habent roboris: quid dialecticum sapiunt? Nonne easdem uires ad dysenteriam efficaces, non Gnaphalio modo & Centunculo, sed & ipsi Dioscoridis Clematidi, tum innumeris pene herbis legimus? Nec satis infers syllogismus: Duæ herbæ eosdem præstant effectus: ergo non duæ, sed una censerit debent: tum quod Clematidis Centunculi figuram non pingat Dioscor. qualem Plinius, non ideo erroris conuincendus est Plinius. Nec enim probe claudit enthymema Nico-

Crat Plinius in demonstranda Clematide? Nam (quod in superioribus quoq; diximus) mos illi
Plinij, diligentiumq; herbariorum esse uidetur, quo faciliorem cognoscendis herbis uiam ostendit, ut similitudines afferant plures aptioresq;. Centunculi, id est, primæ Clematidis folia inquit Plinius, rostrata sunt ad similitudinem capitij penularū, nō capitis, ut prae Nicolaus scribit.
Non tollit hæc descriptio Dioscoridis signa, sed abget. Non ideo Centunculus, qui ab Italis dicitur Clematidē, primum genus, non est, quia euidentiora signa Plinius quam Dioscorides ait: Non uideo præterea, cur de Italica cuiusuis herbæ appellatione, barbaro potius græcouerit: Non Plinio ipsi in Italia nato & educato credendum sit. Cum præsertim (si uerum & cum ueritate præfatione fateri uolumus) aberrasse plurimum Dioscoriden in romanis herbarum appellationibus nemo sanus negabit: quod multarum exemplo manifestum fieri potest, ut cum Parthenium a Romanis Solsequium uocari, Betonicam uero Rosmarinum, Abrotanum quoq; Absynthium ponticum, Hedyosmon autem quæ Menta sit Nepetam, Melanthium uero quod Gith dicitur, Papaver nigrum appellari dixerit: cum apud Romanos diuersas esse tam herbas quam appellationes istas, non Plinius modo, sed & Celsus & Columella, & nostrorum temporum usus, & nomina in posteros seruata testantur: quare nihil est quod Dioscoriden, exterritum hominem, in latinis herbarum nominibus, Plinio fideliorum putemus. Nam cum Clematidē & Gnaphalium diuersas herbas Plinius probe cognoverit: quippe qui utriusque diuersa signa effectusq; prodiderit: & non Gnaphalium, sed Clematidis genus primum Centunculum cognominasse Italos dixerit, quid aliud arbitrandum est, nisi aut Italicum hominem Italicas appellationes multo Dioscoride melius cognouisse: aut duas herbas Centunculi cognomento sic uocare potuisse: uero Parthenij quatuor, Ambrosiae item quatuor, Helxines tres, Heracij plurimæ cognominibus claruerunt.

Diuersas autem herbas esse & Centunculum, & Gnaphalium, uel hinc perspicuum est. Centunculus in aruis iacet: sic Dioscoridis Clematis, sarmentis, pampinis super terram longis (quod & ipsum indicat nomen) solis uirentibus, Lauri specie, sed brevioribus. Adiectus Plinius (quo manifestior herba fiat) ad similitudinem capitij penularum rostratis. Penula enim pluuiale est regumentum, ut in Hadriano Spartianus, & in Alexandro Lampridius testantur, cui a tergo Capitum aduersus hymbres futurum tegmen adnætebatur. Quod non intellexit Nicolaus: qui capitis scribit, non capitij, nam penulae nihil accedit quod caput dicí possit, cuius q; ad exemplar effigiaruherba queat: Sed rostratum capitum accedit. Gnaphalium uero folium habet molle, breve, album, tomentum simile, Tomentum enim molle illud linum, stuprum, lanamue significat, quod etiamnum uulgo quoq; tomentellum dicitur, quo in fulciendis, replendisque tum culcitris, tum mattis (quas nunc etiam mattarassas uocant) utimur. Atq; ideo Gnaphalium dicta est herba ipsa, quod græco uocabulo gnaphalos, minuta illa lana sit, atq; (ut ita dixerim) tonsura quæ in fullonica arte ex carduorum, aut foristicum ductu trahitur atque excidit, qua ad tomenticia quoque utebantur: ex eo & ipsa dicta, quod gnaphos carduus sit. Gnaphalium ergo herba ita cognominata est: quod breuitate, mollicieq; gnaphalon, hoc est, tomentum representet. Atq; ideo Plinius & Tomento similem, & pro tomento in usu esse dixit. Quare haud negauerim, potuisse Dioscoriden qua ratione Gnaphalium interpretati sumus coniuncte atq; opinari, Gnaphalium etiam a Romanis Centunculum uocari: quod illo uelut rasse Plinium dicere æquum est, cum primam Clematidē homo Italus ab Italī Centunculum uocari dixit.

De LAGINE.

Possumus in hoc quoq; accusatoris ingenium, iudicijq; prauitatem damnare: quod libato-
riorum, impressorumq; errores, quibus pleni sunt Pliniani codices, Plinio quoque adscribere
non ueretur. Aut si id comprobari non posse uideat, uel in hoc taxet: quod Plinium frustra ali-
quid posuisse calumnietur, ut de Lagine quoq; fabulator est. Lagine ante omnia (quæ nisi gra-
ca impedita declinatio, a lacte gignendo nomen traxisse uideri potest) secunda Clematidis spe-
cies est: non lagine, ut Nicolaus titubans legit. Frustra autem a Plinio eadem herba reporta-
non est (ut Nicolaus carpit) qui neq; Plinij mirum in describendis plantis ordinem consyde-
rat, neq; quo pacto bis idem reperti non modo possit, sed & debeat. Volumine 22. Plinius, in
quo de his agit quæ inter aruenia olera, in usum quoq; cibarium uenient, Laginem suo ordine
commemorat, describitq; eius etiam facultates quasdam, non omnes tamen aperit. At 4. & 20.
cum clematidis enumeraret species, ne quis Laginem secundum esse Clematidis genus dubita-
ret, Laginem illam uocari ab alijs dixit. Tum Lagines quoq; uires uniuersas adiecit, ut intellige-
rent secundum Clematidis apud græcos genus Laginem quoque esse. Neq; enim libro 22. de
Clematidis speciebus dicturus erat, sed de ea tantum Lagine quæ aruense olus, esculentumque

Lagine.

Penula:

Tomentum.
Tomentel-
lum.
Gnaphaliij e-
tymologia.

et ut eodem quoque ordine, & capite de Scandice, Hellaphoboscō, si oque dicebat. Ast ubi de Clematis id speciebus dicendum fuit (cum non omnis Clematis esculentum olus sit) quae illa Clematis esset quae Lagine diceretur edocuit: parique illam effectu scribere græcos notauit, & quas facultates in Lagines mentione omiserat addidit. Scio & lagine quoque, siue laginem, volumine scriptam esse: sed uel aliud herbe genus, uel mendosum codicem putauerim: quando hanc de qua agimus Lagine, foliosos ramos habere, atq; humi adrepere ad Scamonij speciem scribant: illam uero unum tantum folium habere: quo sit ut diuersas prorius herbas esse credamus.

Nec mitius ineptam, superuacuamq; nominis in Lagine mutationem Helxines, & Eusines Nicolaus molitur. Nam dum. 4. & 20. secundam Clematisen Laginem ab alijs, Echitentq; dici Plinius scribit, suspicari se inquit Nicolaus, ne codicis uitio lagine & echite, pro Helxine & Eu- fine positum sit, & sua quedam iamdudum trita de Helxine comminiscitur. Nos de his ad hunc modum dicendum putamus: Lagine pro Helxine non scripsit Plinius cum de triplici Helxi- ne in superioribus dixerit: & de Lagine, 22. uolumine dixerit: Eusinem dicere non oportuit quā- uis enim Lagine (ut & uerum esse uideamus) Cissampeli, hoc est, Inuolucri speciem repræsentet, non ideo Eusines nomen quod Inuolucri proprium est Lagini tribuisset, sed e re ipsa quod longius serendo feratur elegantissimo uocabulo Echite uocari ab alijs illam scribit. Est autem La- gine quam pleriq; uulgo Corrigolam dicunt (non eam tamen quae Poligonia sit) Picentes a flo- ris figura Campanellam uocant: qua ratione Conchilium quoq; uocari scribit Plinius: eaq; in esculentis, & eo praesertim cibarij genere quod torta dicimus utuntur: mulieres quoq; in aqua & uino decoctam etiamnum lactis gratia sorbent. Necq; absurde tenue Scamonium quoq; dicta est, quod illi non assimilis uideatur: nisi quod minoribus longe folijs, leuioribusque nec crassis uestitur. Quæ hic autem de Ligastro Nicolaus adiecit, ea sunt quidem & iamdudum a nobis de- cantata. Sed & Ligustrum ipsum Oliuastella uulgo dicitur. In eo tamen Leonicenus fallitur, qd Caprifolium uocari a quibusdam de caprarum pastu autumat, nā nec nomen, nec nominis ra- tio uera, illum enim seu fruticem, seu arbusculam dicas, capre non attingunt: Caprifolium uero non Ligustrum, sed Pixacanthus est, cuius quoq; nominis Syluaticus meminit.

A

Echites.
Lagine quæ sit.

De ARCTIO, SIVE PERSONATA.

Vis & aliud uidere, indiligentis hominis argumentum de Personata, Plinium taxat, quod duplice illam esse crediderit. Tamen ut id uerum esse comprobet, ne quid integrum ad defensio- nē Plinio relinquat, nulla ratione Echion, pro Arctio, codicis uitio posirū dicit. Sed ne sic quo- cp; Plinium, aut seipsum intelligit: quod uerum esse mox agnosces. Post Agarici descriptionem, Echion herbam, 22. uolumine continuo subiecit Plinius. Quæ quoniam capitula habeat, uiperis similia, iudeo Echios, quasi uiperæ cognominatur. Duo huius generā, Pulegio similia, floribus coronata, Tertium lanugine spinola, distinctum pingit. Addit præterea. Quidam Echion Personatam dicunt (non Arctio, ut præuferere Nicolaus uoluit) quorum opinionem, quo niam longa foliorum & floris differentia improbabet, subiicit. Cuius scilicet Personata folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Ac si dicat. Tria Echij genera diximus Pulegio si- milia, cui parua sunt folia, & quæ floribus corollantur. Falluntur qui Echion dicunt esse Per- sonaram, grandes lappas ferentem, cuius folio nullum est latius: quæ omnia a Pulegij similitu- dine maxime discrepant. Non intellexit in morsum præcepis Leonicenus Plinij uerba, illorum sententiam apposite improbantis, qui Echion Personatam esse dicebant. Nam ea parte, quæ Plinius scripsit, Cuius folio nullum est latius: Leonicenus, cuius illud, ad Echion retulit: non ad Personatam, ut Plinius, & grammatica ratio postulabat. Necq; enim ideo duplice Personata esse credidit Plinius, quia quosdam Echion Personatam dicere, & ex acero radicem dare scripsit. Nam hic de Personata non agebat, sed de Echio: de qua ut quæcunq; ab autoribus scri- pta comparerat aperiret, ideo quosdam Echion dicere Personatam scripsit, & ex acero dare potuit. Non enim probe claudi: (quod sæpe diximus) Quidā dicunt, ergo Plinius creditit: ac præ- tertim cum Echion triplicem pinxerit, & ex foliorum & floris differentia non esse Echion Per- sonatam aperte senserit: atq; ideo posu paucos uersus, non iam de Echio, sed de Personata no- tissima herba speciatim uerba facit: eamq; Arctio & Personatam Græca & Latina appellatio- ne nuncupauit: neminemq; illam ignorare dixit: ut eos etiam uidelicet distingeret, qui supra Echion paruis folijs herbam Personatam latissimis constantem putauerunt. Bene ergo omnia quadrat. Sciatq; deinceps Nicolaus, hoc in loco bellissime significasse Plinium, atq; ita credi- diffe, aliud Echion esse Pulegio similem: aliud Personatam folijs maioribus cucurbitæ: quas u- nam herbam esse quidam putauerunt.

Sed quoniam de Arctio sermo incidit, quando & pro Plinio & studiofis scribimus: ut hæc no-

§ 3

Cstra legentes (quæntulacunq; illa sint) aliquid semper arripiant, quod in communem utilitatem conferre possint (quod tota defensione, quantum potius obiter curauimus, Leonicus uero uitauit) hoc subiecte uisum est, quod Arction græci duplē esse tradiderunt. Vnam qui dem, quæ & Arcturion diceretur, cuius folia Phlomo (quam latine Verbascum dicimus) similia, crassiora tamen & rotundiora esse dixerunt: semen uero minuto Cymino simile, quod tam ipsum quam radix ischiadicis & dysuriā patientibus efficaciter daretur. Alterum, quam Arction, & Prosopten, & Prosopion, & Aparinē dicerent: nos Personatam & Lappam, de qua egimus: ambas quarto Dioscorides pinxit, Plinius primam septimo & uigesimo: Alteram, quo am esse a Personata Aparinē, & figurae & uirium diuersitate monstrauit.

De CHAMAE DAPHNE.

Quo plura in Plinii congerere Nicolaus nititur, eo se pluribus inscitiae notis commutat, ut qui nec Plinij uerba, nec scribendi ordinem, nec rerum consyderet differentias. Itaq; manifestas ineptias iam satius est ridere quam refellere. Eidem plantæ Plinium, hoc est, Chamædaphne diuersas descriptiones afferre, Leonicus dicit. Sed quam diuersus sit ipse ab eo quem putabamus, ex hac ipsa Chamædaphne consyderemus. Plinius. 15. in describendis Lauri arboris generibus inquit. Est & Chamædaphne sylvestris frutex, neq; ultra de Chamædaphne uerba facit: nec illam pingit (ut Nicolaus prius arbitratus est) ex nomine uidelicet addubitan, ne herba esset, quam fruticem nominauit. Hic igitur uerborum Plinij textus punto (,) signandus est. Tum pergit enumerando Plinius Lauri genera atq; inquit. Et Alexandrina, quam aliquid est, alijs Hypoglottis, alijs Daphnem uocant. Hanc uero Alexandrinam Daphnem pingit. Hæc illa est, quam Dioscorides quoq; ceteriq; describunt. At. 4. & . 20. uoluminis. 14. capitulo cum fruticum, subfruticumq; genera multa descriptissit. His subiectemus inquit, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, an arbores essent. Tum proximo capite continuo de Chamædry, Chamædaphne, Chamælea, Chamælice, Chamæcissio, ceterisq; huiusmodi continua facit. Atq; inibi Chamædaphnem describit: quam uolumine. 15. tantum auerget. Hæc igitur ita se habent. Enumerat. 10. Plinius Lauri septem genera, tum tres Laurei fruticis species, Chamædaphnem, Alexandrinam, Daphnoiden: & Alexandrinam quidem, & Daphnoiden pingit. Chamædaphnem uero, quoniam inter illas relaturus erat quas nominum communicatio (ut ipse inquit) dubias fecerat, an arbores essent, an heībæ. 4. & . 20. libro pulchre descriptis, in quo de similibus herbis suo ordine loquebatur. Vides ut ob punctum (quod in locis quoq; dicuntur) Leonicus captus est: Si inter duo ista nomina, Chamædaphnem, & Alexandrinam. 15. illo libro, moræ aliquid, punctiq; interiecerit (quod uel ipsa grammaticæ ratio per, &, copula interuentum postulabat) non in hos laqueos incidisset. Mirum subit boni huius uiri, & tardū, quam Leonici naturam consyderanti: quem si am bulantem uideas, lentum magis & tardū, quam citatum uel celerem dicas: in accusando uero Plinio adeo præcipitem currere, utin eo legendo percensendisq; accusationis capitibus, moram omnem, tarditatemq; oderit, non spiritum teneat, non animam, nihil interpugnat, nullo punto consistat. In hoc quoq; sagacissimi ingenij uir Politianus, in ea quam de Cocco & Cistho ad hunc ipsum Leonicenum scripti epistola, egestie notat, cum. 4. & . 20. uolumine capite. 10. quia non interpusxit Nicolaus inter Hypothithis, & quam inter herbas dicemus, parum sapere uisus est, maleq; eo loco sensisse de Cistho, ita ob punctum, ut diximus, sæpe conuincitur.

Chamædaphne duplex.

Sed ne Chamædaphnes nomen dubium aliquando legentibus ingerat, duas esse plantas scire oportet, quæ Chamædaphne pariter nuncupentur. Hanc ipsam. f. de qua agimus, quæ uulgo Laureola dicitur, & eam quæ Vincaperuinka dicitur, coniugalibus coronis experita, solijs quam Lauri longe minoribus: humi ad serpilli morem reptans; flore ceruleo, inodoro, rotundo, foliisculis quinq; sed continuis distincto.

De OXYMYSINE.

De Oxymysine nihil est quod differamus. Nam cum frigida quædam Leonicus afferat, quibus coniçi posse (ut ipse putat) uideatur, Plinium de Oxymysine, Rusco, & agresti Myrra quandoq; dubitassem, cum Plinio tandem conuenit. Voluit (ut arbitror) Nicolaus ostendere, scire se, quod Oxymysine Bruscus esset, quem ueteres Ruscum dixerunt, aurore Plinie: quæ grande aliquid, ac secretius quiddam in herbaria prolatus. Etsi facultates supponens, Plinii quoq; predarguisset, qui non ideo Oxymysinem non agnouit, quia plures de ea sententias recitauit. Sicut cum inueniri aliquos dixit, qui Acorum Oxymysines radicem esse crediderunt. Sed inuenit tandem Nicolaus, Plinium a Castore suo, a quo tam multa, & hoc quoq; didicis. se, quod Oxymysine Bruscus esset. Atq; ita nisi subuenisset Castor, inquererat Plinius. Vide

quam sint oiosae hominis huius commentationes.

A

¶ De AERA, & LOLIO.

Qui de herbis dicturus est, eum ego non tam librorum quam telluris, non tam literarū quam agrorum studiosum esse oportere censeo. Nec tatis esse ad herbariam perdescendam tradendam & herbarios scriptores legere, plantarum uidere picturas, græca uocabularia inspicere, magistris unitus uerbis addictum esse, sed rusticos, montanosq; homines interrogare oportet: herbas ipsas inspicere, uestigare differentias, & si fieri potest periculum facere, experiri; rimari quid una quæc in morbis possit. Cum haec uidenda sunt, tum uero illud est hominis eruditio, grauis atq; prudentis, cum de magnis uiris iudicaturus est, diligenter eorum uerba perlegere, librare, exquirere, sibi q; ipsi persuadere, nihil frustra, nihil temere a tantis uiris dictum esse. Tum uel benigna interpretatione, uel constanti iudicio quæ scripta sunt tueri. At si id quoq; fieri nequit, & quæc in morbis possit. Cum haec uidenda sunt, tum uero illud est hominis eruditio, grauis atq; prudentis, cum de magnis uiris iudicaturus est, diligenter eorum uerba perlegere, librare, exquirere, sibi q; ipsi persuadere, nihil frustra, nihil temere a tantis uiris dictum esse. Tum uel benigna interpretatione, uel constanti iudicio quæ scripta sunt tueri. At si id quoq; fieri nequit, & quæc in morbis possit. Cum haec uidenda sunt, tum (quod in Empedocle desyderat Aristoteles) validissimis ea rationibus, argumentis, demonstrationibusq; confellere. Hæc cum in superioribus in Leoniceno nostro semper delyderauerimus, in quibus certas calumniæ notas contraxit, in his præsertim Lolio scilicet & Auena de quibus nunc agimus, mirū in modū errasse uisus est.

Aera & Lolium Leonicenus inquit idem sunt: Auena quoq; & Aegilops, idem. Mirari se ait, cum sint eadem, Plinium illa pro diuersis accepisse: aut græcis cognominasse uocabulis, cum latina suppeditarent, Miror ego Nicolaum ipsum unus cum sit, tam diuersa a ueritate sentire: & latinus homo cum sit, græcis magis uocabulis quam latinis rebus insistere. Ac primum quidem est, Aera & Lolium idem sunt: si Auena & Aegilops idem, non uideo, cur mirabundus adeo toto isto suo libello Leonicenus errori tribuit. Si Plinius eandem herbam nunc latina, nunc græca denominatione commemorat, quod non Plinius modo toto opere, atq; in mente, ut error est, eandem herbam utraq; lingua describere. Sed nos ideo diuersis appellationibus cognominasse illas Plinium dicimus, quia quamquam unius sint generis, diuersæ tamen & figura & potestate sunt & natura; in his primum Plinius autoritas, tum ratio, proxime res ipsa argumento nobis erunt. Sic igit ordiemur ut rem ipsam lucidius explicemus.

Frugibus, siue ea legumina, siue frumenta sint, quicquid noxiū esse solet, diuersis nominibus a Plinio, Columellaq;, tum accuratissimis quibusq; scriptoribus appellatur. Nam quod coelo prouenient noxiū, id nunc malum, nunc iniuriā uocat Plinius: ut hymbres, nebulas, uentos, grandinem, robiginem, uolucres. Quæ uero a terra afferuntur damna, nunc frugum pestes, uocant in quibus uligo, amaror, caries: tum eruca, culex, limax, talpa, phalangus, atq; huiusmodi bestiæ continentur. Nunc morbos appellant, ut Lolium, Tribulos, Lappam, Aetam, Aegilopen, Pelecinum, atq; eiusmodi cætera. Quæ uero uei ipsiis seminibus accident, ita ut corrupta uel mutentur, uel degenerent, siue interiori ipsorum seminum cauſsa, siue cœli temperie, ea frugum uitia nuncupant. In hijs abortio, luxuries, uanitas, bromus, auena, urtica, siligoq; connumerantur. Hæc Plinius ingeniosissimus scriptor, sua illa incredibili dilectione plicium præcipue, sed quicquid litteris aliquid mandauere, factitarunt. Nam si error est, ut error est, eandem herbam utraq; lingua describere. Sed nos ideo diuersis appellationibus cognominasse illas Plinium dicimus, quia quamquam unius sint generis, diuersæ tamen & figura & potestate sunt & natura; in his primum Plinius autoritas, tum ratio, proxime res ipsa argumento nobis erunt. Sic igit ordiemur ut rem ipsam lucidius explicemus.

Frugibus, siue ea legumina, siue frumenta sint, quicquid noxiū esse solet, diuersis nominibus a Plinio, Columellaq;, tum accuratissimis quibusq; scriptoribus appellatur. Nam quod coelo prouenient noxiū, id nunc malum, nunc iniuriā uocat Plinius: ut hymbres, nebulas, uentos, grandinem, robiginem, uolucres. Quæ uero a terra afferuntur damna, nunc frugum pestes, uocant in quibus uligo, amaror, caries: tum eruca, culex, limax, talpa, phalangus, atq; huiusmodi bestiæ continentur. Nunc morbos appellant, ut Lolium, Tribulos, Lappam, Aetam, Aegilopen, Pelecinum, atq; eiusmodi cætera. Quæ uero uei ipsiis seminibus accident, ita ut corrupta uel mutentur, uel degenerent, siue interiori ipsorum seminum cauſsa, siue cœli temperie, ea frugum uitia nuncupant. In hijs abortio, luxuries, uanitas, bromus, auena, urtica, siligoq; connumerantur. Hæc Plinius ingeniosissimus scriptor, sua illa incredibili dilectione plicium præcipue, sed quicquid litteris aliquid mandauere, factitarunt. Nam si error est, ut error est, eandem herbam utraq; lingua describere. Sed nos ideo diuersis appellationibus cognominasse illas Plinium dicimus, quia quamquam unius sint generis, diuersæ tamen & figura & potestate sunt & natura; in his primum Plinius autoritas, tum ratio, proxime res ipsa argumento nobis erunt. Sic igit ordiemur ut rem ipsam lucidius explicemus.

Frugibus, siue ea legumina, siue frumenta sint, quicquid noxiū esse solet, diuersis nominibus a Plinio, Columellaq;, tum accuratissimis quibusq; scriptoribus appellatur. Nam quod coelo prouenient noxiū, id nunc malum, nunc iniuriā uocat Plinius: ut hymbres, nebulas, uentos, grandinem, robiginem, uolucres. Quæ uero a terra afferuntur damna, nunc frugum pestes, uocant in quibus uligo, amaror, caries: tum eruca, culex, limax, talpa, phalangus, atq; huiusmodi bestiæ continentur. Nunc morbos appellant, ut Lolium, Tribulos, Lappam, Aetam, Aegilopen, Pelecinum, atq; eiusmodi cætera. Quæ uero uei ipsiis seminibus accident, ita ut corrupta uel mutentur, uel degenerent, siue interiori ipsorum seminum cauſsa, siue cœli temperie, ea frugum uitia nuncupant. In hijs abortio, luxuries, uanitas, bromus, auena, urtica, siligoq; connumerantur. Hæc Plinius ingeniosissimus scriptor, sua illa incredibili dilectione plicium præcipue, sed quicquid litteris aliquid mandauere, factitarunt. Nam si error est, ut error est, eandem herbam utraq; lingua describere. Sed nos ideo diuersis appellationibus cognominasse illas Plinium dicimus, quia quamquam unius sint generis, diuersæ tamen & figura & potestate sunt & natura; in his primum Plinius autoritas, tum ratio, proxime res ipsa argumento nobis erunt. Sic igit ordiemur ut rem ipsam lucidius explicemus.

Frugibus, siue ea legumina, siue frumenta sint, quicquid noxiū esse solet, diuersis nominibus a Plinio, Columellaq;, tum accuratissimis quibusq; scriptoribus appellatur. Nam quod coelo prouenient noxiū, id nunc malum, nunc iniuriā uocat Plinius: ut hymbres, nebulas, uentos, grandinem, robiginem, uolucres. Quæ uero a terra afferuntur damna, nunc frugum pestes, uocant in quibus uligo, amaror, caries: tum eruca, culex, limax, talpa, phalangus, atq; huiusmodi bestiæ continentur. Nunc morbos appellant, ut Lolium, Tribulos, Lappam, Aetam, Aegilopen, Pelecinum, atq; eiusmodi cætera. Quæ uero uei ipsiis seminibus accident, ita ut corrupta uel mutentur, uel degenerent, siue interiori ipsorum seminum cauſsa, siue cœli temperie, ea frugum uitia nuncupant. In hijs abortio, luxuries, uanitas, bromus, auena, urtica, siligoq; connumerantur. Hæc Plinius ingeniosissimus scriptor, sua illa incredibili dilectione plicium præcipue, sed quicquid litteris aliquid mandauere, factitarunt. Nam si error est, ut error est, eandem herbam utraq; lingua describere. Sed nos ideo diuersis appellationibus cognominasse illas Plinium dicimus, quia quamquam unius sint generis, diuersæ tamen & figura & potestate sunt & natura; in his primum Plinius autoritas, tum ratio, proxime res ipsa argumento nobis erunt. Sic igit ordiemur ut rem ipsam lucidius explicemus.

Herbarij bo-nofficium.

B
Noxia frugi-
uaria.

C possit (quod Theophrastus & Galenus scribunt) non negaverim, quippe quod Lolij species Aetra quoque sit. Sicut & illa etiam quam Lillirinam uulgo dicimus, qualis Lolliarinam: seu magis (ex Theophrasto) Linipiranam dixeris: que longiores quidem spicas, sed breuioribus ac dentibus ferat calamis: nec iunctis spicatum seminibus, sed in ramusculo alternatum dispositis. Loli um ergo triticeis pene folia recto calamo nasci, nec complexu, uinculoue illo tritico adherere, plusquam ut probari oporteat manifestum est: spicam uero hordeo similem, uerum angustiore, ac sine aristis profert: in qua exiguum quidem ut minutae Auenæ, sed non ut Aera minimum semen, acuminato & obrotundo gerit regmine: non recticaulis est, uerum implicat, circumiectaque cum Triticum, tum Fabam, & complexu illo attrahit, nec atque. Quis ergo Aeram et Lolium idem esse dicit: cum & grammatici quoque scribant, Lolium graeco uocabulo non Aeram, sed Zizaniam dici. Hieronymo quoque in Matthei interpretatione dicente: Inter triticum & zizaniam, quod nos appellamus Lolium, quamdiu herba est, neandum cultmen tenuit ad spicam, grandis similitudo est, & in discernendo aut nulla, aut difficilis distantia. Quid igitur Aerum quoque & in Lolio Zizaniaque (præter genus) commune? Age & hoc adiungamus, quod uulgo quoque & in Cisalpina Gallia, & apud nos herba haec (Aeram dico) si modo coniectura non fallitur (neque enim decernentes, sed excitantes ac disceptantes dicimus) Veludula dicitur: quasi uolutula: quod Tritici scilicet, Fabæque caulis aduoluatur. Quod uero uertigines illa quoque in pane si comedatur faciat (quod malum Lolio tribuimus) non propterea Lolium ipsum erit: cum noxiis uires duabus, pluribusue, & diuersissimis etiam herbis esse nihil prohibeat, atque his præseruit quæ genitio unitate conueniunt. Sed & eadem herbam Lolium, & Aeram esse, tametsi Lolii Aeræ quoque a quibusdæ dicatur, nec Dioscor, nec Galenii autoritate conuincimur: cum Aeræ quidem uires ambo describant, figuram uero qualitatemque neuter demonstrent.

¶ De A U E N A , & AE G I L O P E .

Auena duplex.

D Par in Auena & Aegilope ratio. De Auena Plinius, Galenusque, quod homini in cibatu quandoque fit, quod iumentis in pabulo referunt, nos quoque in Gallia passim uidemus equos, mulosque Auena uesci: Aegilope uero, quæ sylvestris Auena sit, quis unquam uidit uel iumenta uel homines uesci? Tum Auena tritici & hordei uitium est: quod quotiens, quaque ex cauilla fiat, duodeuigesimo uolumine docet Plinius. Aegilops uero (ut eodem loco Plinius) Hordei orbus est proprius, non uitium, & hordeo innascitur: quod quinto quoque & uigesimo uolumine refert: Aegilopas dicens eiusdem nominis herba sanari quæ in hordeo nascitur tritici folio. Quis præterea nescit (populo eriam teste) duo esse Auenæ genera: Frugiferum unum: Sterile alterum: uel prodente Virgilio, qui bis steriles Auenas dominari cecinit, & uiri campum Auenæ frugiferæ segete scripsit. Auenam quoque sativam esse, & propriam naturam habere, in de agricultura libro Columella demonstrat. Eius quippe sationem docet, & partim in sonum, uel pabulum cedi, partim semini custodiri scribit. Dioscorides quoque ille (quo uelut Aiacis chipeo tectus Nicolaus iusultat) de Auena, Aegilopeque seorsum tractans, diuersas illas esse indicauit. Nam Bromi quidem duas species. 1. uolumine cum referat, secundam a Romanis inquit Auenam uocari: tum. 2. uolumine Aegilopem quoque a Romanis Auenam dici affirmat. Ad Auenam uocari: tum. 4. uolumine Aegilopem quoque a Romanis Auenam dici affirmat. Adeinde, quod ambabus glumæ, quibus semina integunt, eiusdem sermæ figuræ cum sint capillamenti hærentes, non spicis, auenæ tamen frugiferæ densiores grauioresque sunt: tum semina alba, gracilia, quasi minutum hordeum dixeris: Aegilopis uero maiora, nigra, hirsuta, gemmis bifurcata cuspidibus: quam Auenam græcam uigesimo uolumine Plinius nuncupasse uidetur: cum Bromi similis herbæ (quod & ipsum frugum uitium est) figuram, facultatemque enarrat. Vis Auenæ & Aegilopis insignes alias differentias referant: Auena ex his est, quæ maxime in frumentaceo genere nude sunt semina: ut hordeum quoque, & halica. Ast omnium seminum, maxime Aegilopen, natura operuit. Auena præterea cum Hordeo fere & seritur & metitur: Aegilops uero (quod mirere) non nisi post annum ex sermine suo (Plinio autore) nascitur. Si hæc igitur & Dioscoridis, & Plinij scriptis & rationibus, & rei ipsius evidentia, diuersa clementia strantur, quis Nicolaum Leonicum non errasse, immouero non piaculariter taxare non sit ueritus? Nec Auengere, nec Dioscoridis uerba, nec rei ipsius differentias proprietatesque perspexit. Quid uero de his uocabulorum interpres referant, ipsi grammatici uiderint. Nos Plinio, prudentissimum naturalium rerum scriptori, tum rebus ipsiis, atque oculatis (ut aiunt) testibus, credamus.

¶ De N A R D O G A L L I C A , & S A L I V N C A .

Sed nec in Saliūca quæde, & Nardo gallica felicitas accusator nos fieri Leonicum. uersata est Plinio pri-

A

num imputare uidetur, quod Nardum Gallicam appellauerit, quam Dioscor. Celticam nuncupauit. Nonne hominū uita ex hoc Pliniū errore pericitatur? Gallicā Nardū dixit Plinius, cum Celticam Dioscorides dixerit; quasi quos græci Celtas dicunt, nostri Gallos non appellen: aut non omnes Galli celtæ quondam dicti sint, aut Celtæ galli non sint, ad australem Cemeni mon-tis plagam, & Massiliæ, ac Narbonis pelagus habitantes, rupesq; Alpium attingentes. Latne denominavit herbam Plinius, Dioscorides græce: a prouincia Plinius, a prouinciae parte Dio-scrides: re nomineq; coueniunt, & cognomine quoq; non dissident. Dioscoriden præterea scribere Nicolaus inquit, quod Nardum hanc gallicam, quæ in Liguriæ alpibus nascitur, in-coll; Saliuncam appellant; unde errasse Plinium insinuat, quod pro diuersis Nardum gallicam, & Saliuncam acceperit.

Sed diuersas esse Nardum Gallicam, & Saliuncam herbas, origo primum facit ut creda-mus: cum in Liguriæ alpibus, uel ad Ligerim amnem, qui in Gallia est (ut ex græcis codicibus unus habet) Nardus nascatur Gallica: Saliunca uero in Pannonia, & Norico, & urbe Epo-re-dia, Alpiumq; apricis. Figura proxime, & herbarum ipsarum diuersa descriptio, quod uel uno quoq; Pliniū uerbo facile datur agnoscere: qui Nardum gallicam (ut Dioscorides) fasciculis alli-gari inquit, & comitem illi adnasci Hirculum herbam. Saliunca uero incomitata, humi-lem (ut Vergilius inquit) & breuem, & quasi manu pressam esse: atq; ideo ad coronamenta non pertinere (quamquam nobilissimi odoris sit) quia neci non possit: Tantæ uero soliditatis, ut metallum esse cœperit: etiam si mendoce, non soliditatis (ut uetus habet lectio) sed suavitatis scri-putum sit. Facultas tertio itē herbarum diuersitatem arguit. Quamuis etenim odoratae sint am-bæ, uires tamen differentes utriq; Plinius tribuit. Nomen postremo herbarum ipsarum differen-tiam profus aperit: cum Nardus illa siue celtica, siue gallica cognominetur: Saliunca uero, & Orcitum yra (autore Seruio) uulgo dicta est, hodie quoq; romana spica dicitur. Sunt qui eam esse putent, quam officinae Rosam sanctæ Mariæ nuncupent. Quorum opinionem, quando Plinius picturæ multa ex parte congruit, non improbamus, & omnino probare sublissimus. Cum ergo & origine, & figura, & facultate, & appellatione Nardus gallica, & Saliunca dif-ferant, nō errasse Plinium dicere, æquum est: Leonicenū uero iure clamandum esse, qui nec ista priusquam accusaret pensauit.

Hoc ex abundantia adhucere uisum est: quod Saliuncam a Nardo Gallica diuersam, Diosco-ridis autoritate Pandectarius facit: tantum uero abesse, ut Dioscoridis unam esse crediderit, ut illum inducat eos arguentem, qui Saliuncam Nardum Gallicam esse dixerunt. Hoc tamen in græcis codicibus dicentem: Dioscoriden non comperimus: nec Saliunca in Nardo celtica men-tionem fecisse. Sic qui Dioscoriden (eum dico quem per hæc tempora medicilegunt) non tam latum quam barbarum fecit, si modo ueritatis aliquid ineptus ille interpres assecuratus est, Sa-liuncam & Nardum gallicam (ut diuersa) seorsum scribentem Dioscoriden facit: nos Plinium diligentissime eruditio[n]is hominem, rationemq; ut diximus, & rem ipsam complectimur.

De s i o, & s i l a o.

Vana quoq; & inepta prorsus de Sio, & Silao disputatio. In erratis Pliniū Leonicenus de-purat: quod Sium, Silaumq; pro diuersis posuerit. Leoniceni uero rationes superioribus qui dem non dissimiles sunt. Quoniam inquit, sine dubio Silai, & Sij descriptio ei herbae quæ uel go Crision dicitur, competit. At si pro Silao Sion legendum sit, frustra duobus locis eadem herba repetita. Sed uide, ut diligenter inspexit, ut dialecticæ argumentatus est. Duæ sunt herbae & Silaus & Sium: nec frustra seorsum positæ, ut dicit. Silaus nascitur glareosis & perennibus riuis, cubitalis, Apñ similitudine: coquitur ut olus acidum, siue acedum. Acedaris enim herba ipla competit. Hæc Pliniū de Silao descriptio. Sij uero hæc est. Sium latius Apio, in aqua na-scens, pinguius, nigrius, copiosum semine, sapore Nasfurth: crudum coctumq; sumitur. Hanc quoq; Plinius Lauerm interdum appellasse uidetur. Confer Leonicene, si placet, utriusq; herbae descriptions, & tuo Crisioni compara. Silaus Apio similis, Sium latius Apio, pinguius, nigrius. Silaus glareosis, & perennibus riuis nascit: Siū in aqua quæ & non glareosa esse potest ut lacustris, fontana, putealisq; est. Silaus cubitalis est: Siū humile, aquæ paululū quiddā supere-xans. Silaus coquit ut olus: Siū crudū, coctumq; sumit, ut Lauerē quoq; Plinius docet. Silaus, acidū olus est: Sio uero Nasfurth sapor. Vnde Nasfurth aquaticū appellasse Siū recētiorū quos esse dicet. Age, & uires, potestateq; comparemus. Calculis, renibus, urinis, lienis, mensibus, acidū olus est: Sio uero Nasfurth sapor. Sapor ergo, color, magnitudo, ususq; differunt. Quis tam diuersas herbas unam acidū olus est: Sio uero Nasfurth sapor. Ut lacustris, fontana, putealisq; est. Silaus nil horū: sed id solū tri-ble: Neq; ep̄ ideo parem potestatem Silao dices, quod uelice utilis sit; Sium uero calculis

Nardus Gal-līca, & Saliu-nca diuersæ her-bæ.

B

Sium,
Silaum,

Curiniſq; proſit: quæ malam uefficacem maxime infestare uidentur: quoniā & uefficacē plures etiam morbi contingere poſſunt: ut collectio, ulcus, ſcabies: quibus efficax Silai remedium eſt. Sed nec putasse Pliniū, eandem herbam eſſe Silaum quæ Sium, ex eo quoq; inspicere licet, quod eodem loco Plinius libro .f. 26. poſt Silai remedium ad tres fere uerſus in calcui curatio- ne, Reliquum inquit ex uiro, tum Sio, & Vrtica Marina: & daucum, & plantaginis ſemen ex ui no. Necq; uerifiabile cuiquam fuerit, eodem pene uerſu, Silai, S̄iç (ſi una herba eſſet) ut diuersarum mentionem a Plinio factam eſſe. In quo hoc quoq; eſt animaduertere (ut mirum Pliniū or- dinem conſyderes) quod ab nono quinti & uigiliū uoluminis capite, unde generatim, mem- bratimq; de ſingulis corporum morbis remedia ſubtexere incipit, nullam, aut raramex his her- bam deſcribens pingit Plinius, quas ſuperioribus libris ante deſcriperat. Magnum argumen- tum, Silaum, Sium non eſſe: cum eodem loco Silaum, nusquam alias adductam pingat: Sium can- uero, quam .22. pinxerat, nominasse eodem loco ſatis duxit. Hæc cum ita ſint, quis uel accu- tum Pliniū lectorum, uel iustum accusatorem Leonicenū dicet, qui cum Silaum, & Sium can- uero, quam nunc Crisionem dicimus eſſe crediderit, hoc ſaltem ignorare non debu- it? Crisionem breuem herbam humilemq; eſſe: ut iam Silaum eſſe non poſſit, quæ cubitalis eſt.

Sium.
Crision.
Lauer.
Lauendo.

Silaum.

Cannafiolū.

D

Vis ut & rei ipſius euidentiam in medium afferamus: ne non tam Leonicenū refellere, quam noſtra legentibus prodeſſe (quantum per nos fieri poſteſt) uoluiffe cognoſcas: Silaum eam herbam eſſe ſatis conſtat, quam togata Gallia Crisionem, Umbria Lauerum, Pictens Lauen- doneq; uocant: uidentur enim hæ quoq; appellations cum priscis Dioscoridis, Pliniū ſu- bulis conuenire. Nam Silaum, Lauerdum dici Dioscorides ſcribit. Et Lauerum pro Sio uſup- re Plinius uidetur. Crision uero, unius syllabæ detractione, facile tranſit in Silaum. Iphius quoq; herbae cum natura, tum bene olenſ ſapor floris etiam, & ſeminis non iniucundus odor facile perſuadent. Silaum uero herbam glareofis, & perennibus riuis naſcentem, edulij ſratam, quæ in Ariminensi uicinisq; Flaminiae uiae riuis, & in Hetruria plurima conſpicitur, cubitalis, ſa- peq; altior, Pisaurenſes Cannafiolum uocant: Ex eo ut opinor dictam, quod caulem inanem Cannæ ſimilem habeat, quaſi Cannafilaum dixeris. Noſq; illam aceto ſaleq; conditam, non in- gratam experti ſumus, frequenterq; gauſtavimus. Atq; ut Sium, Silaumq; diuersæ apud Pliniū herbae ſunt, ſic Crision, Cannafiolusq; apud omnes diuersi. Hactenus quantum in nobis ſuit hiſ respondimus, in quibus Pliniū Leonicenus iniquiſiſme damnat; quod ſcilicet eadem her- bas, ob nominum uarietatem, putauerit eſſe diuersas.

¶ De C I N N A B A R I.

Cinnabarin, qua in pictura, medicamentisq; utiſur, quamq; noſtra tempora Sanguinem draconis appellant, Dioscorides Metallicum eſſe putat (Leoniceno autore) atq; in Libya naclit rametiſi fodieri, concinnandiq; metalli huius (quod in alijs fecerat) rationem, autoritatē temque afferat nullam. Leonicenus, qui ſoliuſ Dioscor. autoritatē, ſine iudicio, ſine delectu ſequen- dam eſſe ſemper cefet, ideo erraffe Pliniū arbitratur: quod Cinnabarin ſcriberit elephan- rum, draconumq; ſanguine permixto fieri: dum pugnantes pariter decumbunt, obtriuq; ele- phanti interit draco. Verum non erraffe Pliniū tum maxime omnes intelligent, cum de Cinnabari quaē dicuntur, ſingula quaēq; deſcripſero: & nodos illos quibus intricatum Leonicenili- bellum uides, explicauero, priuq; adſtipulantem Pliniū Iulium Solinum adduxero, de Cinnaba- ri in collectaneis ad hunc modum ſcribebitem. Dum ruunt elephantri, dracones obruuntur, ſic utrinq; fuſus cruoſ, terram imbuīt, fitq; pigmentum quicquid ſolū tinxerit, quod Cinnaba- rin uocant. Hæc Solinus. Nunc de Cinnabari quantum collegimus eloquamur.

Cinnabaris quidem nomen noſti latinum, aut græcum eſt, nec Libycum, ſed Indicum, ſang- uinemq; elephantri & Draconis permixtum ſignificat. ut .3. & .30. uolumine autore eſt Plinius. Barri quoque, barbaro nomine elephantri dicuntur. Victorem, barricq; canem, rabidiq; leo- nis, geographus uates inquit: & nigros barros Horatiuſ memorat: unde fortasse & nomen i- plum Cinnabaris manare potuisse uidetur. Colorq; eſt floridus, ſanguinem repreſentans, inter eos qui mixtura finguntur connumeratus, medicinæ habilis & picturæ. Cinnabaris quoq; alia dicta in duo diuiditur genera. Vnum quidem metallicum, natuumq;: quod in Libya, alijsq; in locis effoditur, Hemathiti lapidi colore ſimilis: quemq; a coloris quoq; ſimilitudine aliquos Sanguinem draconis nominasse Dioscorides ſcribit: & ab Indica Cinnabari nomen cognomēto Ser- non absurdē fortasse crediderim. Cinnabaris alterum genus metallicum quoq; eſt, ſed ſadicit: ex uiuo. f. argento & ſulphure. Cuius conficiendis rationē Bulcafis quidā arabs cognomēto Ser- uitior tradidit, quo pichtores per hæc tempora (Cenabriū uocantes) utiſur. Minū qd graci Mil- ton uocant, metallicū quidē origine eſt; Plinio, Dioſc. q; autoribus, ſed ſingit, digerit, ut Mi- niū eſſe poſſit, colorq; floridus. Cinnabaris ergo prima, propriaq; Indic., draconisq; ſanguis eſt Plinio, Solinoq; autorib. Altera quoq; ab Indica Cinnabari nomē traxiſſe per coloris ſimilitu-

Cinnabar-
is
duplex.

Bulcafis.
Cenabriū.

dinem uidetur, Metallica est, in duo diuisa: Natiuam scilicet, cuius Dioscorides meminit; et Faticiam, quam Bulcajis docet, approbatq; pictura. Syluaticus quoq; & Arduinus Pisauensis, qui de uenenis egregium illud uolumen scripsit quod nuper e tenebris erutum, cum Haliabatis voluminibus impressum uenditur: duo Cinnabaris metallicæ esse genera (ut nos quoq; nota-
vimus) prodiderunt. Sed & rarissimus pictor Ferrariensis Hercules, nostri Apelles temporis, uirtutib; apud nos fidem eorum quæ scribimus aliquando facturus seruat. Minium uero non Cinnabaris a græcis, sed Milton proprio uocabulo dicitur, cuius Plinius, Dioscoridesq; memi-
nere. Nam qui Minium, Cinnabarinc; siue natuam, siue facticiam idem esse putauerunt, aper-
tissime & pictorum sententia, & nominis diuersitate, & re ipsa falluntur. Potestatis uero differen-
tia Leonicenus in primis fallitur: qui superuacue (ne inepte dixerim) commonescit, nō Cinn-
abar, quam Cenabrum pictores uocat, in medicamentis que deuorantur ponant medici: cum
id non solum medici, seplasianq; fugiant, sed nusquam a medicinæ autoribus scriptum sit, me-
tallice Cinnabaris genera sorbilibus compositionibus, antidotis, catapotisue misceri. Si quis
autem e uetusissimis Cinnabarin forte compositionibus usquam posuit, de Indica. f. Cinnaba-
ri, hoc est, Draconis sanguine, cuius periculosus non sit usus, quamq; medicinæ & picturæ uti-
lidentur, paulo tamen dilutiorem Minium: unde omnis cum scriptorum, tum medicorum er-
runt. Non enim hoc agit Dioscorides (ut parum confyderans Nicolaus arbitratur) sed eos refellit,
qui Cinnabarin que in Libya nascitur, sanguinem Draconis appellabant. Aperte ex hoc insinu-
ans, & sanguinem Draconis, & Minium aliam quidem rem esse, quam Cinnabarim libycam.
Non ergo a Dioscoride dissentit Plinius cum diuersa tradant, sed cum Serapione potius, Au-
cenna, Constantinoq; negocium est, si sanguinem draconis opinatis sunt herbæ esse succum. Id
quoq; cum pigmenti, tum medicamenti genus, quod nunc uulgo sanguis Draconis dicitur, qd
quod plasianq; mercantur, & quo utuntur medici, duo habet genera. Vnum quidem in massa-
redactum, panis ferme instar, grauiuscum, fabrilis rubricæ colorem æmulans: quo ueterina-
tij medici ad malagmata, emplastraue utuntur, nec nisi apposititjs medicaminibus adhibetur.
Alterum genus leue, rubens, splendidum, minutis glebulis grummisq; constat, ad coagulati-
onem atq; atri speciem, pyxidibus asseruatur, longeq; preciosius, & in antidotarium usum
venit. Hæc duo genera (si diligentius colorem, leuitatem, nitorem, tum harenularum mixturā,
saporemque confyderes) mecum quoq; fatearis oportet, illam esse Plinij, Soliniq; Cinnabarin;
nec metallicum quicquam, nec herbaceum sapere, sed quod terræ hæsit magis, ac propterea ha-
renosum, minusq; purum est. Illud primum genus artificio purgari, atq; in eiusmodi pastillos di-
ctum, ac duratum, Sanguinem dices, uim illam medicam floridumq; colorem suscepisse, atq;
ideo originis quoq; nomen tenuisse. Nec enim, autore Plinio, uenenum habet Draco, immo ipsi
us ad ipsum uenenata fugiunt: atq; ideo medicinæ non minus utilis quam picturæ perhibetur.
Hujus quoq; Cinnabaris indicæ argumentum non leue est, quod Cinnabaris indicum (ut dixi-
mus) nomen est, non græcum, aut libycum: tum quod in hæc quoq; tempora negotiantes Ve-
neti, sanguinem hunc Draconis dictum, non e Tunete, Libycisue urbibus ad Italam deferunt,
sed ab Aegyptia Alexandria, in quam urbem uelut orientis emporium Indica omnia, & rubri-
maris, atque Aethiopum mercimonia comportantur. Hunc in modum igitur (quantum ex
librorum, reicq; ipsius diligentis uestigatione accepimus) ista se habent. Auicennam uero, ac re-
liquos qui sanguinem hunc Draconis esse herbæ succum putauerunt, refellere propositum
non est: illi de his uiderint qui arabicam medicinam diligentius coluerunt. Nos ista pro Pli-
nio (ut potuimus) respondimus: quemq; in illo literarum omnium, linguarumq; gymnasio, in
illo cõmuni gentium olim atq; artium domicilio urbe Roma, non segniter, neq; ociose moran-
tem, virū alioquin quas sine ulla exceptione scribit, certissimas in tanto mortalium concursu no-
tiones habuisse, uerisimilius multo est, quam quemuis græculum gentis suæ uoluminibus insu-
dantem. Nam quod ad Leonicenum hunc pertinet, qui non minori (ut est uidere) arrogantia
quam in superioribus imperitia, quod a P L I N I O de Cinnabari dicitur, putare se di-
xit esse fabulosum, ut qui rerum usum nullum tam facile mirabundus habere uideatur:
non ideo, cur Draconum, Elephantorumque permixtus sanguis, de quorum inimicitijs,

A
Arduinus de
uenenis.

Minium
Milton.

B
Sanguinis
draconis duo
genera.

Cpugniscq; non unus aut alter, sed omnes fere historici & naturalium rerum scriptores tradunt, in usum medicinæ uenire non possit. Quasi non difficilis, aut incredibilis multis Chrysoclam, Miniumq; hoc est, aurí, argentiq; saniem ex intimis terrarum haurire uisceribus, quam fulam pugnacissimorum animalium sanguinem ex summa telluris cute colligere: ac muricatum, Purpurarumq; saniem majori certe quam Cinnabaris impendio ac labore conquistatam uictum, eis Romæ opibus, & totius orbis luxuriæ suffectoram, infectorum quondam officinæ non emerint. Et non Indus quoq; & felix Arabs odorata illa excrementa (quæ Muscum uocant) fertissimi pardorum genere animalis, petrarum saxorumq; mucronatis derafa uerticibus, ad nos immensis precijs etiamnum comparanda transmittrant: ac non lapidem quendam medicinæ quoq; usibus efficacem Lyncum lotio in harenis gigni, atq; ob id Lyncurium dictum medicci crediderint: et humanorum cadauerum saniem, in ea quam Mumiam uocant, fastidienda tiam remedij mixtione, uel fabulosissima inuentione reperient.

CFINIS Collinutianæ Responsionis.

CHEREMANNVS Comes a Neuenare,
Ioannis SCHOTTO.S.

Annotationes Herbarum quarundam Schotte chariss. quas ad te misi, nolim edendas, nisi æquus lector prius præfatione quapiā sit admonitus, me ista annotasse anteçq; mihi Leonicenus sit uifus, quem comperi in eodem argumento fuisse occupatum: cuius tamen sententiæ in omnibus non accedo, ueluti de Hÿpericone, & paucis alijs. Visus autē mihi ante multos annos in Italia Leonicen. & illius quædā opuscula: quas autē de Plinijs erroribus, atq; in hoc genere scripsit adnotaciones, non uidi, nisi ante paucos menses, ex quadam impressione Basiliensi. Ne uero lector quispiam nasutior, me ob id furti accusandum putet, quasi qui alienis uigilijs, tanq; proprijs uti uidear, malim nostra illa supprimi, quam alicui ansam pare falso calumniandi nostram innocentiam. Missurus tamen sum Gerardū nostrū post festa isthęc Natalitia, qui mentem meam latius tibi exponet. Ille etiam Horatianum nostrum secum adferet, in quo castigando adhuc laboramus. Vale, Coloniæ. 16. Decembris. Anno M.D.XXIX.



HEREMANNI Comitis a Neuenare An
notationes aliquot Herbarum.

De Oxylapathio, Lapathio & Rumice.

NA D E S C R I P T I O N E D I O S C O
rides tres species Lapathi confundit: licet alteram satiuam, alteram uero speciem sylvestrem esse dicat. Quod autem Lapathon inter olera antiqui re
posuerunt, facit, ut ego id ipsum minime credam esse Lapathū acutum, id quod hodie sic uocatur, herba scilicet omnino insipida, sponte crescenti ubiq; fere. Quare mea saltē sententia, Lapathon inter olera cōnumerāū aliquid est ex herbis quas hortenses & satiuas appellare solemus. Vnde il
lam coniectura nō ualde remota suspicamur esse eam, quam hodie Spina
chiam appellant, magnam habentem cum Acetosa similitudinem, nisi qd
folia habet molliora, magisq; pallentia. Accedit huic sententiæ Serapion;

Lapathium
acutum.

Lapathum
Spinacia.

in cap. de Spinachia, ubi illi tribuit mollire uentrem, id quod etiam Laz
patho Dioscor. tribuit. Altera autem sylvestris species, folio proxima
Plantagini, forte est, quæ Lapathium acutum hodie uocatur, Quod aut
em Oxylapathon uocat Dioscorides, & ipsum acri gustu esse describit,
magis ad eam herbam pertinere existimo, quam uulgaris medicorum ho
die uocat Acetosam. Quod & Serapion Arabs in sua descriptione ani
mauerit. Nam omnia quæ ex Dioscoride citat in capitulo de Acetosa,
illa a Dioscor. narrantur de Oxylapathio. Credo autem recentiores me
dicos errasse in hoc, quod Lapathium acutum a foliorum acuminis di
ctum putauerint: cum illud a sapore potius dictum esse intelligere debu
issent. Nam & ἄριν acetum dicitur, unde recte Acetosam, sed rectius Lapa
thium acerosum uocassent. Constat autem Acetosam inter condimenta
atq; olera quæ cruda comeduntur, etiam hodie in usu esse coquorū. Vn
de a veteribus Rumex dicta, etiam inter cibos numerabatur. Lapathium
autem illud acutum quo ad scabiem utuntur medici empirici, tam est in
sipidum, & etiam palato ineptum, ut nemo unquam id ipsum culinæ de
putauerit. Alia etiam erroris causa, uideri potest semen utriusq; her
bæ: quod adeo simile est, ut nisi folia diligenter inspiceris, saepe unum pro
altero sumere possis. Verum Galenus distinguit Lapathi species, esse a
liam quidem insipidam, aliam acutam saporis. Vnde utramq; herbam sub
Lapathi nomine comprehendere possumus. Ego tamen quoties Oxy
lapathion ab autoribus ponitur, siue Lapathium acutum, ipsam Aceto
sam ponendum esse affirmo, manifesto errore medicorū prodito in hei
ba quæ Lapathium acutum dicitur. Præterea in capitulo apud Diosco
ridem, omnia quæ de Oxylapathio medicamenta scribuntur, multo ma
gis Acetosæ conueniunt, quam Lapathio acuto: ideoq; etiam a Serapio
ne ad Acetosam referuntur: uidelicet, quod coliacis, ac disyntericis pro
fit ex uino pota: quod stomacho detrahat fastidia, nimirum propter sa
poris acumen: quod ictibus scorpionum medeatur. Quod autem Lapa
thio acuto magis in scabie & pruritu empirici usi fuerint, errori potius tri
buendum, quam experimento putauerim: quandoquidem Acetosa si
eodem modo præparetur, multo citius pruritum tollit, scabiemq; exiccat
& sanat: quod nos ipsi non semel experimento comprobauimus. Quod
etiam Dioscorides ait Oxylapathion locis palustribus frequentius nasci,
non parum confirmat nostram de Acetosa sententiam.

C I C L A M I N O S , C I S S A M P H Y L L O N P E L O S , Volubilis.

Nota, quod Dioscorides sub nomine Ciclaminos, Cissamphyllon, uel
ut alij rectius legunt, Cissampelon ponit. Idq; eo factum est, quod mira
sit huic herbæ cum Ciclamo in folijs congruentia. Verumtamen diuer
sas esse species etiam Dioscorides testatur. Porro Ciclamen uerum, id est,
Panis porcinus, omnibus nota herba, cuius radix in precio habetur pur
gandis melancholicis humoribus. Altera autē species, uidelicet Cissam-

Oxylapathi
um, Acetosa,

B

Acetosa con
tra scabiem.

Cyclamen;
Panis porci
nus.

C phylon, siue Cissampelos, est Conuoluolum apud Plinium uocatum, a nostris Volubilis media, uulgo Cymbalaris, aut Campanella, Cissampelos a Leoniceno. Dicta est Hedera uitealis: eo quod uitibus adhæreat, quemadmodum Hedera reliquis arboreis. Vnde etiam uineatoribus inuisa est, eam quotannis extirpantibus. Notat Leonicenus apertum erorem Auicennæ, qui pro Hedera hac usus est herba, in capitulo Cistos, seu rectius Cistos, quod est Hedera.

POLYGONON, GRAMEN,
CENTVM NODIA.

HAec herba uerum Granum est, Centumnodia dicta, siue Proserpinata. Quare ubiuncq; Graminis mentio habetur, non alia utendū est. Mirae efficacitæ herba, cuius si uires recte calleremus, profecto una innumeris morbis satisfacere posset. Recentiores pro Gramine aliquando alijs usi fuerunt herbis quam ista, uerum errore periculoso. Vnde hoc loco id ipsum admonere uolui. Pictura in meo Apuleio tam uiua est, ut exprimā magis dextere non possit.

CANTHEMIS, CHAMÆMILON,
Parthenion, Chamomilla.

Dioscorides in hūius herbæ uocabulo aliquoties uariat. Nam & Anthemium, & Parthenion, Chamæmilon ait uocari. Vtrumq; scilicet flore albenti per ambitū, intus uero aureo colore, siue luteo. Quare secundam spēm Hermolaus putauit esse Matricariā. Sed falsus meo iudicio, ex similitudine floris quæ est Matricariæ cum Chamæmilo. Serapion priorē pro Chamomilla, spēm recipit, hoc est, Anthemida. Nā quæcūq; in capite de Chamæmila ex Diosc. adfert, ea sunt apud Diosco. de Anthemide dicta. Vt cunctq; uero res habet, ambarum herbarum descriptio indicat eas omnino esse unius speciei & qualitatis. Nam odore pomi spirare ipsas nomen indicat Chamæmilon, hoc est, agreste pomum, flores in ambitu albos, intus aureos habētes. Quare siue Matricariam pro altera specie capiamus, hoc est, pro Parthenio, ut Hermolaus credit, siue aliam herbam quam cunctq; similem Chamomillæ, certe eas esse cōsimilis prope effectus necesse est. Crescit in segetibus uulgo herba adeo similis Chamomille, ut frequenter etiam herbarios decipiatur: cum folijs & floribus nihil penitus differre uideatur, odore tamen est deteriore. Germani eam herbam, Caninam, siue florem Caninum uocant. Odore eius capiti obest, & si crebro utaris, phrenesim inducere creditur. Forte hanc putauit Dioscorides esse Parthenion, quando illam odore subuiroso esse ait. Crescit inter segetes, & iuxta semitas, intermixta fere semper Chamæmilo. Quod autem potam cum melle ad instar epithimi, pituitam, atcq; bilem per interiora detrahe re Dioscorides asserit Parthenion, ideoq; melancholicis & suspiriosis operis pitulari, indicat ipsam uim habere euacuatoriam, fortioremq; quam Chamæmilon. Quod ego facile cum ex odore, tum etiā gustu illius herbae iudicauerim; quam Germani Cynobothanen, siue Cynanchemin uocant;

Alia species
Parthenij.

Hundesblüm

hoc est quod antea dixi. Florem Caninum: quamquam eā in iisu esse non
uideam, quare nihil etiam ausus sum diffinire. Quantum uero attinet ad
tres species Anthemidis a Dioscor. positas, quarum una albos, altera pur
pureos, tertia uero mellinos flores habeat, puto de illis herbis esse dictū,
quas Frumentarias uulgo appellamus. Inter quas sunt, quae flores habent
purpureos. Quidam Melanthion esse arbitrantur: eo quod semen nigrū
habeat. Sed Melanthion odoratus esse conspicitur. Verum locus subob
scurus est, quare alijs conjecturam permitto.

B V P T H A L M O N , C A P V T .

MONACHI, C H R Y S I O N .

Hanc herbam ob similitudinem cum Anthemide, nisi quod flores sint
paulo ampliores, similitudine oculū bouis referentes, unde nomen græ
cum sortita est, ego crediderim esse eam, quæ apud nostrates a quibusdam
flos sancti Ioannis dicitur, ab alijs caput Monachi. Quidam etiam uerna
culo idiomate florem Orbicu. arem, siue Annularem, propter rotunditaz
tem qua oculo assimilatur, appellant. Intus flores luthei sint, in ambitu
albi, quemadmodum Anthemis, siue Parthenion, id est, Chamæilon.
In campis & circa oppida (inquit Dioscorides) nascitur, apud nos fre
quentius in pratis & aggeribus prope riulos. Herba ad uarios morbos
efficax, quamquam raro ea utantur empirici nostri temporis. Valet ad
tineam, et serpiginem corporis, tam pota ex uino, quam etiam illita foras.
Apostemata etiam rumpit potui data, uel tanquam cataplasma superpo
sita. Cum radice & floribus eam carpere utilissimum est. Est & alia Buph
thalmon apud Dioscoridem, quæ etiam Chrysanthemon uocatur, ab au
reis folijs, ab alijs Chryslion, in segetibus passim crescens, floribus omni
no aureis, & oculi figuram referentibus.

Ryngelblum
alias S. Jos
hans blum.

B

C A R G E M O N I A , & E V P A T O R I O N .

Nicolaus Leonicenus inter medicos Italiæ præstantissimus, libro de er
toribus Plinij & Auicennæ, manifestissimum medicorum Arabum & o
mnium recentiorum in herba Eupatorio errorem monstrauit. Nam her
ba, quam hodie medici Agrimoniam corrupte, pro Argemone, siue Ar
gemonia uocant, ea uerum esse Eupatorion, ex Dioscoridis descriptione
facile probari potest. Cum contra nemo nisi iudicio penitus carens, Eu
patorion esse credere possit, quod pharmacopolæ hodie sic uocant, quod
& Auicenna & Mesue descripsere. Nam pro Eupatorio quidam utuntur
herba Ambrosiana uulgo dicta, alijs uero quadā herba, quæ iuxta aquas
frequens reperitur: quarum nulla flores habet lutheos, nec semen quod.
cum maturuerit uestibus inhæreat prætereuntiū, deinde nec serratim inter
secta folia uelut Canabis: quæ omnia in Agrimonia luce clarius uisuntur.
Quamq; autē Diosc. Eupatorion quibusdā etiam uocari Epatitin scribat,
quasi ad epar referendū sit τὸ ἐπατόγιον ἀπὸ τὸν ίππαρι. iecur: tñ ipsum
ab inuictore Eupatore, quēadmodū Valerianā, Centaureā, atq; alias eius
modi dictā potiis putauerim. Quare q̄squis est medicorū q̄ posthac Eu

Agrimonia
uerum Eupa
torium,

C patoria uti uelit, Agrimonia Eupatorij loco utatur confidenter. Quæ autem sit Argemone, siue Arthemon, ut Dioscorides uocat, non est meum diffinire. de prima enim specie apud Dioscoridem nihil adhuc certi possum statuere. De altera uero opinor idem quod Leonicenus, esse eam, quam Argentaream recentiores, & Apium hemorroidarum uocant, a colore foliorum dicta fortassis ἀργυρόν, i. argentea.

BORRAGO, BUGLOSSA.

Apuleiana piatura.

Q uæ hodie Borago ab Empiricis, & tota neothericorum schola uocatur uerum est Buglossum: ut interim admirari etiam cogar Herz molaum Barbarum, cur dubitauerit Boraginem inter Buglossi species connumerare. Nam & foliorum habitus, & flos, & tota uirtus Buglossum cum Boragine omnino conuenit. Verū id quod uulgo nunc appellant Buglossum, sylvestre genus, & uirtute etiam multo inferius est illo, quod in hortis seritur. In meo exemplari Apulei reperio Buglosson tam grazphice depictum, ea similitudine qua Borago passim uidetur, ut mihi propter uetustatem codicis, ea pictura sola satisfacere possit, si alia argumenta penitus deessent.

SANGVINARIA, GALLI CRVS.

H erba Sanguinaria de genere Graminis est, in Italia crebrior nascitur. Pueri naso summitatem imponentes, mox sanguinem profluere faciunt. D Ea Galli Crus a ueteribus dicta fuit. Quare errasse Hermolaus uidetur, qui Galli crus putat esse Cristam gallinaceam, similitudine quadam non minis falsus, cum crista gallinacia apud Dioscoridem manifeste sit specie Verbenæ, Sanguinaria uero Graminis.

CHAMÆPITYS, & HYPERICON.

L eonicenus Chamæpityn eandem esse putat quam & Hypericon. Licet autem Dioscorides Hypericon a quibusdam etiam Chamæpityn uocari afferat, ac Rutam quoq; sylvestrem, tamen uti diuersas postea species describit singulatim: Hypericon enim Rutæ folijs, alterum uero Semperuiuæ, atq; illæ aureis, hæc uero albis floribus. Quare inesse differentiæ ambabus aperte reperitur. Verum nostri temporis medici aliam somniauerunt Chamæpityn, herbulam passim in segetibus crescentem, odore nullo, flosculis subglaucis. Ego suaderem loco Chamæpitys Hypericon dari: idq; multo magis uelle, quam herbæ illam insipidā, nihilq; omnino habet: tem cum Chamæpity cōmune. Cum Hypericon etiā a quibusdam Chamæpityn dictam Dioscor. attestetur. Porro quæ a Diſco. Ruta sylvestris uocatur, eadem est cum Hyperico. nam una oīno descriptio est utriusq;

CASPLENION, SIVE SCOLOPENDRION, & POLYPODION.

S colopendrion quæ hodie a Medicis uocatur, non est ea quam Diſcor. & ueteres descripsierunt. Nam ea necq; pilosa, siue aspera folia habet, necq; scolopendræ serpentí assimilatur maculis. Vnde licet Diſcor. a Poſtlypodio eam discreuisse uideatur, tamen quia & Polypodium etiam Sco-

A
lopendron dicituocari, uel unam esse herbam, uel certe non admodum na-
tura ac specie diuersas. Quare malim medicos ea uti herba pro Scolopen-
drio, que Polypodium hodie uocatur, in saxis nascens, hirsuta, & maculis
veluti serpentis distincta. Verum men reperiit alia huic admodum con-
formis, ut ego unam fere speciem ausim affirmare, tametsi alter paulo ma-
gis referat Filicem, uulgo dicta a multis Cytracis. inter has alterutram Sco-
lopendriam esse putauerim: adeo omnia cum Dioscoride conueniunt.
De Polypodio id animaduertit Nicolaus Leonicenus.

B
V
IRACRIS INGENIJ LO. MAINARDUS FERRARIEN. errorem manifestum depre-
hendit neothericorum in herba Pentaphyllo. Nam quam hodie Penta-
phyllon uocant, herba est frigidæ complexionis, ubique crescens, insipida
penitus, & radices habens adeo tenues, ut uix appareat. Cum Pentaphyl-
lon herba a Dioscoride descripta, quantum ex uirtutibus & efficacia illi-
us deprehendi potest, natura acri & calida esse uideat, habeatque radicem
subrubeam, oblongam, Veratro nigro crassiorem. Quod autem uenenis
principue medeat, fecit, ut Mainardus putarit esse eam quam hodie Tor-
mentilla uocant: quæ licet plerumque septem folijs constet, tamen multis
etiam locis quinque foliorum reperitur. Ego huic opinioni facile accede-
rem, nisi Diosc. in descriptione subderet, eam habere flores in pallido can-
didos, quamquā Ruellius uerterit, in luteo pallidos, quod magis placet.
Tormentilla autem plane luteos, id est, aureos habet flores. Deinde idem
Dioscor. dicit eam habere radicem oblongam, crassiorem, quam Vera-
trum, digitu majoris crassitudine: Tormentilla uero radiculam habet ra-
diculari digiti majoris excedentem, crassitudine nunquam maior au-
to articulum digiti majoris. Nisi fortasse regionibus calidis, ubi Dioscor. uixit, crassio-
ribus radicibus nasci Tormentillam suspicandum sit. Quod autem Dio-
scor. scribit, Pentaphyllum a quibusdam Hermodactylon. i. Mercurij di-
gitum uocari, non nihil confirmare uidetur opinione Mainardi. Nam &
Tormentillæ radix abrupta est, & oblonga, ad instar articuli, siue digitii.
Vt cunctam tamen uidentur omnes effectus a Dioscor. attributi Pentaphyl-
lo conuenire, cum illis que neotherici Tormentillæ tribuunt. Nam & ipsa
uenenis medetur efficaciter. Disynteria radix curat. Constringendi uim
habet. Vnde etiam ad oris atque gulæ uitia accommodatur. In febris etiam
indifferenter ea utimur. Vulnera consolidat. Breuiter, omnia præstat, quæ
in Pentaphyllo narrat Dioscor. Quare moneo Empiricos, ut frigidam il-
lam herbam, Pentaphylli loco nō ponant inter antidota. Nam illa reper-
cutiendi uim habet, unde intus sumi non debet: cum omnia illa nisi in acu-
tissimis morbis ex caliditate, usui sint penitus interdicta.

C
VERBASCVM, ENVLACAM-

PANA, TAPSVS BARBATVS.
ENULAM Campanam Dioscorides Verbascum Ideam uocariait. Est autem
Verbascus de genere Phlomidum. Phlomidē autem esse, ex descriptio-

Ruellii uersio
probatori.

Tormentillæ
uirtus.

Cne eam herbam quam hodie Tapsum barbatū uocant, mea sententia fert. Indicat id flos lutheus, folia cū caule hirsuta, sed mollia, Lychnitim a græcis uocatam: quod ad lucernarū usum esse uideatur. Vnde apud nos uulgo Candelaria, ab alijs uero propter molliciem tactus, Lanaria dicitur. Quidam haerba pice parumper illita, pro lucerna utuntur nocturnis temporibus. Apuleius Verbascum pro Enula Campana posuisse uideatur. nam & folijs, & floribus Enula Campana cū Tapso barbato magnā habet similitudinem. Radix autem Enulæ Campanæ acrior, magisq; efficax ad uaria incommoda pellenda. Vnde Apuleius eam a Mercurio Vlyxi ostensam dicit, cum ad Circen ille transiret, aduersus maleficia effacem. Itē & ad podagras. Dioscorides addit ad uenena. Orthopnoicis, ruptis, atq; conuallis medetur. Quæ etiam Phlomidi apud eundem Dio scoridem tribuuntur. Vnde manifestum est, unius esse generis Verbascum, Enulam, & Phlomides, i. Enulam Campanam, & Tapsum barbatum, licet specie sint distinctæ.

C S T R I C H N O S, S O L A T R U M, V E^E

S I C A R I A, A L C H A K E N G I.

DQVam Dioscorides Strichnon, alijs Solanum, recentiores uero Solatum uocant, illius porro speciem quandam hortensem, siue satiuam Diosco. facit. Reperitur & hodie oleris quædam species foliorum magnitudine ut Britannica, siue Beta, dispositione autem similis Solatrum. Quæ autem sylvestris est, in tres quoq; uel quatuor species discernitur. Vulgatus illud est, quod circa sepes crebrius nascitur, etiam in agris aliz quando, corymbis uirentibus semper, & herbaceis. Repercudi uim habet, refrigerat ex caliditate apostemata, locaq; exulcerata. Altera illius species, quam ex ueteribus Vesicariam quidam uocitauere, corymbis in uesica reclusis atq; rubentibus: eam hodie Alkekengi Arabica uoce nominant pharmacopolæ. Tertia species a quibusdam Hypnoticon, ab alijs Manicon. i. soporiferum. i. insanum uocatur. Ipsum hodie uocant Solatum mortiferum, corymbos habet in uesica nigros, magnitudine cerasi sij syluatici: quorum si unum quis comedenter, longiore somno obruitur: si plures, moritur. Ad nil ualet, præterquam ad somnifera, & merito interuenena numeratur.

C N Y M P H A E A, V N G V L A C A^A

B A L L I N A aquatica, Nenufar.

NOn dubium, quin apud Dioscor. & Apuleium Nymphaea eadem sit quam hodie Vngulam caballinam aquaticam, siue Arabice Nenufarum uocant recentiores, Duplici flore reperi, albo, atq; aureo. Idē Dioscor. etiam testatur. Frigida est. Vnde acutis & calidis morbis appropriatur. Floribus potissimum utimur. Radix omnino inutilis est. Quæ alios flores habet, ad remedia magis conuenit. Eadem uero utriq; foliorū amplitudo & habitus. Flos albae paulo laxior, magisq; ad Rosæ similitudinem uergens; altera in modum Lilij aperitur. Quæ omnia ex Dioscor.

Candelaria.
Lanaria.
Mullfraut.

Vesicaria.

Solatum
mortiferum.

quocp descriptione licet deprehendere.

A

C I N T V B V S , E N D I V I A ,
C I C H O R E A .

Intubum ueteres uocauerunt, que barbari corrupto Endiuiam uocant. Recte id notauit Hermolaus. Est autem herba inter praestantissimas numeranda quae satiua est, & inter olera habetur. Endiuiam uocamus. Sylvestris uero Cichorea, siue Intubum erraticum uocatur. Endiuia certe praestantior quantum ad medicinam attinet. Inter harum species Taraxacon, & Scariolam ponit Dioscorides. Nam quod prestantissimum est Intybi genus, Scariola uocatur, hodie medicis incognitum. Vidi apothecarios pro Scariola speciem quandam Lactucae agrestis, maxime sylvestrem, folijs nigroribus, magisqe crispatibus quam sit Lactuca agrestis, siue Leonis. Ego Endiuiam communem sumerem.

Sordifol/
uel Genifol/
stel.

C P E S L E P O R I S , D E N S L E O N I S .
Agopus apud Dioscor. non describitur ex folijs & floribus. In exemplari tamen peruetusto Apulei, herba sub nomine Pedis leporini pictam reperi, ea certe similitudine, quae nobis exprimeret herbam uulgo dentē Leonis appellatam. Idqe etiam ex effectu uidetur non fore alienum a ueritate. Sribit enim Dioscor. Lagopoda uentre contrahere, & discutere redundies apostematū: quae ambo praestat & Dens Leonis. Est enim admodum amara & stiptica, daturqe apostematibus in potu cum uino cocta. Vnde a quibusdam in uernacula nostra uocatur Apostematica herba. Febribus etiam medetur ex aqua decocta & bibita. Hermolaus uidetur purare Lagopoda esse eam, quae Caryophyllata nunc dicitur, ab alijs Benedicta: quod mihi non arridet. cum nulla foliorum similitudo sit cum Pede leporino: neqe id quod dicit cum maturuerit furfuribus assimilari in Caryophyllata conspicitur, uerum in Dente Leonis, cum flos exaruit, uelut in fauillam uertitur, atqe unico uel flatu, uel contactu dispergitur furfum more. Est etiā huic similis herba quae Lactuca agrestis dicitur, licet folia habens latiora, tamen in eundem morem intersecta, flores etiam luteos, & cū maturuerunt lanuginosos, albentesqe: eam Itali uocant Casalepore, i.e. leporis domū: quod ad nomen aliquantū quadrare uidetur.

B
Herba Apo-
stematica.

C A L L Y T R I C H O N , P O L Y T R I C H O N , Capillus Veneris.

Dioscorides sub nomine Adianthon, describit herbam, quae Capillus Veneris dicitur, ab alijs dicta Callitrichon: illius altera species est Polytrichon dicta: ambo in saxis humentibus & puteis crescunt. Polytrichon quibusdam Saxifraga dicitur, folijs constans latioribus quam Callitrichon, & rotundis, fronde oblonga ad modum Polypodijs, siue Scolopendrij, intersectis tamē & nō coharentibus ut Polypodijs. Magnus ergo erat neothericoru, qui Callitrichon, siue ut ipsi corrupte uocant, Gallitrichon, putat esse herbā quandā hortensem folijs aplis & odoratis, quae virus

Steynberg.

Cetiam odore ipso prodit. Caupones cum ea uinum inficiunt. Capiti admodum nocet. Vulgus in uernacula nostra eam uocat Scharlacum. Erit igitur uerum Callitrichum, siue (ut barbari corrupte uocant) Gallitrichū, herba Adiantes, a recentioribus dicta Capillus Veneris.

L A C T U C A A G R E S T I S , E N D I U M A G R E S T I S .

Lactuca agre-
stis.
Sewdystel.

Paruus error uideri potest, quod pro Lactuca agresti, Endiuam agrestem uocant medici recentiores. Intubum erraticum, siue agrestē ueteres Cichōrium uocauere, herbam natura atq; dispositione longe diuersam a Lactuca agresti. Est autem Lactuca agrestis, quam Itali Domum leporis, Germani uero Carduum porcarium uocant, folio crispani, adinstar eius quæ uulgo Dens Leonis dicitur; in extremitatibus acumina habet more Cardui, mollia tamen, quæq; non pugnant, nisi admodum parum, cum indureuere scilicet. Est illius altera species nigrioribus folijs, magisq; aculeatis constans: hanc pleriq; Apothecarij putant esse Scariolam, magna uiu delicit inscritia obcæcati. Priorem Itali inter hortenses herbas receperunt, faciuntq; ex agresti domesticam. Seruit enim illorum mensæ, oleo, sale, q; condita.

N A R C I S S U S .

Narcissus.

Narcissus a poëtis olim celebrata, nostris temporibus in obliuionē prope uenit, Idq; incuria tam medicorum, quam etiam pharmacopolarū. Sezrapion tamen in sua descriptione uidetur intellexisse, quæ nam herba sit. Est autem Narcissus herba de genere bulborum, folijs Scyllæ, siue etiam Porri, flore albo, insparso, purpureis maculis, aliquādo etiā toto candido, aliquando toto purpureo, odoris suauissimi. Vnde apud nos quidam appellant florem Caryophyllaton, licet Itali Caryophyllum aliū florem designant, quem nostri Violettam uulgo uocitant. Appellantur & ab aliis quibus istius herbæ flores lingua nostra Phylliræ, uoce (ut opinor) a græcis mutuata. Habet passim in hortis diuitū, ad coronas texendas idonea.

V I C T O R I O L A , P A R I T A R I A .

Uiegelblumen
Grassblüme.

Nvlli dubium esse debet, quin Paritaria sit ea quæ a ueteribus aliquando Helxine, aliquando Victoriola, siue Victoriæ herba uocatur. Quam barbari ob id corrupte Vitriolum uocant, cum Victoriolam dicere debent. Errorē Plinij notauit Leonicenus, confundentis τὴν ἐλεφαντίνην κύστιν, cum & natura dispositione plurimum inter se uarent. Esse autem Paritariam Helxinem, non modo Dioscoridis descriptio insinuat, uerū & Leonicenus uir acerrimi iudicij, & Hermolaus Barbarus deprehenderūt. Eadem quandoq; Perdicaria, siue Perdicia uocatur: eo quod gratus cibus perdicibus esse creditur: & Vrceolaris, quod ad emundanda uasa ea uti soleamus.

C E L A T I N A , H E D E R A T E R R E S T R I S

Elatinā sub Helxine ponit D I O S C O R I D E S , folijs nimirū Helxines, sed rotundiorib. & pilosis, &c. Vnde & ego hanc suspicor esse He-

deram terrestrem uulgo uocatam, herbulam odore acri, gustu adstricto: A
riam & calidam. Constat autem errare recentiores, qui Hederam terre-
strem putarunt esse Chamæcission. i. Hederam sylvestrē: cum illam longi-
oribus folijs quam Hederam Diſcorides describat, ista uero multo bre-
uioribus, rotundioribusq; conſter.

I S A T I S , S C A N D I X , A L V T A .

Ego certe quantū ex Diſco. descriptione cōiectura adſequi possum, Isa-
tis ea est, quam hodie Scandicem, licet falſo uocant multi. Est autem, Dio-
ſcoride teste, Isatis herba qua tinctores utuntur ad uiridem colorem, Plan-
tagini foliorum dispositione ſimilis: niſi quod folia habet magis crassa, &
ſuccofa, colore etiam nigriora: ſemen in caule duorum cubitorum, flore
luteo, ſiue ceruleo, nigrum adiñſtar Gyth, gustu aspero, & cætera omnia,
qua optime quadrant cum ea quam falſo Scandicem uocarunt: Alutam
a Romanis dictam, Apulei liber teſtatur. Quædam exemplaria Diſco-
ridis Rutam (puto errore ſcriptorum) habent. Hermolaus quædaſi fo-
minare uidetur de Luta, ſiue Lutea, ut utrumq; exemplar erroris conuin-
ceret. Nostro tēpore hæc herba mercatoribus notissima eſt, qui inde quæ
ſtū faciunt haud mediocrem. Contrita olet male. Sine ea uero nihil poſ-
ſunt proficere infectores lanarum.

H I P P V R I S , C A V D A E Q V I N A .

Recentiorum pleriq; pro Hippuri Hippoquiftida, i. Caudam equinā, B
alteram herbam quam describit Diſcorides ſumpferunt. Verum a Dio-
ſcoride Hippuris, ſiue Equisetum tam graphice describitur, ut quilibet fa-
cile intelligere poſſit, quæ nā herba ſit. Serapion false citat Diſcorideſi.
Vnde etiam recentiores aberrasse putauerim. Ait enim in petroſis naſci
eam, folijs rotundis, piloſis, &c. quæ omnia falſa ſunt. Nam ut res habet
a Diſcoride describitur, iuxta aquas in locis humectis crescere, folio pro-
pe iunceo, ſcabro, geniculato. Pictura in Apuleio meo tam dextera eſt, ut
nihil ſupra. Ad emundanda crystallina, ea hodie utuntur Itali.

E R I N G I O N , S E C A C V L .

Licet hodie in apothecis pharmacopolarum a nonnullis de genere Tri-
bulorum ea quæ Eringion uocatur in uſu ſit, tamen multos etiam reperi-
altero genere Cardui uſos, plane spinoso, hirsuto, floribus purpureis, pau-
lo rubicundioribus. Quod genus Cardui licet ad multa incommoda cor-
poris ualeat, tamen longe diuerſum ab Eringio eſſe diuſcitur. In hoc er-
rore Arnoldum de uilla noua fuisse comperio: quando Iringum compa-
rat moro spinoso. i. Rubo, qui tamen nullam cum Eringio ſimilitudinem
habet, uerum cum tribulis ſtipes eius aliiquid congruentiae habet. Eringio
on apud nos uulgo crescit locis ſiccis, harenosis, ſterilibus, iuxta fluminū
tipas ubi harena eſt, & in maritimis, aculeis duris, ac maxime pungenti-
bus. Radicem quoq; profundissime iacit in terram, uixq; reperies qui to-
tam radicē unquam effoderit. Hæc ipsa gustu tam ſuavis eſt, ut & Paſti-

C nacam non imitetur modo, sed uincat. Quidam lingua uernacula Herbā inquietam uocant: quod exarefacta, lenissimis flatibus auræ huc illuc, uoz lucris rapiatur. Vnde puellæ suspensam loco coronæ habent sub tectis, semper aliqua parte mobilem. Alij Tribulum marinum uocant: eo quod frequentissima in littoribus maris crescat. Vegetius in sua Mulomedicina, quam nuper in lucem prodire curauimus, graphice eam describit. De reliquis Carduorum generibus mox aliquid dicemus.

CHAMAELEON, CARUS
DVS, DRACTION.

Chamæleon,

Apuleius ille in herba Dracontio ualde dissentit a Dioscoride, erratq; proculdubio a uero. Nam propter uarietatem coloris quæ ex proprietate uocabuli etiam tribuitur Dracontio, putat idipsum esse Chamæleonem. Nam Chamæleon animal est, quod omnes colores quibus approximatus imitatur ac recipit. Habet autem herba Dracontion, siue Aron, quam Barbari nunc Barbam Aaron uocant, folia maculis subnigris ac uarijs distincta, quemadmodum serpentes quos Dracontas græci appellant. Vnde Dracontium eam uocauerunt, quidam Serpentariam, alij Colubrinam. Nota est radice albissima, & quæ manducata linguam guttur exulceret, est em̄ caustica & mordicativa. Huic Apuleius tribuit nomine Crocodili, & Aphrodisis, siue ut ipse Diosc. uocat της ἀφροδίτης λαζαρί. labrū Veneris, que omnia ad Dipsacum, siue Chamæleonta pertinent. Breuiter itaq; de Chamæleonte meam sententiam explicabo. Inter Carz duos est, quæ albis, siue lacteis maculis inspergitur; folia habens sicut Laz. crucē pallentia: hunc Chamæleontem album ob uarietatem dictum puto. Vernacula nostra uocatus Carduus Mariæ. Semine utuntur Empirici nostri ad colicam, & iliacam. Pellit urinas uehementer. Est altera huic folio non ualde dissimilis, nisi quod nigriora habet, inter uulgares Carduos reputata, flore uiolaceo: eam arbitror a nostris Germanis Carduum armeniarium, siue pecuarium dici: quod radice illius aliquando animalium saltuti succurritur.

DIPSACUS, VIRGA
PASTORIS.

Carduus,

De genere Carduorum etiam est Dipsacus, quam Serapion meo itidio recte intellexit esse eam, qua utuntur qui pannos præparant. Nam id ipsum uidetur innuere tota Dioscoridis descriptio. Illius species est sylvestris, quæ Virga pastoris appellatur: una omnino herba, nisi quod hęc se ritur, illa sponte prouenit. Frigidam esse putant, uimque habere reperiendi.

SCOLYMON, CARUS
DVS, Cardus benedictus.

QUam Scolymon uocat Dioscorides, hæc Hermolao uidetur esse ea quam Itali Carzophilum, alij Artizocam uocant, etiam nunc in cibum recæpta, immo inter delicias Italorum. Illa quo seritur, & non

nisi culta prouenit, sapore est gravior: quæ uero agrestis habeour, minoribus capitellis, & folio breuiore: eam uocant recentiores Cardum benedictum. Tametsi ego uiderim, qui maluerint hortensi ista uti loco Cardi benedicti, quam agresti. Puto autem uim utriq; esse unam. Similitudine autem capitum, uidetur hoc meo iudicio rectius uocari posse Carduus pinea, quam Chamæleon. Nam ipsa capita Cardi magnam habent cum pomis Pini conformitatem. Sunt oblonga, uarijs interstitijs distincta, testudinibus ueluti conchiliorum extuberantibus, qualia in Pinis uidentur.

A
Cardus benedictus.

L I G V S T R V M , C Y =

P R V S , Alchanna .

Recte meo iudicio Hermolaus annotauit, Ligustrum dici Arbuscum, quod Arabes, & præsertim Serapion Alchannam, siue Henne uocauerunt, Græci uero Cypron. Apothecarij nescio quam exoticam herbam pro Alchanna exhibere solent. Verum uulgo eam crescere Vergilius testatur in Bucolicis, quando ait, Alba ligustra cadunt, uaccinia nigra legenduntur. Itali Oliuellam a foliorum similitudine quam habet cum Oliuella, Germani autem propter ligni soliditatem, eam Hartrigiam nuncupant: flores albi figura racemorum, redolentes. Ulcera palati, gutturis, linguæ, ueretri mirifice persanat succus illius, cum aqua rosacea, aut Arnoglossum mixtus, aut decocta folia cum uino.

Oliuella.
Hartrigia.
Beynholzlin.

B

Eiusdem HERBEM ANNINI Comitisa Neffenare, FORMVL A quædam excedendi Herbarij, quo pacto in explicandis Herbarum descriptionibus atq; uiribus procedi suo iudicio oporteat.

CAPITVM RISVS, Batrachium, Flammula,
Ranunculus.

CAPVLEIVS.
Nascitur locis humidis & aquosis. &c. usque in finem descriptionis cum nominibus prout in Apuleio habent. Nam in Dioscor. nomina adscripta non sunt. Vel aliter, iuxta uersionem Ruelij.

DIOSCORIDES iuxta uersionem Hermolai.
Batrachion, id est, Ranunculus. Alij Selenon agrion. &c. usque in finem descriptionis.

CORIBASIVS.
Si quid apud Oribasium de hac herba habetur, hoc loco reponatur.

CERAPION.

Quamuis de hac herba Serapion in capitulo de Apio non faciat mentionem, atq; ob id hoc loco citandus non ueniat, tamen in reliquis herbis suadeo eum post ueteres etiam citari.

C

• C N E O T H E R I C I .

Qui scripsit Pandectas, atq; ante illum Symon Ianuensis, herbam Batrachium, siue Ranunculum sub nomine Apij risus, aut Flammulę descripsiſunt. Nescio tamen, an recte descriptionem Dioscoridis intellexerint.

Nam uidetur ideo putare hanc esse Ranunculum, q; in fluminibus nasca-

Batrbuſ. stre uocatum testetur. Nascitur autē in fluminibus & fontibus herba, foſlio prope Nasturtij fluinalis, cauſtīca & uehemens, in qua libenter Raznæ uersantur. Nescio an hanc Neotherici putauerint esse Batrachium.

Flammula autem quam ipsi uocant, nequaquam in fluminibus nascitur, sed pratis & hortis. Hermolaus Barbarus putauit eam esse Pedem coruīnum. Verum meo iudicio deceptus. Nam Pes coruinus herba uulgatissima, neq; arrodit carnem, neq; risum illum cōmouet mortiferum. Quan-

D quam mira foliorum similitudo huic cum Flammula intercedat. Est autē Flammula folijs ſtrictioribus, paulum subnigricans: puto Ranuncu-

lum dici, ob uarietatem macularum, quæ nonnihil ad colorem ranarum

accedere uidentur, earum ſclicet, quæ maculatae conſpiciuntur, uiridi ac

nigro, siue cineracio colore. Herba eſt ſatis nota empiricis: ſolent eam ap-

plicare apostematibus prope maturis loco cauſtici, uel phlobotomi. Nā

mox apostema aperit. Putat ex hac herba natum adagium de riſu Sardo-

nio. In Sardinia enim Dioscoride & Plinio autoribus, uenenata nascitrat-

ditur, riſuq; comesta exanimat. Dicitur ergo non immerito Apium riſus

a recentioribus. Veteres etiam Apium ſyluestre & ruſticum uocauerunt.

C S E Q V A T V R N V N C E X G A

L E N O qualitas, siue complexio ipſius

herbæ: aut ſi Galenus non ponit, ex

aliquo Neothericorum.

Constantinus Apio tribuit tertium gradum caliditatis. Ego Batrachion, siue Apium riſus calidū initio quarti, & ſiccum in tertio crediderim. Nunc ad remedia ueniendum, & ponendi ex ordine autores iam citati, una cum alijs ueteribus & recentioribus qui herbarum uires explicit, uidelicet

Apuleius	Oribasius
Dioscorides	Cassius felix
Aetius	Paulus Aegineta
Serapion	Mesue
Auicenna	Constantinus
Platearius.	

C Utendum hac in re nonnunquam opera SYMONIS INVENTIS, atq; P A N D E C T A R I I, ubi non hallucinantur, quod illis tamen familiariter eſt. Nam hi ex ueteribus & probatis autoribus permulta congeſſerunt, quæ cum iudicio oportet recuperere, &c.

TATIQUES aliquot Herbarum & Sim-

plicum, a Medicis hactenus non res-
cite intellectorum.

A

De A L O E. Caput .I.

LO E VENARVM ORIFICIA APER
tione sanguinē spargente aperit. Et paulo post, Estq; maxime nocens hæmor-
rhoidibus, & ano. Quantum in hoc a uero errauerit Mesue, nemō est, nisi talpa cæcior sit, qui
heldat: quando certum sit ueterum omnium testimonio Aloen habere uim & naturam adstrin-
gendi, & sanguinis eruptiones compescendi. Id quod in primis monstrat Dioscorides, quilib.
1.cap. 24. in hanc scribit sententiam. Aloē uim habet adstringendi, & cum aqua frigida pota san-
guinis excreations cohobet. Quinetiam sanguinis eruptiones ex hæmorrhoidibus factas fistit.
Et confirmat eadē Galenus lib. 6. de Simplicibus medicamentis cap. 23. ita scribens. Et glutinat
fistulas profundas, & ad cicatricem perducit ulcera quæ difficile sanantur, & maxime ea quæ fi-
guinis excreations cohobet. Optimum omnium quæ noui medicamentorum, quo
dram naturalis historiæ. 27. cap. 4. ita differens. Aloē sanguinis excreations si modicæ sint, dra-
chmæ pondere ex aqua: si minus, ex aceto pota sedat. Vulnerum quoq; sanguinem, & unde
Auicenna lib. 2. cap. 67. in hunc modum scribens: Aloē quando ponitur cum uino dulci super
hemorrhoidas, & fissuras ani, tunc fistit sanguinem currentem ex eis. Praeterea Galenus lib. 4.
Therapeuticæ methodi cap. 4. ubi profluui sanguinis curationem ex professo tractat, nullum
efficiacius remedium ad fistenda sanguinis profluui esse docet, quam id quod ex parte Aloes
conficitur. Eius autem haec sunt uerba, Optimum omnium quæ noui medicamentorum, quo
cum ouī candido subigitur, quantum mellis reddat crassitudinem: hoc dehinc leporis mollissi-
mo pilo excipitur, deinde tum uasi ipsi, tum ulceri rōti liberaliter imponitur. Ut titus etiam eo-
dem medicamine Galenus libro de uenæ sectione in glutinanda arteriæ incisione, adeo ut sole
clarius sit, Aloen ex nativa ppriate neq; aperire uenas, neq; sanguinē ciere. Quod uero aliqua
do fedis uenas aperire uidet, hoc ex accidenti sit, qm uidelicet excrementa biliosa id sua acritu-
dine agentia ad ea loca mouet. Id quod & ex alijs medicinis fieri Gal. lib. 6. Aph. 47. scribit, ita in
luntur, & quod ex acritudine eorum quæ excernuntur, paulatim aperitur os uenæ, quam uo-
canthaemorrhoidam. Proinde male admodum Mesue uitribus Aloes tribuit, quod magis bilio-
nis excrementis, id sua acritudine agentibus, erat tribuendum.

De M A N N A. Caput. .II.

Mannam Arabum atque recentiorum, qua nunc passim ad molliendam aluum nobilium
utuntur, esse diuersam a Græcorum, ex eo primum liquet: quod eam, teste Auerroe Cordubeni
se, post Galeni tempora in usum medicorum uenisse constet. Insuper quod etiam diuersa sit ei-
us a Manna Græcorum operatio. Arabum enim Manna medicina est, aluum molliens, Græco-
rum uero potius adstringens. Arabum uero mannam mollire aluum, diutina iam experientia
comprobatum est, ob id prolixiori demonstratione non opus habet. Mannam autem Græco-
rum adstringendi ui esse præditam, testatur in primis Dioscorides libro primo, cap. 50. de Man-
na Græcorum operatio. Mannæ uero, etiā corticis Thuri probatur, quæ candida & pura, uelutq; thus grumosa est, Thuri
autem eandem uim habet. Thus uero habere uim adstringendi, & cruenta uulnera glutinandi,
satis ex capite, 78. lib. primi Dioscoridis liquet. Item Mannam adstringere multo clarius indicat
Galenus lib. 5. Thera. metho. cap. 4. in hunc modum scribens. Est autem Manna medicamen-
tum quod magis quam thus adstringit. Idem quoq; docet lib. Thera. metho. 13. cap. 2. dicens,
Manna est purum tantum mouendi facultatem obtinet, utpote nullam ad-
stringendi uim habens. Mannæ uero, etiā corticis Thuri paululū est admixtum, unde scilicet
ad nonnulla utilior. Thus enim purū tantum mouendi facultatem obtinet, utpote nullam ad-
stringendi uim habet. Ex quibus iam satis constat, Mesuen tribus locis falso Galenum citas-
se. Primo de simplicibus medicamentis capite de Manna, ubi Galenum mannam cum Scam-
monia permiscuisse scribit. Secundo, eodem libro capite de Scammonia, ubi iterum impuden-
ter Galenum Scammoniam cum sexcuplo mannae miscuisse asseuerat. Tertio, in Antidotario
suo ubi de medicinis solutius agit, confectionem quandam de Manna ex Galeni inuentione de-
scribens. Certum enim admodum est, Mannam hanc de qua scribit Mesue, Galeni temporibus

Mesue de sim-
pl. Medic.
cap. 11.B
Aloe sedis ue-
nas aperit, no
per se.

Manna.

C in usū Medicorum, ut diximus, non fuisse, proinde nec de ea quicquam scribere potuit, incognita enim prorsus erat. Vel si ullus eius apud Gal. antiquosq; usus aut mentio fuit, certe non sub ea uoce fuīt, sed potius sub uoce mellis aerei. Quamuis, ut errore decimo quinto clarissime ostendemus, hoc mel aereū alio nomine Saccharū dictum fuit. Præterea ex prædictis facile iudicabunt studiosi, quantū Petrus Crinitus, lib. 25. de honesta disciplina cap. 7. cœcuerit. Is ēm, & si alias oculatissimus sit, tamen Mannā græcorū eandem esse cum Arabū astruere nihil veritus est. Idq; talibus argumentis ostendere conatus est, quæ magis, si ad iudicium exigas, diuersum p̄babunt. Proinde caueant medicæ professionis studiosi, nominis Mannæ similitudine decepti, eandem apud Græcos & Arabes recentioresq; esse existiment, animaduertantq; antiquis in thure semper, in aero autem melle nunquam usum eius uocis fuisse.

D E R H E V B A R B A R O . Caput .III.

Rheon.

D

Io. Mainard.

Per Rheubarbarum nostrum, ne nominum te fallat ignorantia, intellige id quo nunc passim utuntur Medici. Per antiquorū uero quod Dioscor. Galenus, atq; Plinius, & qui istis uectus res, describunt accipe. Considerandum autem præ cæteris, quod uulgus Medicorum Rheubarbarum, & Punici Rauedseni uocant, hoc Galenus interdum Rheon, aliquando Rhiam, interdum etiam Rheam ponticum, Dioscorides Rha, & iuxta quosdam Rheon, secundum alios Rhian, Plinius Rhacoma, Celsus radicem ponticam appellat. Quod ideo admonendum duxi, ne nominum diuersitate quis deciperetur. Verum Rheubarbarū, quo nunc passim officinæ sunt, & quod Mesue describit esse diuersum ab eo, quod Antiqui depingunt, manifestum diueruntur, & quod Mesue describit esse diuersum ab eo, quod Antiqui depingunt, manifestum sunt omnino diuersæ. Nam Rheon antiquorū, teste Dioscor. lib. 3., cap. 3., radix est nigra, majori Centaurio similis, minor tamen, & magis rubens, sine odore, fungosa seu laxa, nec ponderosa. Subscribit & Gal. lib. de simplicibus medicamentis ad Paternianum cap. 223. ita inquiliens. Rheon quod a quibusdam Rheon ponticū dicitur, radix est magna & nigra, fungosa, leuis, odore carens, guttu calefaciens, & leniter adstringens. Nec dissentit Plinius lib. 27. cap. 12. ita scribens. Rhacoma assertur ex his quæ supra Pontum sunt regionibus. Radix Costo nigro similis, minor & rufior paulo, sine odore, calefaciens gustu, & adstringens. Ea uero quæ iam in usu est medicorū, uehementer, purum odorem habet, nullumq; cum Costo nigro similitudinem gerit. Et præter id quod odora est, leuis etiam non est, immo quanto grauior, tanto melior a Ioanne Mesue & ab omnibus reputatur. Adde quod istarū quoq; diuersus est usus. Antiqui enim sua ad uentris purgationem utebantur, sed ad plærosq; usus alios adhibebant, quos opere preicum non est hoc loco reserre, quando ex Dioscor. Plinio, Galeno, reliquisq; facile disci possunt. Certum tamen est, huic maximam & præcipuam uim adstringendi fuisse. Ita Auicenna quoq; lib. 2. sui Canonis cap. 55. sed purgandi uim Rheubarbaro non adscribit, id quod facit & Fen. 16. Cano. 3. Tract. 1. Cap. 4. sed Rheubarbarū inter medicinas adstringendi uim habentes, ut passim quoq; alias enumerat. Nam quantum ipse sciam, nunquā Rheubarbaro usus est Auicenna tanquā medicamento purgante. Nostri uero securi Ioannem Mesue, inter cætera purgantia medicamina tanquam præcellentes, ipsum suum Rheubarbarum collocant; nec enim uim purgatoriam minorem Agarico habent. Quod et uerum esse non solū Mesues, sed etiam Auerrois ac recentiorum omnium autoritatē, ipsaq; experientia didicimus. Accedit ijs omnibus, quod nostrum non a Ponto, ut ueteris, sed ab extremis meridionalis Indiæ partibus ad nos uehitur. Quæ singula certe satis superq; declarant, nostrum Rheubarbarum ab antiquorū esse penitus diuersum. Nam si in eo de quo scribunt uim purgatoriam antiqui inuenissent, proculdubio silentio non præteriſſent. Hoc non animaduertens Auerrois ille Cordubensis, satis impudenter Galenum notat, eo quod confirmit uentrem scripsit Rheon. Num adhuc præterire non potuit scribit Ioannes Mainardus, reconditæ eruditio uir, libro suarum epistolarum medicinalium sexto, se a Sigismundi regis Sarmatum medicis didicisse, in eo bello quod contra Moschos fortissime rex gesserat, repertum esse aliud Rheon, communī quidem satis simile, sed penitus inodorum: quod dubio procul fuit id quod ueteres pingunt. Omnes enim antiquorū notæ in eo deprehenduntur. Affertur namq; ex ijs quæ supra Pontum uel Bosphorus sunt regionibus, prope uidelicet Rha flumen, radix nigra, & costo nigro exterius, magno Centaurio interius similis, minor tamen & rufior, sine odore, calefaciens gustum & adstringens, laxa, subleuis, & dum mastica pallida, & ad crocum uergens. Quare non est quod post hac hæsitant studiosi, Rheubarbarum nostrum ab antiquo rum in uniuersum differre.

D E S I D E R I T I D E . Cap. .III.

Omnes fere nostra ætate Medici Serapionis atq; Auicennæ errorē sequentes, id genus Sangunis Draconis, quod nunc passim in usu habetur, succum herbe cuiusdam arbitrantur, que a Græcis Sideritis, a ferro, quoniā glutinandis uulneribus apta præcipuum in bello haberet usum.

A

Cinnabaris.

uocata est. Verum eosdem esse falsos, manifestissime ostendit Dioscorides Lib. 4. Cap. 31. Nam de Siteridine herba, omnibusq; eius generibus plenissime scribens, ex nulla eiusdem specie tam exprimi succum edocuit, quo Medici pariter atq; Pictores ad suum utriq; opus uterentur quod tamen si uerum fuisset, nullo pacto silentio præteriasset. Quare multo probabilius est ita de Sanguine Draconis statuere, quod sit eius generis metallum, quod a Dioscoride Cinnabaris dictetur. Nam huic omnes Cinnabaris note, quas recenseret Dioscorides Lib. 5. Cap. 63, conueniunt. Quemadmodum enim Cinnabari precium ingens est, ut post Dioscoridem quoq; testatur Plinius Lib. 33. Cap. 7. eoq; pictores uariandis in pictura lineis, ac Medicis ad ea quæ sanguineis fistunt, utuntur; ita duplum hunc & in pictura & medicina usum compertum habemus in eo quod purum Sanguinem Draconis appellant. Nam rarus inuentu est atq; difficilis, nec minus charus quam legitur fuisse apud antiquos, et hoc quando syncerus atq; incorruptus uenundat. Etenim qui passim in Sepulchris officinis uenialis habetur, adulterinus est, licet eum pro ue- ro in medicinæ usu recipiamus, ut pleraq; etiam alia, sicut in sequentibus fusius narremus. Sen- tinobiscum exactissimi iudicij uir, Nicolaus Leonicenus in epistola ad Angelum Politianum. Nemo autem existimet Cinnabarum Dioſcoridis esse eam, quam nos uulgo Cenabrium uoca- mūs, ea enim factitia est, ex argento namq; uiuo conficitur, uenenumq; est. Dioſcoridis uero mi- nime factitia est, necq; uenenis connumeratur. Quod ideo admonendum duxi, ut hoc pacto me- dicinæ candidatos ab exitiali errore reuocarem, ne scilicet, si Cinnabarum in Receptis, sic enim suam compositiones uocant, scriptum inuenirent, pro ea nominis similitudine decepti, Cenabrio nostro uerentur, quod uenenum esse manifestum est. Cut autem Cinnabarum hanc Dioſcoridis Sanguinem Draconis nominent, ea ratio in promptu est. Namq; durat adhuc antiquo- rum quorundam in hoc nomine persuasio ac opinio, qui Cinnabarum illam, quæ ad usum pi- dicte & medicinæ adhibetur, ex draconi atq; elephantoru sanguiine permixto fieri putauerunt. Hoc quod Dioſcorides ijs uerbis indicat, Profundi coloris est. Eamq; ob cauſam crediderunt quidam Draconis Sanguinem Cinnabarim esse. Opinionem hanc uulgarem secutus est & Pli- nius libro paulo ante citato. At eam de Sanguine Draconis opinionem esse fassam, liquet ex eo potissimum, quod Dioſcorides de Cinnabari non libro secundo inter medicinas ex animalium sanguine sumptas, sed potius quinto inter metalla tractauit. Galenus quoq; medicus nobiliſſi- mus, suo de Simplicibus medicaminibus libro. 9. Cinnabarum inter metallica recensuit. Auer- rois pariter in Lib. 5. Colligit Cap. 43. Sanguinem Draconis inter metalla connumerat, adeo ut luce meridiana clarius sit, Sanguinem Draconis non succum, sed potius metallum esse.

B

D E N A P E L L O , S I V E ACONITO. Caput .V.

A Vicenna Cap. 503.2. Canonis scribit Napellii esse uenenu pernicioſum, deſtruens bibenteſ. Armox oblitus eorum quæ ſcripſit, capite eodem hunc potari ſuadet, dum inquit, Delet al- baras linitum & bibitum. Quid quæſo absurdius aut dici aut ſcribi potuſſet ab homine qui re- liquorum ſe magiſtrum facit? A nnotandum itaq;, quod noſtræ ætatis Herbarij Napellum no- minant, hoc a Græcis latinisq; Aconitum uocatur. Et id Plinio Lib. 27. Cap. 2. teſte, omnium ue- niens ſe ocyſſimum. Quod etiam confirmat Galenus Lib. de Simplicibus Medicamentis Cap. 20. ad Paternianū, dicens Aconitum ualde uenenum atque. Ita & Dioſcor. Lib. 4. Cap. 27. Aconitū inter uenena reueneret, dum ait, Enecat pantheras, ſues, lupos, bestiasq; omnes insper- sum carnibus, & illis in cibo appetitum. Hinc cauendum ne in potu aut cibo sumatur. Id quod Paulus Aegineta ijs uerbis monuit, Aconitum quidem cognomento Pardalanches exedentem & laetalem uim habet. Eamq; ob cauſam intus cauendum eſt. Foris tamen in carnibus quas ex- edi oporteat uti licet. Ita & reliqui omnes Aconitum laudant, ſi abſtergendum aliquid fit ex cor- pore, nullus autem unquam preter Auicennam, in potu propinandum docuit. Cæterum idem Auicenna.2. Canonis Libro, Cap. 554. ſuccum radicis Pentaphylli medicinam pernicioſam eſſe docet. Eius autem hec ſunt uerba. Succus radicis eius eſt medicina pernicioſa. At quam falſa do- cuerit, oſtendunt ea quæ de eo ſucco Dioſcorides Lib. 4. Cap. 39. in hunc modum ſcribit. Facit & radicis recentis ſuccus ad iecoris pulmoniſq; uitia & laetalia uenena. Quod & Apuleius Ma- daurenſis cap. 2. de herbarum uirtutibus indicaſ, cum ad morbum ſerpentis herbam Quincq; fo- lium potam ac contraria mire utilem eſſe ſcribit. Quæ ſi uera, ut nemini dubium eſſe ſcio, certe quia multis errandi occaſionem dederunt, ideo hoc loco admonere duxi. Nam Sauonala ce- lebris ſua ætate Medicus, radicem Pentaphylli non aliam ob cauſam non auſus eſt in quartana propinare, niſi quia diſmantaretur a principe. Ita & Iacobus de Dondis, cognomento Aggrega- tor, huic ſuacitate Medicus, radicem Pentaphylli non aliam ob cauſam non auſus eſt in quartana Auicenna apud noſtri ſeculi Medicos autoritatē, ut medicinā mortiferam faciat salutarē, ſalu-

Napellum.
Aconitum.

Ctarem vero perniciosem, adeo ut non immerito, rei grauitate commotus, Leonicenus rareruditionis uir, in hunc modum exclamauerit. Miseret me humanæ uitæ, quam video quotidie sub Auicenna, non tanquam principe, sic uti juniores Medici appellant, sed tanquam suuo tyranno periclitari. Proinde ex eo intelligent studiosi, quantum insaniant hi qui malunt cum his qui medicinam a cenna aut aliquo alio, cuius uerba pro oraculis habent, errare, quam cum his qui medicinam a fontibus haurient recte sentire. At satis ea de re in præfatione nostra dictum est.

De B V G L O S S A & B O R R A G I N E . Caput VI.

Buglossi de-
scriptio.

Missas hic facio diuersas ac pugnantes inter se recentiorum de Buglossa atq; Boragine sententias, ex quibus facile æquus lector æstimabit, eosdem nihil horum intellectissime, atq; adeo nihil mirū, si reliquis etiā errandi occasione præstiterint. Num autē hoc ostendā, Buglossum nostræ ætatis non esse antiquorū Buglossum, sed eam quam nos Borraginē uocamus. Nostram uero Buglossum esse eam herbā quam græci Cirsion, & proper magnā quam habet cum Buglosso similitudinē, aliquando Buglossum magnā, appellant. Commutatae nanc; inuice durarū herbarū appellationes sunt, quæ enim huic & illi notæ uiresq; tribuunt, mutatis hac ratione plantis conuenient. Quod equidē nō aliunde certius nisi ex ambarū descriptionibus deprehendi potest. Buglossi autem descriptio apud Dioscor. lib. 4. cap. 119. hæc est. Buglossus uerbascō similis, folia in terram decidua, aspera, nigrioratq; bubulæ linguae similia, quæ quidem in unum delecta, uoluptatē & leticiā animi facere credunt. Paulus præterea Aegineta in sexto de Buglosso idem scribit, dicens. Buglossum humidū calidūq; temperamento est, eamq; ob causam uino iniecit, scriptum animi facere dicitur. Galenus quoq; lib. 6. de Simplicibus Medicamentis, cap. 5., nihil a Pauli uerbis dissentit. Quod & Plinius Lib. 25. Cap. 5. facit, dum ait. Iungitur huic Buglossus boū linguae similis, cui præcipuum, quod in uinū delecta, animi uoluptates auget, & uocatur Furo phrosynon. Iam ista si quis sub examen uocauerit, sole clarius uidebit, Buglossum hanc veterū, esse nostrā Borraginē. Nam iuxta Dioscor. descriptionem folia aspera & nigriora Borraginē nostrarū magis quam Buglosso competit, quæ albicante folio penitus est: Quodq; Buglosso nulius nō ex antiquis leticiis & uoluptatis spem, si in uini pocula demittatur, tribuit, Borraginē pafsum adscribitur. Iactatq; quotidie gens nostra ad cordis hilaritatem multo eius cibo utendū effe. Porro Marcus Cato Cap. 40. sui de re Rustica operis, insitionem arborū docens, cum insituisse quatenus & quomodo surculos inseruisse & circumligasse oporteat, addidit. Insuper lingua bubula obtegito si pluat, ne aqua in librum permeat; eam linguā insuper libro alligato, nec cadat. Ex quibus sane constat, in operiendo trunci & insitæ stirpis rotunda sectione rotundore potius quam longiore folio uti præcepisse: at Borraginis tale est: eius uero quæ nunc Buglossus habetur, longa folia sunt, ideoq; operiendæ rotundæ stirpi minus apta. Ex his quoq; colliguntur caput. 428. secundi Canonis de Buglossa seu lingua Bouis. apud Auicennā esse caput de Borragine nostra. Nam herbam esse habentem lata folia, & cordis confortatiuam scribit, quæ singula a nostra Buglosso sunt aliena, at Borraginē penitus cognata. Itaq; nō immerito Auicennano sui seculi Medicos, qd non uera Buglossa uterentur, sed alia quæ non easdem utilitates habent. Cæterū quod Buglossus nostra sit ea herba quā Græci Cirsion uocant, ex eiusdē quoq; decriptione ostendemus. Diosc. autē Lib. 4. Cap. 110. eandē ita depingit. Cirsion folia Buglosso similia habet, leniter hirsuta, longiora ramē, alblicantia, & in extremis atibus aculeata. Quod uero in caule summum est, circinnatum, hirsutumq; capitula habet in summo purpurea, que postremo in pappos euaneantur. Haud aliter describit Plin. Lib. 27. cap. 5. inquiens. Cirsion caulis folius est tener duū cubitorū, triangulo similis, folijs spinolis circumdatus, spinæ molles sunt, folia Bouis lingue similia, minora, subcādida, & in cacumine capitula purpurea, que soluentur laugines. Considera iam, an nō singula hæc Buglosso nostræ conueniant? Si cīm folia expendes, ea certe in Buglosso longiora, vel ut Plinius ait, minora, in Boragine autem decurrente rotundatis, & multo maiora sunt. Purpurea item in summo caule capitula, quæ in Cirsio describuntur, eius potius sunt quæ Buglossus nunc dicitur quam Borraginis, quæ caeruleos haberflores. Conserit itaq; iam cum naturæ exemplaribus utriusq; historiā, carptasq; ex horto Buglossum & Borraginē diligenter contemplare. Sane prior illa Buglossi historia nostra ætatis Borragini responsabit, posterior autē Cirsii, Buglosso nostræ undiq; conueniet. Suntem Buglossi folia longiora quā Borraginis: alblicant illa, hæc contra nigricant: illa surgunt & per se stant in altū nitentia, Borraginis in terra iacent. Quare cōsulto fecerint Medici, cū Buglossam ex veterū autoritate ad usum Medicinæ adhibuerint, si Borraginem potius nostram, quam illam quæ passim Buglossa nuncupatur, receperint.

De E V P A T O R I O , &

A G R I M O N I A. Caput VII.

A

Fuerunt, & adhuc sunt magnē infē Medicos dissensiones de Eupatoria & Argemone, quam corrupto uocabulo passim Agrimonā nominant. Nam ex ueteribus quidā, quos Diosc. etiam notat, putauerunt Eupatoriū esse ueram Argemonē, cū tamen ab Eupatoria in uniuersum dif- ferret. Qui equidē error ad nostra usq; sēcula durauit. Herbā em̄ quē uera est Eupatoriū, omnes nostre gratia Medici Agrimonā esse credunt. Idq; uerū esse ex Eupatoriū notis a Diosc. lib. 4. ca. 12. traditis, manifestissime deprehendere licet. Quæ quidē tales sunt. Eupatoriū herba est fruti- colā, singularis: exit ex ea uirga tenuis, lignosa, recta, nigra, pilosa, cubitalis, & aliquā maior, fo- lia habet per interualla partibus diuisa quinq; fere, aliquando tamē pluribus, Quincfoliā Cana- bisue folijs similia. Nigrificant & hæc etiā serræ modo in extremitatibus incisa. Semen fert me- nō, & amplioris, folijs per interualla Quincfoliā aut Canabis, per ambitū incisis quinq; partito & ipsiis plumbosis, radice superuacua. Iam si ueritatis diligens indagator, eas notas Agrimonæ & nostræ accommodauerit, huic certe in uniuersum cōpetere comperiet. Est em̄ in ea singularis uir- ga, lignosa postq; aruit duricies, plumosa, undiq; asperitas, color nigricans, & folia per intualla pendētia, serræ modo incisa, adeo ut hanc esse uerā antiquorū Eupatoriū nemo nisi Leberide cē- quor sit, nō intelligat. Minime aut̄ mirū recentiores Medicos ea in re esse lapsos, cū em̄ Arabes se- re tradiderūt, facile illis errādi ansam exhibuerunt. Auicenna nanc̄ Eupatorium scribit esse her- bā aromatica, habereq; folia Canabis, florē Nenupharis. At qd alia ab Agrimonā nostra her- bā nuncupata neq; esse odoratā, neq; habere florē sicuti Nenuphar, immo ita exiguiū, ut uel Ne- nuphar, uel eius flori collatus, nullā ipsius habeat similitudinē. Melue præterea Eupatoriū fo- lijs Centaureg minoris, floribus subcitrinis, longitudinis paucē constare dicit. Quod certe tam- um maximū est, non sine magna temeritate Mesue Eupatoria uim purgatoriā adscribit. nullus em̄ ueterū nec Auicenna quidē, quicq; tale, ne per somniū etiā, de eodē cogitauit. Immo Diosc. contraria magis uim in eo prædicat dicens. Semen & herba ipsa cum uino pota, dysentericis & morbis a serpentibus opitulanē. Hoc etiā Plinius confirmat scribens. Semen Eupatoriū dysente- ricis in uino potū auxiliat unice. Ex istis manifestū admodū est, Arabes, Auicennā maxime, qui & alias modicū simpliciū medicamentorū habuit noticiā, atq; Mesuen, Eupatoriū uerū nunq; cognouisse: atq; adeo nihil mirū si neq; eorundē imitatores. Proinde studiolis indies orandum est, ut bona fortuna in uerū peritūc incident autore: quando Galeno Lib. 3. de Potentijs natu- ralibus Cap. 24. teste, in quemcunq; quispiā primū inciderit preceptorē, talis efficitur, non expe- ctans aliquid aliud ab eo quod didicit amplius addiscere. Hinc tandem haud aliter quā Medicus ille olim Romanus omnia sua sorti committunt, monentes ægros ut precent, quo Dñ sua cuiq; remedia fecūdēt. Hoc profecto si iuniores Medici animo uolutassent, exq; fontibus magis quā Pharmacopola quidā, in quo semper Harmel p cicutē semine interpretatū erat: nec animaduertit errorē donec per me tandem admonitus fuit. Quod tunc Harmel nō sit se-

Eupatorium.

B

D E R V T A S Y L V E S T R I,

& C I C U T A. Cap. VIII.

A Vicenna Fen. 5. Cano. 4. Tract., Cap. 33. hunc in modū scribit. Ruta sylvestris nō est Har- mel, ut quidā existimauerunt. Quæ sane uerba non paucis errandi occasione præbuerunt, qd pallissim Harmel pro Cicuta interpretati sunt. In quē etiā errorē interpres Auerrois quinto Col- liget lapsus est, dum impudentissime Harmel Cicutam interpretat: nō animaduertens, quod eo loco Auerrois Harmel calidā & siccā in tertio ordine scribat. Cicuta autem inter lœtalia uenena frigiditate sua enecantia numerēt a Diosc. Galeno, Plinio ac alijs. Diosco, nanc̄ lib. 4. cap. 73. de Cicuta ita scribit. Cicuta inter lœtalia frigiditate enecans est. Galenus uero lib. de simplicibus me dicaminibus, semen Cicutæ præ omnibus alijs frigidissimū esse testat. Plin. aut̄ lib. 25. cap. 13. de ta in hunc modū differit. Semini & folijs cicutæ refrigeratoria uis: quæ si enecat, incipiunt alge re ab extremitatibus corporis. Quare a tam crasso errore nullo pacto vindicari potest interpres ille quisquis tandem fuerit. At conniuendū erat, nisi is error etiā officinas nonnullas occupasset. Nam ite oculis Antidotariū uetusū admodū uidi, quo ad annos non paucos ad conficienda medicamina usus est. Pharmacopola quidā, in quo semper Harmel p cicutē semine interpretatū erat: nec animaduertit errorē donec per me tandem admonitus fuit. Quod tunc Harmel nō sit se-

u 3

Cmen Cicutæ, sed ruta sylvestris, manifestissime indicant ea quæ scribunt a Diosc. lib. 1. ca. 49. de ruta sylvestri in hanc sententiam. Vocant quidā agrestē rutā Harmala. Itidē scribit Gal. lib. 7. de simplicibus Medica. cap. 119. dicens, Ruram sylvestrem quidam appellant Harmala. His accedit, quod descriptio Harmel apud Auerroim Cordubensem in totum conuenit rutæ sylvestri. Ait enim. Harmel calida & siccæ est in tertio ordine, inquit humores crassos, prouocat urinā & menses, ualet dolori coxendicū, & pituitam purgat. Has proprietates omnes Galenus, maxime

Ruta. Dioscorides & Plinius Rutæ sylvestri tribuunt. Galenus enim lib. de simplicibus medica. cap. 224. de Ruta ita scribit. Vrinam & menstrua prouocat Ruta, coliq; dolorem sedat. Dioscorides autem lib. 3. cap. 49. ita inquit: Apposita menses & urinam cit, & cum uino pora, quartanas finit. Sanat agrestis Ruta itidem coxendicis dolores quadraginta diebus pota. Aucenna præterea secundo canone. cap. 340. omnes prædictas commoditates Harmel adscribit dicens. Est infusia & subiliatiua, est bona dolori iuncturarum, & sciaticæ cum desuper linitur. Prouocat urinam & menstrua, & confert colicæ uento sœ. Proinde mirum est istorum deinde in quarto Canone non fuisse memorem. Insuper cum Ruta sylvestris, ut ex ueterum testimonij traditur, certum beat uim incidendi & discutiendi lentes & tenaces humor in articulorum doloribus, quan est eam utilius adhiberi ad catapotiorū de hermodactylis confectionem, quam Cicutam, quo hæc sua frigiditate eosdem potius augere possit, quam tollere: illa uero sua caliditate prouenit, auincidere atq; discutere, adeoq; uitium quod ex tenacum humorum multitudine proberet quædam ferre. Accedit hjs, quod etsi Galenus lib. quinto de Simplicibus medicamentis probet quædam uehementer frigida hebetandi sensus gratia, ubi imparibiles crucient dolores; uolum tamen cicutæ in totum damnat, ut quæ non solum frigiditate, sed etiam superflua humiditate fit perniciofa. Nemo deniq; ueterum Cicta aliter usus est quam quod extrinsecus eam apposuerit, nullus autem eorum intra corpus adhibere iussit. Id quod omnium maxime ostendit Dioscorides de

Cicuta. Cicutæ usu in eam scribens sententiam. Multos habet in medicina usus. Collyrii quæ somno dolorem leuant, comino & miscetur succus. Extinguit idem sacros ignes, & quæ serpent. Quin etiam concisa herba comaq; eius mox testibus emplastrī modo imposta, nocturnas libidinum imagines in somno auertit. Languent genitalia emplastrī modo imposta. Lac extinguit, & in virginibus mammarum incrementa compescit, & puerorum testes nutrimento augeri prohibet. Plinius quoq; loco paulo supra citato, præter prædicta Cicutæ nihil tribuit, adeo ut satis iam constet, Harmel non esse Cicutam, sed potius rutam sylvestrem. Cauent itaq; posthac medicina candidati, ne pro semine rutæ sylvestris Cicutam, cuius succo Plinio lib. 15. cap. 11. teste olim Aachenenses ad mortem in publicis & capitalibus iudicibus utebantur, ad medicinæ uolum adhibebant. Non sic, per Apollinem oro, tanti unus accentus, ut quum H A R M E L, apud Arabes scribatur cum aspiratione, ut quidam nugantur, significet Cicutam; cum uero fine asperatione, Rutam sylvestrem: quando interdum ex tantilla notula hominum uita pereditur. Verum Harmel descriptio potius ad ueterum notas exigatur, ita enim mox apparabit esse rutam sylvestrem.

D **A** **L** **O** **E**. Caput .IX.
M Esue libro suo de simplicibus Medicamentis, cap. de Aloe, in hanc scribit sententiam, Aloe mixtum cum melle est minoris solutionis. Et paulo post, Etadhuc etiam est conturbatu, faciens dolorem uentris, & nocens stomacho. Imixtus est autem hoc loco, ut alias sere ubiq; Auicennam, qui lib. 2. cap. 67. ita de Aloe scribit. Permixtio ipsius cum melle, minuit virtutem eius: At nihil ipsis falsius dici potuisse, nemo arbitror, sanæ mentis est, qui non intelligat, quando ex diametro cum ueterum planitis, ratione deniq; & experientia pugnant. Quantum enī ad primum attinet, quis est cui nesciat melli suapte natura inesse uim subducēdi uentre. Et ut morosis ueteris inscitiae propugnatoribus, qui sua mordicus tenent, satisfiat, ecce id ueterum testimonijs comprobabimus. Hippocrates libro de morbis qui extra, de melle ita docet, Mel autem cum cæteris sumptum nutrit, coloremq; bonum facit, solum uero potius emaciat quam reficit: lotum enim cit, supracq; modum purgat. Itē Galenus lib. 1. de alimentis, cap. 15. inquit, Mel habet quandam acritudinem, qua ad egestionem excitat uentre. Dioscorides etiam lib. 1. cap. 15. ita scribit. Crudum mel inflat aluum, & tuſsim proritat. Paulus præterea Aegineta lib. 1. cap. 96. ait. Mel coctum magis alit quam aluum subducat: non coctum, contra. Subscriptit Paulo Alexander Aphrodiseus sectione. 2. Proble. 66. inquiens. Mel incoctū tergit & purgat, coctum alere tantum potest. Adde quod Paulus utitur etiam melle cap. 6. ad deſciendā alui puerori. Inquit enī. Porro si pueri alius adſtricta fuerit, mel cibo adſectū dabis. Si atq; mel ſe ſolo uentre. In ſubducere potest, Aloe cur non idem plus efficeret, additū alteri quod ſimilē uim obtiner? Hinc eft, quod Psellius lib. 1. deuictus ratione, in capite de hjs quæ uentre citant, Damascenis, itemq; a hjs ut aluum plus subducant mel adiici p̄cipiat. Ait enim, Damascena humida & arida nielle

Mel.

A

confecta, madefacta, ut plus teneant mellis, mansaq; solitaria. Si bis mellis compositio absor-
beatur, plus subducit quam si dulce uinum potes. Quod uero Aloe iuncta melli plus subducatur
alium, testatur in primis Dioscor. ubi supra, ita scribens. Cum resina aquaue, aut cocto melle ex-
cepta alium porta soluit. Id quod Plinius etiam lib. 27. cap. 4. confirmat dicens. Deuorant pillu-
le cum mellis decocto, aut terebinthina resina, ad purganda interiora. At quid opus in rema-
nifesta plus equo uerbosum esse? Pergemus itaq; ad secundum, monstrumusq; Aloem non obesse
stomachum, ut Mesue insanit, sed eundem magis robore. Hoc quod docet Gal. lib. 6. de simplici-
bus medicis, cap. 23. in eum modum scribens. Aloe est prae omnibus alijs medicinis stomacho ad-
commodata atq; utilis. Quod & Dioscor. subsequentibus uerbis significauit. Aloe mixta alijs
quae purgando sunt, minus noxia ea stomacho reddit. Prædictis subscriptis Oribasius in Com-
pendio medicinæ cap. de Aloe inquietens, Aloe acutum quidem non est catharticum, stomacho autem
apollini, Plinius quoq; lib. 27. cap. 4. ita scribens. Confirmat stomachum Aloe, adeo ut nulla uis
contraria infestet. Ex istis satis liquet, quantum a uero aberrauerit in describenda Aloe Mesue,
cuilis equidem plura adhuc alia sunt errata, quorum aliqua suo loco attingemus.

¶ De CASSIA. Caput .X.

Cassa qua nostri passim nunc ad aluum leniendam utuntur, antiquis penitus incognita fuit;
ut si cognita fuit, certe eam in medicinæ usu non probauerunt; quando nullus aliquam de ista men-
tione faciat, sed tantum de quadam specie ligneæ, quæ ὄψη, id est, fistula ab eisdem nominat. Qua-
propter diligentius aduertendum, ne cum in libris Graecorum Cassiam fistulam scriptum inue-
niemus, altera putemus intelligi, de qua Arabes atq; recentiores loquuntur. In quem sane errore
Leonicenus, uir dignus cui multum deferant bonarum literarum cupidi, in epistola ad Meno-
chii, pleosq; ex medicis iunioribus incidisse scribit, seq; cognouisse ait, qui cortice Cassiæ fistu-
lae Arabicæ, ad citanda menstrua utebantur, cum Cassiæ lignea potius ad eundem usum recipere
debuissent, ex Diosc. ac aliorum Graecorum medicorum autoritate. Et cum nullus ferme sit Medi-
corum qui non sciat lignea dictam, ab alia Cassia arabica esse diuersam, non necessariū duxi plura
de ista re commentari. Si qui tamen forent, qui ista non cuperent, illi utriuscq; descriptiones con-
ferant, & mox quod diximus deprehendent.

Vñū tñ qd maiori reprehensione dignū est hic præterire non potui, hoc s. Non animaduerterū
nostrī seculi Medici vulgarē nostrā Cassiā lignæ, a uera multū abesse. terra em̄ est inodora & pe-
nitus aspernenda, immo nihil habet quare Cassia putari debeat: id quod Diosc. atq; Pliniū le-
genti, remq; ipsam in manu habenti, facile constabit. Diosc. etenim lib. 1. cap. 12. de eligenda ue-
ra ac optima Cassia ita scribit. Eligito rubescensem, amabili coloris bonitate præditam, corallio
lapidi similem, angustā ualde, longam crassamq; & fistulis plenam, erodentem in gustu, & cum
seruore aliquo adstringente, aromatum modo odoratam, uini odorem referentem. In eandem
sententiam & Oribasius lib. 1. de uirtute simpliciū scribit. Eligenda Cassia est quæ rubea est, bo-
ni coloris, corallio similis, tenuis nitida, ualde longa, & pinguis in fistulis, & in gustu erodens,
fistulam, sed ~~languidam~~, id est, erodens. Nec dissentit a dictis Plinius lib. 12. cap. 15. Adde quod Cassia te-
nacitatem & Oribasius lib. 1. de uirtute simpliciū scribit. Miræ cum reliqua similitudinis, que
gustu nec acru, nec odorata, inhærentemq; medulla corti
cem habentem deprehenditur. At relinquitur
ista ueritatis exquisitoribus dili-
gentius pensitanda.

¶ De RADICE. Caput .XI.

Annotandum est in primis, autores Graeci de ea radice sub nomine Turbit nihil penitus scri-
pisse, barbara em̄ uox est Turbit, & a posterioribus medicis quæcunque ea sit sic appellata. Nam
quod apud Diosc. lib. 4. cap. 116. de Pitiusa hæc uerba græce inserta sunt, Quam uocant Turbit,
id a posterioribus factum est, & Diosc. adiectum. ea enim in nullis ueteribus græcis aut latinis le-
guntur codicibus, nec etiæ legi debent. Proinde cum græci nihil de ea certi tradant, necesse est, no-
tare etiæ atque quæcum de ea radice apud eosdem offendere queant: quando quid per
tamen quod certi quæcum de ea radice apud eosdem offendere queant: quando quid per
TVRBIT intellexerint, difficile, imo ferme impossibile fuerit diuinare. Aliud enim de-

B

Cassia electio.

Tripolium.

C ipso scribit Serapio, aliud Mesue. Serapionis equidē hæc de Turbit uerba sunt. Turbit est planata quæ in littore maris nascit, in locis, s. quæ mare cooperit quando crescit: quando quillum non tangit ea, non enim nascitur intra aquā, nec procul ab ea. Habet folia uero etiā transplantę quæ dicitur Arasatis (quāvis hoc uerbum corruptū sit, ac pro eo legendū, Isatis) nisi quia sunt crassiora. Habet stipitū duobus palmis longo, diuisum in summitate. Flos eius mutat colorē, in uesperis uerū ter in die: quia mane est albus, & meridie declinans ad purpureū colorē, in uesperis uero sit rubeus. Radix uero eius odorifera est, & alba, quæ quādo masticat calefacit lingua. Quod si uerū hoc est Turbit a Serapione Mauritanum descriptum, certe nihil a Tripolio differt. Nam omnīa quæ Serapio de Turbit scribit, ea Dioscorides ac Plinius Tripolio tribuunt. *Diosc.*, nanci lib. 4. cap. 126. de Tripolio ita differit. Tripolium nascitur maritimis locis, quo fluctus peruenit & regrediat, non tamen in arida, neq; in mari. Folia habet Isatidis similia, crassiora tamē. Caulem dodrantalem in summo se diuidentem. Fertur flos eius ter quotidie mutare colorem. Matutino enim albet, Meridie purpurescit, Vespere puniceo colore fit. Radix illi est candida, odorata, guastu feruida. *Plinius* uero lib. 26. cap. 7. Tripolium in hunc modum depingit. Tripolium in maritimis nascitur locis, ubi allidit unda, neq; in mari, neq; in aco, folio Isatidis, crassiore, palmo alto, caule in mucrone diuiso, radice alba, odorata, calida gustu. Hinc Pandectarij reprehenditur error, qui in suis Pandectis, multa mendaciorum plaustra continentibus, duo facit capita, unum de Tripolio *Diosc.* alterum uero de Turbit Serapionis: quasi Turbit apud Serapionem, sit aliud a Tripolio Dioscoridis. Verum Serapionis Turbit, quod idē est, ut iam ostendimus, quia radix Tripolij secundum *Dioscor.* & *Plinius* odorata est: qua uero nos utimur pro radiis Turbit, ea omnino odore caret, proinde Serapionis Turbit esse non potest. Quod autē Turbit Mesue non sit Tripolium apud *Dioscor.* adeoq; diuersum ab eo quod Serapio describit, facile ex eiusdem uerbis animaduerti potest. Inquit enim, Turbit est radix herbae cuius folia sunt, sicut folia ferulae, minora tamē, & est ex habitibus lac. Horum nanci nihil in Serapionis Turbit reprehendere licet. At nec Turbita descriptio, secundum Mesue, ex genere habentū lac constare potest. Nam si uera esset, consequeretur Turbita Mesue descriptum uel esse aliquam speciem Tithymalorum, uel radicē Pitiuse, quorum tamen neutrum astrui potest. Sunt etenim septem Tithymalorum species, *Dioscoride*, lib. 4. cap. 155. teste: sed nulla earum esse potest Turbita Mesue pictum. Siquidē nulla ex illis habet folia similia ferulæ, qualia habet Turbit Mesues, ut constat ex *Dioscor.* singulas Tithymalorum species per folia, ac flores, & reliquias notas describentur. Neq; Turbita Mesue designatum Pitiusa lactariae herbae radix dici potest, folio enim piceæ constat, non ferulæ: quemadmodum ex lib. 4. cap. 156. *Dioscor.* liquet, cuius de Pitiusa haec sunt uerba. Caulem ex se mittit cubito maiorem, multis geniculis intersectum, acuminatisq; foliolis uestitum, piceæ similibus. Nec dissentit *Plinius* lib. 24. cap. 6. dicens, Pitiusam quidam in Tithymali genere numerant, frutex est similis piceæ. Accedit h̄s, quod hæc radix Pitiuse non Turbita Serapione, sed Scebram, id est, Esula nuncupatur: id quod palam fieri conferenti ea quæ Serapio de Scebram ex *Dioscor.* autoritate scripsit. Quod si uero quis contendat Turbita Mesue descriptum esse posse uel Lathyrin, uel Peplion, quando & illas inter lactarias herbas communitur *Dioscor.* is sciat neutrum fieri posse: cum utriusq; radix a *Dioscoride* censeatur inutilis. Vide antiā ueritatis amatores, quod difficultates, & quidem inexplicabiles occurrant Medicis, Arbitrabitur placita sectantibus, hi enim non modo a Græcis, sed a seip̄s quocq; dissentunt. Proinde si ueritatem rimari animus est, omnino satagendum, ut folium uiride inspiciatur, & an sit folio Isatidis, aut ferulæ simile: uel etiam neutro, diligentius consideretur. Scribit autē Ioannes Mainardus, exacti iudicij uir, primo suarum Epistolarum libro, se a fide dignis intellectu intelligent. Radix qua pro Turbit utitur, ex planta accipiatur, quæ folio Myrti constet. Quod si uerum est, certe secunda Tithymalorum species erit. Hæc enim, ut scribit *Dioscorides*, folia habet Myrti similia. Clarum itaq; ex iam dictis, utrosq; & Serapionem & Mesuen, aberrasse. Plura ea derelicta apud Leonicum in epistola ad Hieronymum Menochium.

De s A N D A R A C H A. Cap. XII.

A Rabes uniuersi Sandaracham esse gummi scribit, quod alio nomine Vernix appellatur. Id quod in primis Serapio indicat ita scribens. Sandaracha est gummi calidæ & sicce complexionis, & est simile Karabe, sed non est ita durum, & in eo est parum amaritudinis, & affertur a terris Christianorum. Græci contra & Latinī per Sandaracham lapidem metallicū intelligunt. Fuitq; quondam Græcis & Latinis scriptoribus duplex Sandaracha. Metallica pluribus locis fossilis. Galeno enim Libro de simplicibus Medicamentis ad Paternianum Capite. 139. teste, affertur a Ponto, Cappadocia, & Cilicia, & est lapis ignei coloris. *Plinius* quoque Sandaracham libro. 34. capite. 18. inter Metalla connumerat dicens. Inuenitur & in aurarijs & in argentarijs

A

metallis ; melior quo magis rufa, quoq; magis virus redolens, ac pura friabilisq; Dioscorides etiam Lib. 5. Cap. 76. inter metallia de Sandaracha agens, hunc in modū inquit. Eligenda Sandaracha est, quæ ad satieratē flammeo colore rufescit, fragilis, plana, puraq; & cinnabaris colore aliquo, sulphuris etiā virus olens. Altera deinde fictitia & adulterina Sandaracha est, quæ ex cocta cerussa fit, qua fœlicius pictores quam medicis usi sunt. De qua Plinius Libro quinquefistmo quinto, Cap. 6. ita scribit. Fit adulterina & ex Cerussa, in fornace cocta. Et Vestruius sepius suæ architecturæ cōmentario, Cerussa, inquit, cum in fornace coquitur, mutato colore ad ignem incendij Sandaracha fit. Lapsos itaq; arbitror Arabes, quod Sandarachā esse gummi purum suæ uires, cū eandē ueteres omnes inter lapides metallicos connumerarint. Id quod ex eo etiā colligi potest, Arabes omnes uires quas Prisci uerē Sandarachę, quæ metallū est, tribuunt, suæ quoq; quæ gummi est, adscribunt, quod fieri non posset si diuersæ essent. Vix enim duas reuinuescunt, cū eandē ueteres omnes inter lapides metallicos connumerarint. Quod autē Arabes easdē, quas Græci suæ Sandarachę tribuerint, facile ostendemus ex ijs quæ utriq; de ea scriperunt. Inter Græcos autē Diocles tradidit de Sandaracha. Vires cocturamq; easdē Auri pigmento habet. Resina excepta capitulo defluvia sanat. Cum pice scabros polvit unguies, pediculosis ex oleo prodest, panos cum adipiscit. Nariū & oris ulceribus accommodata est, & cū Rosaceo cæteris pustulis & condylomatis. Dat & contra purulentas excretiones cum mulso, & contra ueterē tussim, cū resina incendit per fistulā uapore eius in os attracto. Vocem purgat cum melle lincta, & suspriosis cum resina deuorat. Eadē uero inter Latinos Plinius, ubi supra, de Sandaracha quoq; scribit, inquit. Valet purgare, fistere, excalfacere, perrodere. Suma eius dos stiptica. Expletaloperias ex hac placita confer, & nihil quod a prædictis pugnet offendit. Sed resina illita, Additur oculorū medicamentis. Fauces purgat cū melle sumpta. Vocem limpidā & canorā facit. Suspiriosis tussientibusq; iucunde medet cum resina terebinthina in cibo sumpta. Lam iſus Arabū de Sandaracha placita confer, & nihil quod a prædictis pugnet offendit. Sed ne plus aequo uerbosior sim, unus Auicenna, qui Lib. 2. Cap. 627. de Sandaracha in hanc sententia scribit, sufficiat. In ipsa est stipticitas & proprietates retinendi sanguinē. Desiccat fistulas quādo cum ea suffumigatur. Eius sumus prohibet catarros. Fluxum deniq; sanguinis & asthma humidum sua exiccatione arcit. Utuntur ea luctatores, ut difficultatē anhelitus non incurant. Quare, ut finē tandem faciam, errasse Arabes uerisimile est, Sandaracham gummi statuentes, cum ex ueterum decreto potius lapis sit metallicus.

Sandarachę
uires.

De S A C C H A R O. Cap. .XVII.

B

Saccharū antiquorum est id, quod Dioscor. Galenus ac Plinius describit, speciem mellis esse dicentes, & ob eam etiam rem de eo inter mella loquuntur. Dioscoridis autem hæc de Saccharo lib. 1. cap. 73. sunt uerba. Vocatur & quoddam Saccharum, quod mellis genus est in India, feliciter Arabia concreti. Inuenit id in harundinibus concretione sua sali simile, & sub dentibus infaralis confringitur. Galeni uero lib. 7. de simplicibus medicamentis, cap. 97. de Saccharo etiū, etcq; mellis species. Hactenus Galeni uerba recitauimus. Plinius etiā lib. 12. cap. 8. de Saccharo scribens, nihil a superioribus uariat, eius hæc sunt uerba : Saccharon & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in harundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. Amplissimum nucis auellanæ magnitudine, ad medicinę tantū usum. His quoq; sub scribit Alexander Aphrodisæus lib. 2. problem. 74. ita inquiens. Quod Saccar Indi appellant, mellis coagulum est, sole cogente rores, conuertenteq; ad mellis dulcedinem, quod idem monete in Libano fieri certum est: sic Saccar id proximū salis glebulis candidū, fragile, uim id quoq; tergredi purgandiq; mellī similiē habet. Saccharon uero hoc antiquorū nihil differre a sale Indiae in primis ostendit Archigenes, antiquissimus medicinę professor, qui id Indicū salē, & harun do in primis ostendit Aegineta lib. 2. Saccharū salē Indū nominat, ait enim. Etsal Indi dñeū mel uocauit. Paulus itidē Aegineta lib. 2. Saccharū Candū nominat, aliud a Zuccharo excandescens multū obduruerat. Est autē sal Indus, seu Saccharū Candum, aliud a Zuccharo nostro Candi atque Taberzeth. Nam Zuccharum Taberzeth nostro tempore non portatur ex India, sed ex Zuccharo nostro quater uel quinque excocto, lucellī maioris corradēs gratia, seplasianū Veneti facere didicerunt: harundines quoq; immittentes, supra quas uideri possit congregatum: & gosapio inuolentes, ut nauī ex Orientalibus regionibus inuectum putetur. Ita etiam nostrum Z V C C H A R V M Candires facticia est, cuius mate-

Archigenes.

Curia est Zuccharum albū. Proinde errant Auicennæ expositores, Gentilis Herculanus, & alij, per salem Indum Zuccharū Candi intelligentes, nam præter hoc quod non est naturale, sed factuum, etiam colore non est album, uerū potius subluteum. Candum autem naturale, antiquis Saccharum nominatum, in fœlici Arabia, ut diximus, & India tantū in harundinibus, maioribus fructis, majoriç duricia, ob clementiores radios. **Zuccharum.** Est uero Saccharum hoc antiquorum a Zuccharo nostro diuersum. Nam res Zuccharum a nostris dicta, nihil aliud est, quam succus a proprij generis planta bene contrita expressus, calore ignis plus minusue excoctus, coactus ac defecatus, in Zuccharum tanto candidius & durius euadens, quanto plus concoctionis defecationisque tolerauerit. Et ut Ioannes Mainardus, acerrimi iudicij vir, in suarum Epistolarum medicinalium libro secundo, se a Lusitanis & Siculis cognouisse scribit, planta, a qua Zuccharū exprimitur, humectis locis proprio semine seritur, exteriore quidem specie arundini magnæ similis, interiore substantia ualde diffusa, milis. Pulposa enim est, grauis, mollis, & succi plena: quum arundo e contrario stileuis, durissima. Quare si ista cum antiquorum Saccharo contuleris, nihil quod eidem conueniat, deprehendes. Nam cum antiqui omnes Saccharum suum, ut paulo ante diximus, melis materiam ac rorē esse fateantur, certe ab eo tam differt Zucchari materia, quā planta differt ab aqua. Forma deniq; quam illi adscribunt, minime huic nostro congruit. A Dioscoride enim salibus, quo ad consistentiā concretionem simile, ac dentibus, salis instar, perfringi dicit, & a Plinio gummi modo candidum. Nostrū uero, priusquam coquatur, colore potius nigricās, & subrutilum, quam candidum inuenies: nec dentibus fragile, sed per suatum, non per dentium attritionem de glutiendum. Efficiens quoque nostri primum est forma ipsa plantæ: secundum artifex calore uaginis coquens & defecans: & demū in hanc, quā uidemus metu formam in ligneis quibusdā uaginis deducens. Antiquorum autē Saccharū noctis primo frigus agglutinat, dehinc superueniens solis calor obdurat. Nostrum etiam plantæ pulpa in Sicilię & Canarię insulis continet, effigie tantum arundini similis. Illud supra arundinis uerae folia in India fœlici Arabia, & monte Libano, teste Galeno, libro tertio de alimentis, cap. 38. & Alexandro Aphrodisiæ, coagulatum inuenitur. Nostrum gulę proceribus suauissimas dapes ministrat, illud ad medicinæ tantum usum, Plinio scribente, uenit: & ut docet Dioscorides, *volumen xvi, id est, uentriculo bonum existit.* Nostrum potius pectori quam uentriculo utile experimur. Illud postremum non siticulosum, sicut Paulo, sicut mel: nostrū uero non minorē sitim quam mel facit. Quis est iam, qui Saccharum antiquorum, & Zuccharum nostrum esse res diuersas ambigat: quando forma, materia, efficiente, loco, uiribusq; longe euariant.

De CISTHO, SEV LADANO. Cap. XIII

AVicenna, 2. Can. cap. 432. de Ladano sic scribit: Ladanum est humiditas pendens in plurimis caprarum pascentium, & barbis earum, cum pascunt plantam, quæ nominatur Cusus. Quibus sane uerbis Auicenna innuit, Ladanum esse speciem Cusi, id quod et cap. 172. manifestius indicat, dum inquit: Et una quidem specierum eius est, quæ nominatur Ladanum. Cusum autem Auicenna corrupto uocabulo pro Cissum posuit. Miscuit autem & hoc capite Auicenna Hederae uires cum alterius herbæ, quæ Ladanum fert, uiribus, id quod perspicuum erit, hoc caput de Cuso conferenti cum capite de Cistho apud Dioscoridem. Serapio quoq; haud aliter quam Auicenna de Ladano scribit, dicens: Ladanum colligitur ex una specie Cissi. Ex quibus etiam uerbis manifesto deprehendimus, eundem perinde ac Auicennam Hederae naturam, quæ Græcis κισθός dicitur, non satis cognouisse; nec enim a Cocco, hoc est, Hedera, Cisthōn herbam Ladaniferam secernere potuerunt, sed nominis uicinitate decepti, quæ Cistho debentur, una tantum mutata litera, ad Cocco transtulerunt. Nam pingue illud, quod a Lada herba, quæ Græcis εὐαρά dicitur, Ladanum nuncupatur, barbis hircorum adhaerescit, non de Cocco sive Hedera, sed de Cistho, quemadmodum Dioscorides, Galenus, Paulus, & alij veteres uno consensu tradunt colligitur. Dioscorides enim libro primo, cap. 119. de eo in hunc modum scribit. Est & alterum genus Cisthi, quod Ladon a quibusdam dicitur, frutex Cistho similiter nascens, longiora tanū nigrioraque folia habet, quibus per uer pinguitudo quædam, quæ adstringendo sit, inhæret, omnibus quibus & Cisthus accommodata. Fit ex eo Ladanum, folia eius pascentes hirci capræ pinguitudinem barbis & femoribus, quoniam uiscosa sit, inhærentem reportant, quam dependentes per colū liquant, seruantq; in offas conformatam. Galenus etiā lib. 2. simpliciū medicamentorum cap. 27. ita de Cistho scribit: Cisthos in calidioribus quidē locis generat. Fit autē ex eo Ladanū medicamentū. Accedit Paulus Aegineta, qui non aliter quā prædicti de Ladano distinet, cuius hęc sunt uerba. Ladanū ex Cistho, quā Ladona uocant fit, est uero in Cypro, iam considerandū, quo pacto fieri posset ut ex Hedera colligeretur, fieretue Ladonū, quando in Cypro

Inula, si Theophrasto grauissimo auctori credimus, nec Hedera quidem nascatur. Est igitur Cis-
flos uel Lada, siue Ledon, non autem Cissos, id est, Hedera, cuius flore depasto, Ladanum hir-
corum barbis adhaerescit. In hoc equidē errore, quemadmodū in multis alijs, fuit autor Pand-
tarum, qui uolens forte Auicennam tueri, Hederæ nomen aliquanto etiam, quam cæteri, fusi-
us accepit, adeo ut omnem herbā, qua capræ libenter uescerentur, ab edendo Hederam appel-
lari posse, non tam docte quā stulte arbitratus sit. In eundē errorē incidit & Plinius (utriusq; em-
historiam confundam) hæc Cisso tribuit, quæ Cistho Dioscoridis ac reliquorum probatissimo-
rum testimonijs conueniunt. Plura ea de re offendit apud Nicolaum Leonicenum, nunquam
laudatae satis eruditioñis hominem, in eo libro, quem de Plinij erroribus edidit.

D E S V C V T O . Caput .XV.

AVicenna secundo libro sui uasti Canon. cap. 61. ait: Semperuia est Sucutum. Et cap. 54.
dicitur, quod Sucutum est Semperuia, & dicitur, quod est species seminis Mandragoræ, & di-
citur aliud. Ex quibus satis constat, ignorasse Auicennā, quid esset Sucutum. nam uarias de eo
sententias afferens, uni præ alijs non inhaeret, sed solum refert alios existimasse, quod esset Sem-
peruia, alios Mandragoræ cuiusdam semen, alios aliam rem, nihil tamē interim certi in re tam
dubia pronuncians. Id quod fecit quoq; Fen. 10. Canone., Tractat. 4. cap. 6. de sputi sanguinis
curatione in hanc sententiam scribens: Sucutū est Semperuia; & scripsit uir quidam in suis ag-
gregationibus esse calamentum speciem, nascentem inter lapides. Quid, quæso, certi ex ambigua
illa descriptione uenetur medicæ professionis studiosus? Ah resipiscant tandem, qui Auicennā
libet tanquam idolum erexerunt, quicq; ab eo dissentire, piaculum ducunt, cognoscantq; non so-
lum in hoc autore omnia dubitationibus esse plena, sed & omnes eius libros, secundum præser-
tim, in quo de simplicibus medicinis tractat, innumeris scatere erroribus, quorum magnā par-
ties calamentum, sed est Dioscoridis ac aliorum ueterū Symphytū: id quod dilucidū admodū erit,
si quis Auicennā caput de Sucuto, cū capite Dioscor. de Symphyto comparauerit. Auicenna
nancipit Sucutū in hunc modū describit: Sucuti duæ sunt species, una petræa dicta, alia non pe-
træa. In ipsa est humiditas calida temperata, & tenuitas, habens odorē & dulcedinē quandā, cu-
mī Symphyton cogomento petræū, nascit̄ in petris, ramulos habet Origano simili-
tudinem, graciles, folia, capitula ut thymi, totū est lignosum & odoratū, dulceq; gustu, & saliuā pro-
pāt. Haud aliter Plinius lib. 27. cap. 6. Symphyton depingit. Alum, inquit, nos uocamus, Græ-
ci Symphyton petræum, simile cunilæ bubulæ, folijs paruis, ramis tribus aut quatuor a radice,
cuminum Thymi, surculosum, odoratū, gustu dulce, saliuā ciens, longa radice, rutila; nascit̄
tur in petris, ideo petræum cognominatū. Radix carnes, cum coquuntur, conglutinat addita.
Ex istis iam luce meridiana clarius est, Sucutū cum Symphyto idem esse: utriusq; enim descripti-
ones conueniunt. adeoq; errasse Auicennā certū est, eo quod Sucutū idē quod Semperuioū es-
sedixit, quando Sucutū descriptio nihil commune habeat cū Semperuioī descriptione, ut con-
stat cap. s. lib. 4. Dioscor. de Aizoo, seu Sedo maiore legenti: uerum singula eius descriptionis
Symphyto magis, quam Consolidā uulgo uocant, conueniunt, quam uel Semperuio, Man-
dragoræ, aut Calamento, ut ex eorundē descriptionibus, quas consulto præterimus, elucescat.

In Auicenna.

Sucutum.

B

D E M E Z E R E O N T E , S E V C H A M A E L E A . Caput XVI.

PRimum omnium, ut errorē hunc probe conuincamus, Arabum descriptiones more nostro
præmittamus, ex quibus liquido monstrabimus, eosdem toto cœlo errasse. Inter Arabes autem
Auicenna lib. 2. cap. 46. de Mezereon in hunc modū scribit: Mezereon est lacticinii magnum,
quod est duorum modorū, unū eorum est, magna habens folia & spissa, & hoc est deterius am-
borum: & quod nigrum est, perniciosum existit. Melius Mezereon est, in quo sunt folia pluri-
ma, & similia folijs oliuæ, & subtiliora. Est acutum excoriatiū, & eius acrimonia est uehemens.
Mefue uero in suo de simplicibus medicam. libro ita tradit. Mezereon est planta, uocata apud
Persas rapiens uitam, cuius folia sunt similia folijs oliuæ, sed maiora. Est & planta lacticiniorum
majorum, cuius species sunt plures. Est enim quædā magna habens folia, & subtilia. Est & par-
uahabens folia sicut folia oliuæ, & spissa nimis: & est folia habens crispa & aspera: & ex eis aliud
est colore in habens uiridem, & aliud habens colorem subnigrum. Serapioni per omnia ferme
cum prædictis conuenit, nisi quod ex genere lactariarum herbarum non facit. Ex quibus colli-
ge primum plantam, quæ ab Arabibus Mezereon nominatur, Græcis esse eam, quam Chamae-
leam uocant, ut constat, conferenti caput ipsum de Chainælea apud Dioscoridem descriptum,

C

cum ijs, quæ de Mezereon ex Arabum sententia iam retulimus. Dioscoridis enim lib. 4. cap. 108. de Chamælea hæc sunt uerba. Chamælea dodrantales habet raimulos, frutex surculosus, folia habet oleæ similia, tenuiora tamen & frequentia, amara, gustum erodentia, & scarificantia faves. Hæc omnia Arabes suo adscribunt Mezereon, adeo ut nullus, nisi talpa cæcior sit, non videat Mezereon Arabum esse Græcorum Chamæleam. Quæ ideo hoc nomen apud Græcos sortita est, quia habet folia similia oliuis. Secundo ex Arabum descriptionibus collige, Auicennam & Meluen in duplum incidisse errorem. Primus est, quod Mezereon inter lactaria connuerant. Secundus, quia Chamæleonem herbam cum Chamælea siue Mezereon confundunt, quarum tamen non modo nominum, sed etiam naturæ ratio diversa est. Non esse autem Mezereon inter lactarias herbas collocandum, ex Dioscoride in primis manifestum est, qui siue Chamælea nihil tale tribuit. Præterea si herba esset ex habentibus lac, aliquam esse speciem Tithymalorum consequeretur, aut aliam quandam lactariam herbam, quorum tamen neutrum recte dici potest, ut constat ex Dioscoride, singulas Tithymalorum species, ac herbas reliquas lactarias describente. Quod uero multa Mezereon seu Chamælea tribuerint Arabes, quæ magis Chamæleoni conueniant, probari potest ex his, quas ipsi suo Mezereon adscribunt propriatis. Nam quod primū plures eiusdem faciunt species, album aliquod esse dicentes, aliquod vero nigrum, hoc nihil ad Mezereon attinet. Nigrum enim & album non sunt Mezereonis, id est, Chamæleæ fruticis differentiae, sed Chamæleoni herbe aculeatae, cuius duo quidem genera, alterum albi, alterum nigri discrimine non modo a Dioscoride, sed etiam a Plinio distinguitur: immo ab ipso quoq; Serapione, qui postea in alio loco & capite diuerso de Chamæleone albo & nigro eadem scribit, quæ de ambobus Dioscorides: nec tamen meminit se de eisdem Diocoribus, capite de Mezereon fecisse mentionem, cuius tamen simplex species est secundum Diocoribus, Pliniū ac Paulum, qui omnes Chamæleonem album & nigrum sui generis herbas fecerunt, a Chamælea, id est, Mezereon differentes. Hunc eundem errorem repetens Auicenna, 1. Canon. cap. 377. Chamæleon, inquit, est species de Mezereon nigra, mortifera. Idem insuper Auicenna capite de Mezereon, proprietates eius enarrans, in hanc scribit sententiam. Omnes species administrantur ad morphæam, & albaras, & ad lentigines, linitæ exterius, & quandoq; admiscentur ei sulphur. Colluitur os cum decoctione eius, & proprie decoctionis nigri, & sedatur dolor dentis. Quæ singulæ proprietates a Dioscoride libro tertio, capite decimo, non Chamælea, sed Chamæleoni nigro tribuuntur. Eius enim de Chamæleone hæc sunt uerba. Poteſt concisa radix, addito exiguo atramento futorio, Cedrinoq; oleo, & Axungia, scabies exterere. Abstergit & impetigines, admixtis sulphure & asphalto, in aceto cocta & inuncta. Colluntur decocto eius utiliter in dolore dentes. Subiungit Auicenna, quod omnes species Mezereon ad impetinem & ulceram sordida cum melle, & eradicant cortices. Hoc quoq; dictum, ut præcedens, falsum est: quia ista proprietas purgandi ulceram sordida, & quæ Eschara habent cum melle, non est Chamæleoni albi uel nigri, quos eodem capite Auicenna falso innuit esse species Mezereon, sed Chamælea tantum ut habetur ex Dioscoride, cuius hæc de Chamælea uerba. Repurgant cum melle concisa folia, sordida, & quæ cerasas contraxerunt, ulcera. Quæ deinde sequuntur apud Auicennam, ea Chamæleoni albo conuenient: sicut est educere lumbricos, conseruare hydropisi, & reliqua. Testis est Dioscorides, qui hæc omnia Chamæleoni albo adscribit. Inquiens. Radix Chamæleoni albi acetabuli pondere pota, latos uentris lumbricos, contundit & contra cutem subeunt aquas utiliter drachmæ pondere cum uino: extenuat enim ac mertuit eas. Hunc errorem continuans Auicenna Fen. 6. Can. 4. Tract. i. Summa. 1. cap. 7. accidentia atq; remedia, quæ Chamæleoni nigro, radici uenenata a Paulo Aegineta assignantur, ipse ad Mezereon, id est, Chamæleam transfert: Nec eius erroris expers fuit Mesue: is enim non ait, quæ debentur Chamæleoni scribenter quam Auicenna, cuius similia existit, Mezereon adscribit, quæ debentur Chamæleoni dentium, & fieri ex eo enim interficere lumbricos, collusionemq; eius ex aceto conferre dolori dentium, & fieri ex eo unguentum bonum ad scabiem: quæ singula a Dioscor. Chamæleoni albo & nigro tribuuntur. Nihil uero horum conuenire Mezereon, siue Chamælea, ex Dioscoride liquet, qui uniuersas & ius proprietates breuissime his uerbis complexus est. Purgant per inferna folia eius pituitam & bilem, maxime si deglutienda dantur, uni foliorum parti duabus absinthij mixtis: conformantur autem aqua mulsa in pillulas. Non conficiuntur in stomacho, sed qualia sumpta fuerunt rabes, commodum itaq; ut ad alia festinemus.

E **D**e C I C V T A, & N A P E L L O. Cap. XVII.
Ex hoc errore deprehendent, manifesteq; agnoscēnt ueritatis amatores, quanta in caligine uersentur hi, qui mordicus tenent Auicennam, uniuersæq; medicinæ principem statuant: ac omnia quæ idem scriptit sine ullo rationis examine, pro uero admittunt: adeo ut non immerto quis sortem humanam deplorare posset, quod tot seculis mirum in modum sub Auicenne pla-

placitis periclitata sit. Certum enim est, Auicennam nihil eorum quæ scripsit, explorasse. Rex
 enim fuit, & curandis infirmis operam non dedit, transcriptorē tantū Alabatis ac Rasj, alio-
 rumq; fuit. Proinde ubi suis uelis nauigare tentauit, mox nauem impegit, ita ut recte admodū
 Ambrosius Leo Nolanus, non obesæ naris uir, de eodem sic pronunciauerit. Auicenna dum
 res naturales proprio tractare aggreſſus est, usq; adeo argut; & disputauit, ut pro ſpera-
 gloria, mali philosophi nomen adeptus sit. Et hæc uera eſſe, ſentient omnes, qui ea quæ de
 Cicuta & Napello ſcribit, exacto iudicio trutinauerint. Animaduertendum itaq; Succaram a-
 pud Auicennam eandem eſſe cum Cicuta: eodem ſiquidem Succaram tribuit effectus, quos
 Cicutæ Dioscorides. Libro enim ſecundo, cap. 67. Succaram in hunc modum defribit. Crus
 huius plantæ eſt, ſicut crus ferulae, & habet florem album, & ſemen ſicut Aniſum. Dioscor. ue-
 to lib. 4. cap. 73. Cicutam ita depingit. Cicuta geniculatum profert caulem, ſceniculi modo, &
 grandem. Folia ferulae ſimilia, anguſtiora tamen, & grāuiter odorata, in cacumīnibus & umbel-
 lumq; descriptionibus, Succaram eſſe eandem cum Cicuta non uideat. Verum Auicenna tan-
 quā parum ſibi conſtaſt, deſcriptio ista non contentus, Succaram aliquando folijs cucume-
 ris, aliquando mandragoræ, iuxta diuersorum authorum opiniones conſtarē tradit. Eandem
 Nam Fen. 6. cap. 4. tract. 1. cap. 2. ubi de uenenis agit, Cicutam non Succaram, ſed Alpharphas
 appellat, exiftimacq; eſſe Napellum, aut uenenum interficiens hominem, & non interficiens tur-
 dos. Quod & 1. Canon. cap. 503. de Napello facit: coturnices tamē pro turdis nominat, dicens:
 Coturnices ex eo cibantur, & non moriuntur. Quæ equidem Galenus lib. de Simplicib., me-
 dica, diſtin. 4. cap. 1. non Napello & turdis, ſed Cicutæ & ſturnis adſribit, cuīs hæc quidē uer-
 baſunt. Cicuta hominem ſane interficit, ob meatuum latitudinem, & caloris abundantiam, ac
 propter magnam quam habent arteriæ in attrahendo uim, pollens adhuc pertingit ad cor: non
 exanimat uero ſturnos ex contrarijs cauſis. In eandem quoq; ſententiam ſcribit Galenus lib. 2.
 der Aphrodisæus in procœmo ſuorū problematiſ indicat, inquiens. Veratro coturnices, Cicu-
 ta ſturni uescuntur, quæ toxica hominibus eſſe certū eſt. Videmus itaq; maniſtissime, Auicen-
 na Napello tribuisse, quæ ex autoritate omniū ueterū debent Cicutæ, quē etiā noſtri ſeculi mo-
 dici imitantes, de Napello conſtanter affirmat, quod nulla experientia habent compertū. Quod
 autem Cicutæ Hyoscyamū nigru nominat, id maniſtum fit ex capite Fen. 6. canon. 4. tractat. 1.
 ſumma. 2. Vbi omnia ſigna quæ ſcribuntur ab Auicenna in eo, qui hauiſt Hyoscyamum nigru,
 ac contra idem uenenu remedia non ſunt alia, quā quæ in Cicuta Dioscorides notauit. Auicen-
 na nanc̄ira ait: Accidit ex eo præfocatio & frigus extremitatū, & tensio uehemens præfocans,
 & tenebroſitas uifus, & forſitan non uidet aliquid, & deſtruit imaginationē, & inſrigidat extre-
 mitati ſolutionē: deinde da in potu de uiño puro aliiquid poſt aliiquid: quoniā eſt magni iuu-
 amenti cum eo quod bibit & abſynthiū: & detur in potu piper cum uiño, ſimiſter caſtoſeum &
 ruta, &c. Dioſcor. uero libro ſexto, cap. 11. in hunc modum. Caliginē uertiginesq; oculis tantas
 Cicutæ potus affert, ut nec minimum uidere liceat. Singultus itidem, mentis alienationem, & ex-
 tremarum corporis partium perfrictiones. Postremo conuulſione strangulantur, ceſſante a mo-
 tu omniū in arterijs ſpiritu. A principio igitur, quemadmodum in alijs decretum eſt, uomitioni-
 bus eam educemus: mox exinanitione hac facta, delapsam in intestina eius partē purgabimus,
 tuncq; ueluti ad efficacissimum remedium, Meracas uiini pōtiones transihibimus, per interualla
 dantes, & in interuallis his aſinīnī bubulum uel absinthium cum pipere, caſtoeoq;, auſ-
 turam, &c. Cæterum nō cognouiffe Auicennā, Napellum, ex multis colligi potest. Primo, quia
 ſigna, quæ ab Auicenna ponuntur, in eo qui hauiſt Napellum, ſunt eadem ijs, quæ a Dioſcor.
 ſcribuntur in ijs, qui toxicum biberunt; id quod dilucide eorundem uerba monſtrabunt. Auicen-
 na enim Fen. 6. lib. 4. capite primo, ita de Napello docet. Napellus eſt ex deterioribus, & ac-
 cedit potentiā ipsum, ut apostemē labia ipsius, & lingua eius, & frequentes ſiunt ſuper ipsum
 ſeruigio & ſyncopis, & ex eo raro euadunt, ex eiusq; ſucco tingunt ſagittæ. Quæ omnia Dioſcor.
 ſcribit, inquiens. Toxicum creditur ideo appellarī, quod barbari ſagittas telaq; ſua eo inficiunt.
 Sequitur potentes linguae laborumq; inflammatio, iſaniaq;, quæ coerceri non poſſit, uarias
 immittens imagines: quo ſit, ut difficultima curatione ſanentur, raro incolumes euadant hauri-
 entes. Hoc autē ueneni genus Auicenna, oblitus quod ante a de eo ſcripſerit, mox infra cap. 39.
 corrupto uocabulo, pro toxicu Tufom uocat, cuius ſe neq; naturā, neq; curam noſſe fatetur; e-
 oſdem tamē in eo ex aliorū ſententia tradit effectus, quos Dioſcorides in toxicu notat, ac quo

A
Auicenna in-
doctus & rha-
pſodus.

Succara.
Cicuta.

B

C paulo antea ipsem Auicenna in Napello assignarat, adeo nihil penitus eorum, quæ scribit, minit: ita ut deierare quis posset, hominē omni cerebro ac memoria caruisse, quod tam pugnatio non animaduerterit. Secundo, non cognouisse Auicennam Napellū, & ex eo colligi potest, am Napellus barbaris nihil aliud sit, quā qd̄ Aconitū Græcis & Latinis: hocq; duplex est, auctoribus Gal. lib. 6. de simplicib. medica. & Diosc. lib. 4. cap. 71. unum τε φάλαγχι, ab enecan- dis Pantheris si dictum. Aliud λυκότονον, quod lupos interficiat, ita appellatū. Auicenna de ḥs duobus generibus Aconiti eosdem secutus, Fen. 6. lib. 4. de uenenis, sub nomine strangulatoris Adip, id est, lupi & strangulatoris leopardi seorsum a Napello, tanquam re diuersa egit: quod nullo pacto fieri potuisset, si Napellum cognitum habuisset. Iam uideant Medici iuniores, quo pacto suum idolum, Auicennā tueantur, quem existimant concinno quodā ordine uaffū illum suum Canonē texuisse, & si Dīs placet, uniuersam medicinam per compendium tradidisse poste- plit, quorū partē in secundo Tomo prosequemur, examinassent, non ordinem, & lucc, sed Cim- merias tenebras, ac confusum chaos offendissent. Verum, ueritatis studiosi facile ex uno errore aestimabunt, quantum in alijs sit fidendum Auicennæ, quoniam etiam, nisi iudicium accedat ac de- lectus, consultius est perpetuo non attigisse.

¶ De I X I A, seu V I S C O. Cap. XVIII.

Avicenna Fen. 6. Canon. 4. summa. 2. cap. 33. de Visco sub nomine Aldibic, ita em̄ Arabice appellatur, tanquā ueneno loquiſ: eidem enim eadem fere signa atq; remedia attribuit, quæ Dioſcor. in Ixiae ueneni pōtione receperit, adeoq; deceptus nominū propinquitate, iſōr, id est, uifcum proliſſor ueneno descripsit. In quē etiā errorē Plinius' incidit, idq; genus ueneni quod Græci iſāe uocant, non semel, sed iterū atq; iterum Visci appellauit. Quare inter iuniores quoq; nonnulli falsi, putant tam Auicennā, quam Plinium loqui de Visco, quo aues decipiuntur. At fieri non potuit, ut aut Auicenna, aut Plinius Viscum aucupum inter uenena connumeraret. Auicenna siquidē lib. 2. cap. 728. de Visco tanquā salubrī medicina, haud aliter quā Dioſc. lib. 3. cap. 95. plu- rima scribit, nullā dans in eo ueneni mortiferi notam. Non minus Plinius lib. 16. cap. 44. accura- tissime de uarijs Visci generibus scribens, tm̄ abeft, ut Visci uenenū esse dicat, utin robore ar- bore natum, certa tamen religione deceptū, secundū Druidū opinionē, contra omnia uenena

De remedio astruat. Quare fateri oportet, utroq; abusos esse uocabulo, Ixū pro Ixiae accipi- entes. Eſi hoc nomine possint a calumnia vindicari, non est tamen, quod reliqui Auicennæ erro- res, quibus in Ixiae multipliciter implicat, queant tollerari. Inter quos is primus est, quod eos ef- fectus Thephisia tribuit, quos Dioſcor. Ixiae ueneno, quum tamen ab Ixiae sit diuersa. Verba autē Auicennæ Fen. 6. Canon. 4. summa. 2. tracta. 1. cap. 13. de Thephisia hæc sunt. Hæc est gum- mi rutæ montanæ, & quandoq; sentitur in sapore eius sicut sapor Albedarungi, & est calida, & accedit illi qui bibeat eam, retentio eorum omnīū quæ currunt ex utrisq; uījs, & apostematur lin- gua, & accidunt rugitus & inflatio. Has notas uniuersas Dioſc. lib. 6. cap. 21. Ixiae ueneno adcri- bit, in hanc sententiā differens, Ixias, qui & Vlopho dicitur, simile quiddam dum bilbitur

Ocymo in gustu & odore refert. Facit grauē linguæ inflammationē, īsaniamq;. Cuncta corpo- ris excrementa compescit, & cum defectu animæ intestinorum strepitus ac inflationes excitat, nec quicquā tamen excernit. Ex prædictis aut̄ Auicennæ uerbis iterū tres colliguntur errores. V- nus est, quod falso Thephisiā gummi rutæ sylvestris interpretatur; id quod nō solum hoc loco fecisse constat, sed etiā 2. Canon. cap. 710. ubi inquit. Thephisia est gummi rutæ agrefsis. Que- errorē deinde securi iuniores omnes, Thephisiā passim ita exposuerunt. Verū si caput hoc se- cundi Canon. de Thephisia exactius examinassent, ac cum cap. de Thapsia apud Dioſc. contu- lissent, proculdubio intellexissent hoc nomen Thephisiā esse apud Auicennā depraumat, & pro Thapsia scriptū esse Thephisiā. Vnde ex errore scripturæ falsa etiā expositio habuitur,

Linguarum pe- ritia, medico necessaria. Thapsiam alio nomine non rutā sylve- strē, sed ferulā potius sylvestrē appellari. Vide sam, quantū linguarū īscētia ad intelligenda au- torū scripta obsit, adeo certe, ut non modo delyrent hi, uerū etiam īsaniant, qui linguarum co- gnitionē medico non esse necessariam contendant. Insuper, & si erroris ex falsa uocabuli tantū scriptura promanauerit, necessariū tamen erat, ut hunc indicaremus: quando non pauci sineuf- q; aideo morosi, qui ueterē hanc Auicennæ translationē cæteris omnibus præstare potent, citi- usq; mori eligant, quam ab ista quicquā dissentire. Alter error qui ex prædictis colligitur, prio- ribus multo grauior est, quod sibijsi Auicenna in Thephisia contradicit. Nam in 2. Canone, de Thephisia scribit, quod in radice eius & corticibus ipsius & lachryma eius est solutio, hicue- ro de ea inter uenena tractans, ait. Et accedit ei qui bibeat eam retentio eorū omnīū, quæ currunt ex utrisq; uījs. Quare cum solutio & retentio superfluitatū seu excrementū, sint effectus con- trarij, liquet manifestissime sibijsi contradixisse Auicennam, Dioſcor. autem lib. 5. cap. 11. Ta-

psiam inter ea enumerat, quæ salutis quidem cauſa dantur, non tamen minora alij uene-
nis pericula afferunt. Strangulationes facientes, aut ultra quam opus est purgantes. Non est
itaque ut Auicennā quis ab errato uideat, quin apertissimam in eius uerbis esse contradictionē
dicat. Tertius error est, qui ex superioribus colligitur, quoniam bis se de una eademq; re scriptis
sub diuersis nominibus non animaduertit. Nam cum paulo antea de Thephisiā tanquam de Ixia
scripsisset, iterū eodē lib. de eadem Ixia sub Aldibīc nomine tractat, eosdemq; effectus quos su-
pra Thephisiā tribuerat, iam Aldibīc, id est, uisco adscribit, id quod mox deprehendent, qui si-
bi utriusq; capitris uerba contulerint. Intelligent & ex isto errore medicæ professionis candidati,
non aliud studens, nisi ut hoc pacto Canonē suū ad iusti uoluminis magnitudinē dediceret, nō
curans utcunq; consarcinati Centones sibi responderent, tanquam sua cæcis esset obtrusurus.

De I S A T I D E. Caput .XIX.

Q uod præter tenebras nihil offundant Arabes, facile uidebunt, qui ea, quæ de Isatide scri-
perunt, diligentē iudicio perpenderint. Isatidē uero herbā, quam nostra ætas Guadū
appellat, esse eā, quā Arabes Nil, siue Nilech nominant, ostendunt ea, quæ de Nilech scripsit Se-
rapionis aut de Nilechi
rapio, nam ea fere omnia de Isatide sativa & sylvestri a Diosc. tradunt. Serapionis aut de Nilechi
hec sunt uerba. Est & Nilech domesticus, & sylvestris. Domesticus est ille, quo tinctores utunt, cu-
lī foliū est simile folio plantaginis, nīli quia est magis uiscosum, & fortioris nigredinis, & ha-
bit stipticē longitudinis brachij unius. Sed agrestis assimilatur domesticus, nīli quia folium eius
quoniam simile folio lactucæ, & habet ramulos longos, plures, graciles, cuī multis ramusculis,
est magis simile folio lactucæ, & habet florem paruum, subtilem. Hæc omnia Diosc. lib. 2, cap. 74. de Isatide
vel plantagini simile, pinguus tamen & nigrus, caulem duobus cubitis altiorem. Isatis
vel sylvestris sativæ similis existit, folia tantū minora habet, ad lactucæ folia accendentia, cau-
les graciliores, divisiones multas habentes, rubescentes, in summo ueluti folliculos linguarum
figura multos pendulosq; habentes, in quibus semen est florē fertilutheū & gracilē. Adde quod
Isatidē Græcorū esse Nil Arabum, colligitur etiā ex Auicenna. h. Canon. cap. 15. ubi eidem hos
tribuit effectus, quos Diosc. suæ Isatidi. Eius inquit, aliud est domesticum, aliud uero sylvestre,
eius operatio est operatio domestici. Est stipticū, et prohibet fluxū sanguinis, detumescere facit
putredinaria, & confert exituris malis in membris duris, conuenit Herylipilæ, bonū est ulceribus
omnes tumores, tuberculaq; discutere, cruenta uulnera glutinare, sanguinis eruptions fistere,
phagedenica comedentia & serpentia, sacros ignes & exedentia sanare. Cæterū etiā ex Dio-
scor. sententia Nil seu Nilech Serapio atq; Auicenna descripserint, tamen id non cognouisse, ex
eo arguunt, qd̄ ancipites in eadē depingenda fuerunt. Serapio nanc̄ praedicta notificatione nō
contentus, afferit etiam aliorū sententias, quorum aliqui Nilech habere florē Coriandri,
aliqui folio phæcolorū constare dixerunt. Quas equidē opiniones facile improbare potuissent,
si herbā ipsam non tam ex aliorū scriptis, quam ex seipso cognitā atq; perspectā habuisset. Et ne
quis metu esse commentū putet, ecce Serapionis uerba subiectiā quorū hæc est sententia. Nilech
est arbustū puluerulentum, eleuatorū cum stipte suo longitudine unius brachij, & habet ger-
mina ramorū. In summitate sua est flos, sicut flos Coriandri. Et iterum. Est planta habens foliū
longū, plusquam foliū salicis, & assimilatur folijs fæfoli coloris aurei. Auicenna quoq; etiā ea-
dem de Nil scripsit, quæ de Isatide Diosc. ut paulo supra patuit, quoniam eodem modo diui-
nitatē etiā de ea tribus in locis sub Nil uocabulo scribat, merito suspicionem affert, se etiam titu-
lasse atq; fuisse ancipitem, quid nam Isatis esset. Nam. 2. Canon. cap. 297. ita scribit. Guasmen
capite de Nil de eodē folio scribit, ob id reprehensione carere non potest, quod frustra de eadem
re in diuersis capitibus tractat. Plurimū præterea a Diosc. ac veritate discrepant, quæ idē Au-
icenna cap. 306. de grano Nil in hunc modū scribit. Granū Nil est Cartamū Indū. Item solutio-
ne educit humores crassos, multasq; alias pprietates subiñfert, quæ nihil ad Isatidem pertinent,
pro qua Nil. cap. 516. retulerat. Quæ iterū suspicionē augeat, Auicenna Isatidē non cognouisse.
Non præterire ualeo hic crassam Pandectarū errorē, apud quem in eisdem rebus nominibusq;
mirra est coluuiio. Nam falsum admodū est, quod docet Nigel Arabice dictum, à Græcis Nel-
gue, a Latinis autem Indicū appellari. Nesme enim æque ut Nigel barbarū est uocabulū, Indicū
uero tam Græcorū quam Latinorum aliud multo ab Isatide est, ut uidere licet apud Dioscoridē
& Pliniū. Diosc. enim libro. 5. cap. 61. inter lapides connumerans Indicum, ita de eo tradit;

C Indicis nominati lapidis duo sunt genera. Alterū quidē sponte sua nascitur in harundinibus indicis spumē modo erumpens. Alterum, quod infectuum uocant, ueluti flos purpureus eis continis supernatans, quem despumantes infectores, siccant. Pliniū autem, Dioscoridem imitatus, lib. 33. cap. 6. de Indico hæc sunt uerba. Ab hoc maxima autoritas Indico. Ex India uenit harundinum spuma adhærescentē limo, cum teritur nigra. At in diluendo mixturam purpuream cœruleiq; mirabilem reddit. Alterū genus eius est in purpurarijs officinis innatans cortinis. Ex istis satis apparet, quantū Indicū ab Isatide differat. Insuper idem Pandectarius alio in loco, in litera uidelicet β, Isatidē uel potius Isatidem & Borith Græce, Arabice autē Agisdo, Latine uero Sapponiam, uel herbam fullonū, eandem herbam esse docet, at mendacissime. Nam statim, quā ipse uitiose Osatum uocat, non esse herbam, quam Græci Struthion, Latinī radiculā sue lanarium herbam, eo quod fullones ea in purgandis lanis utuntur, appellant, satis constat ex Diſcor. qui de eisdē in diuersis capitibus, tanquā natura & uiribus distantibus tractat. At nihil miserū, uirū hunc tam absurdā scripsisse, qñ fere ubiq; mendacissimus reperiatur. Iam satis superē monstratū est, Isatidē non satis perspectā fuisse Arabis, ideoq; ne in re satis aperta plus æquo immoremur, hic de Isatide finem faciemus. Plura si legere a nobis lat animus, uide quæ scribat Nicolaus Leonicus diligentissimæ lectionis, & exquisiti iudicij uir, in epistola ad Angelū Politianū, ex quo certe, ut ingenue fateor, non pauca toto hoc uolumine mutuatus sum. Quem ob id etiam impiū duxerim, sua laude frustrari, quod is ferme primus fuerit, qui medicinā a barbaroru; foribus, innumerisq; erroribus vindicauerit, dignus hoc nomine, ut docti eundem certatim multis laudibus euehant.

Nic. Leonice-
ni eruditio.

De CALAMENTO. Caput .XX.

A Vicenna. 2. Canon. cap. 15. Calamentū hunc in modum describit; Calamentū aliud est fluiale, & aliud montanum, simile hyssopo in sapore, & similiter folia eius sunt ei similia. Et est a lia species eius, quæ nominat Alhauū. Et est quædā species eius, quæ uocatur Calamentū hirci. Et montanū est fortius fluiali. Ex his Auicennæ uerbis nemo nō, nisi talpa cæcior sit, cernit eum errasse, quando sub Calamenti nomine de omnibus Origani speciebus pertractet, id quod sole clarius monstrabit Dioſcor. qui lib. 3. cap. 30. Origanū, & non Calaminthen ad Auicennæ præscriptum depingit. uerba eius hæc sunt. Origanum Heracleoticū, sunt qui Cunilam uocant, folium Hyssopo simile habet, non tamen umbellā rotæ figura, sed multifidam, & ueluti diuīsam. Semen illi in summis uirgis non densum durumq; est. Quæ uero Onitis dicitur, candidior foliis est & Hyssopo magis similis, habetq; semen confertorū corymborū modo. Tragoriganus autē frutex est exiguis, Origo, Serpilloue agresti folijs & ramulis similis. In eum modū quoq; de scribit Origanum Plinius lib. 20. cap. 17. dicens. Origanum, quod in sapore Cunilam emulanur, plura genera in medicina habet, & Onitin uel Prastion appellant, non dissimile Hyssopo. Tragoriganon simile est Serpillo sylvestri. Quod autem Auicenna utriusq; hoc est, Calamentū & Origanus, uires miscuerit, facile deprehendent, qui eiusdem de Calamento caput, cum his quæ Dioſcor. de utrīsq; scriptū, contulerint. At ne ueritatis cupidi quid desyderent, ecce nonnulla conferemus, ad quorū exemplar reliqua dījudicabunt. Auicenna inter cetera de Calamento uiribus scic scribit. Fit balneatio ex decoctione montani ad pruritū & scabiem, & quandoq; separati cetera & confert hydropsi, quando comeditur cum sicubus. Et solutione educit cholera nigrā, & confert ulceribus oris, & extrahit superfluitates ex utrīsq; naribus. Hæc singula Dioſcor. testit monio nō Calamento, sed Origanum debentur. De Origanum enim scribens, sic inquit. Bibit eadē Origanus, prodest ad conuulsa ruptaq; & cutē subeunte aquas cum fico comepta. Succus etiam uirentis, tonfills, siccata acerabuli mensura cū mulsa aqua nigram bilē per inferna trahens. Prurigines itidē, scabies, & suffusos felle emendat decoctū eius his, qui eo lauantur. Succus etiam uirentis, tonfills, columellamq; & oris ulcera sanat, & cum Irino oleo infusus naribus per eas purgat. Sunt & pre ter has proprietates aliæ, quas Auicenna Calamento adscribit, quæ tamēn Dioſcor. Tragoriganō tribuit, qualia sunt hæc. Sedare nauream, extenuare lienem, conferre stomachi doloribus. Preterea sunt turbationes; sicut animaduertet is, qui Dioſcor. de Tragoriganō scribentem legerit. Sicut sunt non pauca etiam, quæ ueræ Calaminthi, quam Romani Nepetā uocant, conueniunt, eius decocta. Quando bibitur, aut ex eo fit emplastrū, confert puncturę uermium uenenosorū, eius decoctio prouocat urinā, confert spasmo, & dilatarioni anhelitus, dolori pungit uenit, & cholericæ passioni & rigori. Et quando præmittit & bibitur cū uino, expellit uenena mortalia, inter ficit uermes; & quando comedit & bibit post ipsum aqua casei diebus continuis, confert elephātiæ, &c. Has em̄ uires singulas ex ordine Dioſcor. lib. 3. cap. 39. Calaminthi adscribit, dicens. Calaminthe succurrit porta aut emplastrī modo imposita serpentium morsibus. Vrinam pellit porū eius decoctū, opitulat ruptis, conuulsiis, in spiritus difficultate & non nisi recta ceruice spirantibus, torminibus, bilis profluvio, & febrium algori. Contra letalā uenena præposta cum uino

facit, restituit suffusos selle, uentris lumbricos cum sale & melle pota necat, elixa crudaq; trita, A prodest & elephantis. Proinde non est, quod quo quis pacto Auicenna ab errore vindicari que- at, neque enim de solo Calamento hoc capite scripsit, quando multa sunt in eodem, quæ Origano conueniantur: neq; in nomine tantū peccatum est, puta, quod Calamentum pro Origano scriptum interpretis incuria fuisset, sunt em̄ non pauca, ut demonstrauimus, quæ ex Diſcor. autoritate Calaminti debentur. Sed quid multa & solent fere omnia Auicennæ esse dubitationibus plena.

De HELXINE, ALSINE,
MYOSOTIDE, & ANA-

GALLIDE. Caput. .XXI.

Differre non solum natura, sed & figura quatuor has herbas, ostendit non solum Diſcor. lea Galenus atq; Plinius, qui singuli seorsum istas depingunt: quod equidē non fecissent, si easdem figura aut natura non distare perspectū habuissent. Hoc non animaduertens Auicenna, easdem Can. 2. cap. 18. sub Auriculae muris nomine confundit. Nec potest ab errore vindicari Auicenna, quod Alsine & Myosotis, quæ proprie auricula muris dicitur, ac Anagallis, quia folijs muris auribus similibus constant, merito auriculae muris nomine nuncupari posuerint. Nam in quas incidet, plantis circumvolvata, latine appellari potest, cuius folia, autore Diſcor. lib. 4. cap. xii. hederæ folijs sunt similia, dici nequaquam potest. Quod aut̄ Anagallis sit diuersa ab au- ricula mutis, fatetur met ipse Auicenna, seorsum deinde sub proprio nomine de ea tractans, ob litus qd antea eius proprietates in auricula muris assignauerat. At ne uidea per calumniam falso reprehendere Auicennā, eiusdem uerba ex. 2. de Simplicib. Medica. libro in mediū afferemus. Auricula, inquit, muris est herba, cuius uirtus secundū Galenū est propinqua uirtuti herbarū, qua uitru abstergit. His uerbis proculdubio Alſinen innuit, quam Galenus & Diſcor. testant̄ scribit. Hæc est herba parua, & eius uirtus est similis uirtuti herbarū, qua uitru abstergit, hoc eti; Helxini, quam noſtri Parietaria nominant. Diſcor. uero lib. 4. cap. xxi. de Alsine ita tradit. Et in uniuersum eadem Helxine potest. Ita Plinius quoq; lib. 27. cap. 4. de eadem scribit, Alſine quā quidā Myosoton appellant, nascit in lucis, unde & Alſine dicta est. Vſus eius ad collecti- ones inflammationesq;. Quin emendat omnia quæ Helxine, sed infirmius. Subiungit Auicen- dem Auicennæ concessum est duabus herbis, quarū una est, quā nominat Galenus. Hæc qui læruris nomen conceditur, sed etiam Alſini, ut ex Plinio iam patuit & indicat Diſcor. ita scri- bens. Alſinen muris auricula aliqui dixerunt, quod murium auribus similia folia habet. Quod autem addit Auicenna, quod altera quam nominauit Diſcor. sit similis Volubili, nisi quia ha- berminora folia, hoc per omnia falso est. Nam neq; de ea quæ proprie Auricula Muris uoca- tur, nec de altera, quæ Alsine nuncupatur, dici potest: quando nulla earum sit Volubili similis nec in folijs, nec flore. Scribit tamen hoc Helxine, quæ & Cissampelos dicitur, quod habeat folia Hederæ similia, minora tamen. Est em̄ duplex Helxine. Vna Mercurialis herbarū folijs & Helxine du- plex. Et hoc nomen concessum est uerba uera sunt, non enim solū hinc herbarū, quæ proprie Myosotis dicit, auricu- bens. Alſinen muris auricula aliqui dixerunt, quod murium auribus similia folia habet. Quod autem addit Auicenna, quod altera quam nominauit Diſcor. sit similis Volubili, nisi quia ha- berminora folia, hoc per omnia falso est. Nam neq; de ea quæ proprie Auricula Muris uoca- tur, nec de altera, quæ Alsine nuncupatur, dici potest: quando nulla earum sit Volubili similis nec in folijs, nec flore. Scribit tamen hoc Helxine, quæ & Cissampelos dicitur, discutiendi uim ha- bisfutis, quæ a noſtris dicta est Parietaria. Altera hedere, in uithetis nascens, ideoq; Cissampelos plex. & post naturam antiquiores Græci, præsertim Diſcor. Paulusq; Aegineta: qui priuatiſ ſeorsum qd uerbis utraq; in ſexto egit. Helxine ſunt, qui Perdicium, qui Parthenium, qui Sideritum, qui Heraclæam uocent. Viſ eius est abſtergens, & cum frigida humiditate aliquā ſenſim leniter bet. Primum deſcribit Diſcor. lib. 4. cap. 36. Et Plinius lib. 22. cap. 17. Secundū uero idem Diſcor. faſtridgens. Poſt hæc idem Paulus ait. Helxine, quæ Cissampelos dicitur, diſcutiendi uim ha- bens. Alſinen muris auriculae ſtipes, & azulinos flores. Quæ utiq; Auicennæ uerba nō conueniunt auriculae muris, ſed alteri Anagallidis generi: id quod reſtarur Diſcorides libro, 26 cap. 167. de Anagallide in hunc modū ſcribens. Duplex diuerso floris colore Anagallidis genus eſt. Habet em̄ altera cœruleos, quæ foemina eſt, altera quæ mascula, puniceos flores. Breues ſunt frutices in terra iacentes, folijs in quadrangulo caule paruis, & modice rotundis. Helxines figu- ra, ſemen habet circinatum. Nec diſſentit Galenus libro de Simplicib. medica. ad Paternianum, cap. 24. dicens. Anagallidis duæ ſpecies. Vna cœruleo flore, altera quæ puniceo, uerum ambæ in alijs ſibi ſimiles. Sicut aut̄ frutice humiles, folijs mollibus & pulillis, & ſubrotundis. Plinius in alijs ſibi ſimiles. Sicut aut̄ frutice humiles, folijs mollibus & pulillis, & ſubrotundis. Plinius quoq; lib. 27. cap. 13. nihil a ſuperioribus quod diuersum ſit, ſcribit, inquiens. Duo genera eius. Mas flore phœnicio, foemina cœruleo, non altiores palmo, frutice tenero, folijs pulillis, rotun- dis, in terra iacentibus nascunt in hortis & aquofolis. Porro effectus, qui deinde ab Auicenna ad uorant, hi Anagallidis proprii ſunt, quemadmodū dum ait. Illa, quā nominauit Diſcorides,

Cextrahit spinas & surculos, & facit adhaerere plegas. Hi enim a Dioscor. quoq; tribuuntur Agallidi, dum in eam sententiam scribit. Leniendi uis utriq; est, inflammationes arcent, surculos extrahunt. Easdem etiam proprietates Auicenna ipse, cum seorsum de utroq; Anagallidi gene-
re, cap. 33, sub proprio tractat nomine, Anagallidi adscribit. Adjicit tamen Auicenna iuuamen-
tum est iuuamentum absynthij: quæ certe non est Anagallidis, sed refertur a Paulo Aeginera de
ea herba, quæ proprie Myosotis, id est, Auricula Muris dicitur a græcis, qui eam ad occidentes
termes adlibet. Ideoq; clarum admodum esse arbitror, Auicennā in uno eodemq; capite qua-
tuor herbas natura & figura differentes, miscuisse, primum referens ea quæ Alfini, secundo que-
Helxini, tertio quæ Anagallidi, & postremum quæ Auriculæ Muris conuenient.

De P E D E C O R V I N O . Caput . XXII.

Nemo miretur me Auicennam erroneæ medicinæ magistrū principemq; statuisse, cur enim
eo nomine nō dignus sit, qui reliquis tot errandi occasione in re medica præstiterit, non video.
Vtinam uero non tantæ aliquando forent, ut istis uita humana pericitaretur. ita em̄ conniu-
di nonnunquā subesset ansa. Proinde cum illa errandi occasio, quā Medicis iunioribus in herba-
Pedis coruini præbuit, tanta sit, ut sine uita humanæ ultimo discriminē tolerari nō queat, meri-
to & hic inter reliqua eius errata locū habebit. Nihil autē mirum, alījs errandi occasione dedisse
Auicennā, cum ipse, quid esset Pes coruinus, ignorauit: id quod nō modo ambigua, ueriteriam
contraria, quæ de hac ipsa herba scribit, indicant. Canone enim, 2. cap. 56. de Pede coruino in
hunc modum differit. Pes coruinus. Radix huius herbe cum decoquitur, confert solutionem hereda-
tris antiquæ. Et dixerunt, Paulus, & alij, quod confert colicæ, & efficit operationem quid denti-
stylorum absq; nocumento. Quid per Apollinem obtestor, istis uerbis obscurius: certe hermodactylorum
magis pugnans: Si em̄ radix Pedis coruini solutioni antiquæ prodest, certe hermodactylorum
operationē, qui sunt satis in soluendo potentes, facere non potest. Idem insuper Auicenna Fen-
22. Can. 2. traicta, 2. cap. 8. Pedem coruini non colicæ, sed podagræ potius, ex eiusdem Pauli sen-
tentia prodesse docet, ita scribens. Et dixerunt quidā, quod Pedi coruino inest operatio hermo-
dactylorum, & non est eius, nocere stomacho. Vtrobicq; tamē male Paulus super Auicenna Fen-
quæ facit operationē hermodactylorum, ab Auicenna citatur. Necq; em̄ usquā Paulus Coruini
Pedem hermodactylis comparat in iuuando podagricos, sed compositionem, quæ nominatur
apud Græcos per Pedē Coruīnū, alteri præfert, quæ apud eosdem Græcos dī ipso dactylū, id est,
per hermodactylos nominat, sicut uidere licet apud Paulū in septimo. Itaq; ex ambigua ista atq;
falsa Auicennæ descriptione nihil certi uenari potest. Hinc est, quod tam uaria eiusdem interpre-
tes de eadem herba pronunciauerint. Quod si uero prædicti expositores, ac tota etiā iuniorum
Medicorum schola, cognouissent aliā esse herbam, a priscæ ætatis Medicis Pedē coruini appell-
atarum, aliamq; a nostris, nunquam tam uaria, tamq; dubia de ea scripsissent. Ridiculum enim fer-
me est, putare herbam, quā nostri temporis herbarū Pedem coruini nominant, esse illam, quam
ueteres Medici, Dioscor. Galenus, Plinius & Paulus lib. eodē nomine celebrarunt, quasi sit ne-
cessarium, ut quæ nunc sunt nomina herbarum, etiam priori seculo fuerint. Et ut rem clarius de-
monstremus, annotandū, quod antiquorum Pes coruinus, Coronopus est dicta: hancq; describit
Dioscor. libro secundo cap. 17. in hunc modum. Coronopus oblonga herbula est per ter-
ram strata, & folia incisuris diuisa habet. Estur olerum modo decocta. Radicem habet gracilem
in cibo adstringentem, ideoq; coeliacis utilem. Nec aliter describunt Galenus libro septimo, de
simplicibus medicamentis. cap. 42. Et Plinius lib. 22. capite decim onono inquiens. Coronopus
oblonga herba est cum fissuris. Seritur interim: quoniam radix præclare facit coeliacis in cinere
tosta. Est autem dubio procul herba illa, quam uulgo Capriolam, aut Sanguinariam, quod na-
ribus apposita sanguinem eliciat: aut Pedem Galli nominant. Quam etiam sub galli curris no-
mine describit Apuleius Madaurensis in libro de herbarum virtutibus, cap. 44. in eum modū.
Nascit amā herba Galli crus locis solidis, & circa vias, eius cacumen instar pedis galli. Non elle-
uero herbam hanc diuersam a Coronopode ueterum, testatur Dioscor. qui confamiliter admō-
dum Coronopodē describit. Nascit locis incultis, aggeribus et uījs. Iuniorum autem Medico-
rū Pes coruinus longe alia a priori existit herba: ea enim exulcerandi uim habet, & non adstrin-
gendi, quemadmodum antiquorū, atq; adeo extrinsecus apposita, rodit, ampullasq; excitat: ea
q; Dioscoridi & reliquis Græcis βερβάνιον, Latinis uero Ranunculus uocat: quoniam ranis her-
bae in eodem elemento natales sint, aut quod inter eius frutices frequentes inueuiantur ranæ.
Medici uero iuniores non solū Pedem coruinum, sed etiam apū raninū & sylvestre nominant.
Sunt etiā, qui Risus apium adhuc appellant, genus & noxam eius indicantes. Nam ea in Sardi-
nia plurima nascitur: quæ si in cibo potuue sumis, mentis alienationē, & cum laborum contra-
ctione eas coiuulsiones facit, ut risus specie uidentibus præbeat. Ab eoq; effectu tristī & amaro

Pes Coruīnus,
Coronopus.

homines, dicitur Sardonius risus inter homines quondam iactabatur. Huius herbae, quam ueteres *βατράχιον*, a rana, cuius effigiem representat, nominarunt, omnes quatuor faciunt species: eorumque folia & caule, si apponantur humano corpori, uim exulcerandi habere, & eschara facere docent. Id quod facit Diosc. lib. 2. cap. 16. de ea in hanc sententiā scribens. Batrachion, sunt qui Apium agrestem nominant. Huius plura sunt genera. Vna tamen omniū nis acris, & in exulcerando efficiunt. Subscribit Gal. lib. 6. de Simpli. Medic. ca. 76. ita differēs. Genera huius plantę quatuor. Virtus omniū est acris, fortis in tantum, ut si extrinsecus apponant, exulcerationē faciant cū dolore. Subscribit Gal. lib. 6. de Simpli. Medic. ca. 76. ita differēs. Genera huius plantę quatuor. Vitreum. Neck dissensit Plinius lib. 26. cap. 13. ita scribens. Ranunculus uocamus, quem Græci Batrachion: genera eius quatuor, omnibus uis caustica, si cruda folia imponant, pustulasq; ut ignis faciunt. Cogitent itaq; ueritatis studiosi, quid detrimenti ex diuersitate ista duarū herbarū eiusdem appellationis non animaduersa acciderit. Arbitrati sunt enim quidam, cum Pedem coruinum apud Auicennam ad podagricos dolores prodesse legissent, hanc nostram, quæ Ranunculus dicitur, intellexisse, adeoq; ignorantes esse uenenum, in catapotis deuorandū exhibuerunt. Quemadmodū Leonicenus, uir nū quā sine honoris titulo nominandus, scribit se nouisse Medicum, qui ex radice Pedis coruini, quibusdam alijs adiunctis, pillulas conficiebat, easq; podagra laborantibus propinabat, non sine magno quorundam, qui eas accepere, periculo: donec tandem per eum sui erroris admonitus, a tam periculo medicamento abstinuit. Quod si Medicus ille cognouisset, Coronopoda Græcorum esse diuersam a nostra, nunquam in animum induxisse, hāc aut in catapotis, aut alio quoq; modo intus sine periculo adhibere posse. Quare tu quifquis es, qui solidam medicinam ex animo sitis, disce aliorum periculo, delectumq; legendis autoribus adhībe.

De C A R A B E . Caput XXIII.

A Vicenna secundo Canonis, cap. 374. Carabe historiā ex professo tractans, scribitesse gummi arboris cuiusdā, quæ Nux Romana uocatur, quam cap. 351. alio nomine Hauruum appellat. Nam gummi, inquit, quæ ex hac arbore Romana est, Carabe est. Manifestum uero, Arabes per Haurum Romi seu Romanū intelligi Populū nigram: id quod pr̄ter cetera indicant Auicennę verba, quæ in capite Hauri Romani scribit in hunc modum. Nominatur Achirosa. quæ sane significat. Quantū autē deceptus sit Auicenna, atq; plures alij cum eo, ostendunt ea quæ scribit Plinius libro naturalis historiæ. 37. cap. 2. Is enim fabulosum hunc errorē explodens, ita ait. Phætonis fulmine iicti sorores fletu mutatas in arbores Populos, lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padū uocamus. Et Electrum appellatum, quoniam Electrum. sol uocatus sit elector, plurimi Poëte dixere, primi ut arbitror, Aeschylus, Philoxenus, Nicanter, Euripides, Satyrus. Quod esse falsum, Italiz testimonio patet. Ita fabulosa etiā secutus est sole rigescunt. De ramis electra nouis. Capite uero tertio eiusdem libri Plinius, post uarias de succino opiniones, eius ortum certius describens, ita ait. Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & a Germanis appellari Glessum: itaq; & a nostris unam insularū ob id Glessariū appellatam, Germanico Cæfare ibi classibus rem gerente, Austrauiam a Barbaris dictā. Nascit autē defluente medulla Pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humulis, certe in littora expellit, ita uolubile, ut pendere uideat, atq; considere in uado: quod arboris succum prisci nostri credidere, ob id Succinū appellantes. Nec probatur etiam a Diſcor. cap. 104. dum ait. Fertur utriusq; populi lachryma circa Eridanū fluuiū in destillando densari, fieri, quod Electrū uocant. Eo enim quod ait, fertur, insinuat se id commentū non probare. Accedit q; omnibus, quod re ipsa iam hic error etiā explosus sit. Verū ad hunc errorē conniuendū sibi in Carabe scriberet Auicenna. Capite nanc. 374. afferit Carabe esse calidum parumper. id quod & facit in libello de uiribus cordis, calida in primo, & siccam in secundo dicens: mox tam quod & facit in libello de uiribus cordis, calida in primo, & siccam in secundo dicens: mox tam subdit. Opinio tamē est, quod sit frigida. Capite autem. 344. hoc gummi calidissimum esse scribit: quod & cap. 510. confirmat, inquiens. Eius gummi est ultimum in calefaciendo. Hic item cogitent ueritatis studiosi, quanto in periculo uersenf, qui Auic. sibi in uniuersum imitantur: qui etiam per compita & foras non uerenf prædicare, se malle cū Auic. dū proposuerunt. Quod equidē magna Medicorū pars facit, & hi maxime, qui uulgo celebriorib; doctioresq; habentur: qui etiam per compita & foras non uerenf prædicare, se malle cū Auic. Arabib. q; alij, quoru uerba oraculis instar habent, errare cū ihs, q; medicinā a Græcis hauriū,

Crecte sentire. O cœxitatem. Hæc ideo iterū atq; iterum inculco, ut si nullo alio pacto ab Instituto peruerso auocari possent morosi isti ignauia propugnatores, manifestissimi saltem Arabū au- rum errores eos deterrent, melioremq; mentem reducerent.

De P O P U L O A R B O R E. Cap. .XXIII.

AVicenna. Canonis, Populum arborem sub diuersis nominibus describens, tam uariis est, tamq; nusquam sibi constans, ut merito hunc Proteum, aut Vertumnū dicere posses. Nam ter de una eademq; re diuersis capitibus agit, cui uitio eti non semel obnoxius sit, nunquā tam magis quam in Populo arbore. Hanc enim primū capite. 344. sub Hauri Romani nomine describit. Dein cap. 331. sub nomine Hauri, ubi quoq; confundit ea, quæ de alba & nigra Populo a Dioscor. & Galeno diuersis capitibus scribuntur. Tertio autem eandem Populū cap. 310. sub nomine Nucis Romanæ depingit, adeo ut a concinno ordine, quem præter cœteros eundem nostri seruasse clamitant, ea in re fuerit alienissimus. Proinde hoc loci iterum manifestū sit, Auicenna non ordine aliquo scripsisse, sed uniuersa magis ueluti in chaos confusum cōgessisse. Cœterū præter hunc confusum docendi ordinē, a iero quoq; aberrat Auicenna, quod cap. 344. & cap. 310. Populū arborem in tertio ordine calidam astruit: quamvis & in Carabe, ut p̄z cedenti errore uisum est, fecit: adeo sibi semper similis est Auicenna, hoc nusquam fere non pugnaria docet. Non esse uero Populū in tertio ordine calidam, testatur in primis Paulus Aegina, qui eam in primo tantum ordine calefacere refert. Ipsa insuper natura arboris ad tantum caliditatis gradū habet non posse extollī monstrat. Nam quis sapor, quis odor, quæ demū qualitas tam præcellentis eam monstrat caloris? Nec em multū odorata, nec eximio aliquo sapore predita, sed dum gustatur, primū quidem modice adstringit, postea amaritudinem quandā sub obscuram inuehit, olfacenti quid non insuaue, uerū exigū id omnino repræsentat, quæ singula non excedere primū ordinem calefaciendo indicant. Si quis etiam uia regia, quam Galenus in suis de simplicib; Medicamentis præscripsit, incedens experiri eam in corporibus temperatis egriſq; uoluerit, calefacientē nō ualde inueniet. Nec est quod aliquē moueat uetus ac uulgata illa Galeni traductio, calidam in tertio ordine statuens. Nam cum illa ex Græca ad Arabicā, ex q; Arabicā in linguam Latinam sit uersa, id quod barbara Arabicāq; passim capitibus præfixa singulis uocabula monstrant, exigua illi fides erit adhibenda: maxime quando conserat Arabicā illam traductionē nō semel tantū, sed fere singulis quoq; capitibus multis faria depravatā esse, scut patet eandē cum Græca conferenti. Cum itaq; Græce lectionis ueritas, Paulusq; Argentea, Galeni simia, ipsaq; rei experientia, quæ reliquis omnibus præstat, confirmat, populū arbore in primo tñ ordine calefacere, nihil prohibet, quin Auic. errasse cum suis strēne pronunciemus.

De O X Y M Y R S I N E. Cap. .XXV.

Cubeba.

Serapionis de Cubeba hæc sunt uerba. Cubeba est planta habens folia Myrtæ domèstica, nisi quia sunt latiora eis, & summates eorū sunt acutæ, sicut summitates Lanceæ. Et habet fructū rotundū, aliquantulū depresso & latū. Inter folia eius repertū, quod quando maturatur, uerit ad rubedinē inter ipsum & granum triangulum. Et habet ramulos similes ramis plantæ dñe Lauros, egredientes ab una radice sicut agrestis, difficile frangibiles, longos circiter brachiti unum, plenos solijs, & fructus eius ponticus declinans ad rubedinem. Quæ profecto descriptio in uniuersum conuenit cū descriptione sylvestris Myrti, quā ἐξαντεῖν, id est, acuminatā Myrtū Græci nominant, quemadmodum deprehenderet, qui eandem cum Dioscor. descriptione lib. 4. cap. 137. quæ talis est, contulerit. Myrtus sylvestris Myrto simile soliū habet, latius tamen, lanceæ figura in summo acuminatum: fructum fert in medio folio hærentem, rotundū, cum maturuit, rubentem, ossea intus duricie. Ramulos utilium modo lentoſ, numerosoſ, ab ipsa radice non facile frangibiles, cubitali longitudine, solijs plenos. Radicē graminī similem, sapore acerbō & subamaro. Quis itaq; tam stupidus, qui non uideat hic cœcutisse Serapionem, ac Cubebas cum Oxymyrsine non sine magna ignauia confudisse? quum tamen arbor Oxymyrsine sit longe diuerſa ab ea, quæ Cubebas profert. Et qui Cubebas & baccas rubentes, quas Oxymyrsine producit, nouerunt, facile quantū deceptus sit sua conjectura Serapion, iudicabunt. Est autē Oxymyrsine arbor, quæ Plinio teste lib. 24. cap. 9. Ruscus latine, uulgo uero a medicis corrupto uocabulo Bruscus appellatur, ex quo Pliniū temporibus, sicut hodie quoq; ruris copæ fiebant. At Oxymyrsinen a Romanis uocari Ruscū, præter Pliniū teste etiam Diosc. ijs uerbis. Romani Ruscum nominat. Nunc in nullo honore Ruscus est, nisi qđ in aliquib. locis, ut diximus, scopead purganda pavimenta ex eo fiunt. Pueri quoq; rubentes baccas ex solijs eius decerpentes, ceu Corallījs per ludū se illis ornāt. Rustica qđ gēs in carnario suspēdit, tuet eo a Murī iniurijs pernas, & casei sui fiscellas. Neq; em acuminata in cuspidē soliorum eius cacumina penetrare animalia

Oxymyrsine.

dent, quam ob causam & *μυάκρα*, id est, murinam spinam quidam dixerunt. Vides hoc loco A Serapioni & que ut Auicennæ in herbarum descriptionibus parum esse fidendum.

¶ De M E M I T H E. Cap. .XXVI.

Errare magnam Medicorum partem in Memithe, notius fere est, quam ut demonstratione e-
stat. Sunt enim quidam, qui hanc Chelidoniam esse adserunt, in quorum albo est Gerardus il-
le Cremonensis: & hi quidē ceteris magis cœcutiunt. Nam cum in confessu sit apud omnes, Me-
mithe esse frigidū temperamenti, id quod Auicenna. 2. Can. cap. 31. quoq; confirmat, inquiens,
Natura Memithe frigida est & sicca in primo, fieri non potest, ut sit Chelidonia herba, quæ Ga-
leno, lib. 5. de Simplicib. Medica. cap. 172. teste, in tertio ordine calefacientiū collocat. Seducti au-
tem proculdubio boni illi uiri, nominū Memithe & Memite uicinitate, quorū hoc Arabis Che-
lidoniu, illud uero Glaucium significat. Aut quia descriptio Memithe apud Auicennam in mul-
tis cum descriptione Chelidonij maioris conueniat, quemadmodum est succus coloris crocei,
cum amaritudine aliqua & odoris grauitate: hæc enim omnia in Chelidonij quoq; succo reperi-
unt. Sunt alij, qui Memithen esse herbā eam dicunt, quam Græci μύλινη κεραίδα, id est, Papauer
cornutum uocant. Et eo modo interpretatus est quidā magni nominis Medicus, ut h̄c audiuī
auribus, quotiescunq; nonum Rasij prælegerat. Isto uero nō minus quam primos errare, con-
uincunt uerba Dioscor. quæ scribit lib. 4. cap. 60. de Papauere cornuto in hanc sententiam. De-
cepti sunt alioqui foliorū similitudinē, falso crediderunt ex hac fieri glauciū. Adeoq; uides hunc
errorē non nuper esse natū, sed Dioscoridis seculo inualuisse. Id Plinius quoq; lib. 20. cap. 19. in-
dicat, dum post Ceratidis, id est, Cornuti Papaueri descriptionē ita scribit. Quidam hoc genus
Glauciū uocant. Esse autem Glaucium id, quod Arabes Memithen appellant, testatur utriusq;
descriptio: nam per omnia conueniunt Glaucio, quæ Arabes Memithe tribuiunt. Serapio enim
Memithe hunc in modū describit. Memithe est succus herbæ eiusdē nominis. folia habens Papa-
ueri similia; hæc calido cinere cooperiunt, & sic succū emittunt. Alij herbam in ollam mittunt,
& circuinunt creta, & in furnū feruentem mittunt, & sic folijs maceratis succū exprimunt. Eius
est optimum, quod est crocei coloris intus, & gustu amaru, & odore grauit; miscetur ocularibus
medicinis. Quæ sane descriptio ferme eadē est cum descriptione Glaucij, quam tradit Dioscor.
lib. 92. dicens. Glauciū succus est herbæ nascentis ad Hierapolim Syriæ. Folia eius Cornu-
ta Papaueri similia sunt, pinguiora tamen, humiliacj, odore tetro, & in gustu amara. Succo ea-
dem abundat, qui croceo colore est. Eius folia incolae in scitile coniuncte, in furnis non adeo
calentibus, usq; dum in calore inarescant, cale faciunt, mox tudentes exprimunt succū. Eius u-
sus in oculorum medicina a principio: refrigerandi enim uires habet. Itaq; ex collatione duarū
descriptionū, nihil differre Glauciū a Memithe, manifestū fit. Id quod Auicennæ quoq; 2. Can.
notificatio confirmat, quæ talis est. Memithe est simile glandibus, citrini coloris, ad nigredinem
declinans. In ipso est amaritudo, & substantia aqua & terrea, & est herba manifesti odoris, &
amaris saporis, & crocei succi. Est frigida & sicca in primo. Sanat Herysipilam nō fortē. Confert
in medicinis Ophthalmia in principio. Hæc sane descriptio, et si non multūa Dioscor. euariet,
magis tamen congruit cum ea quæ habet apud Galenum lib. 5. de Simplicib. Medica. cap. 96. in
Herysipilata, quando non est fortis. Et eius temperamentū cōstat ex substantia aqua & terrea,
& ambæ sunt frigidæ, sed frigiditas earum non est fortis, sicut est frigiditas aquæ fontanæ. Plini
us etiā lib. 22. cap. 10. docet Glauciū id esse, quod Arabes Memithe appellant: in nullo em a Dio-
scor. uariat, nisi quod hic succum crocei coloris esse ait, ille uero granū. Et ut finem faciam, per-
suaderet hoc quoque Paulus in sexto, quando hic Glaucium non aliter, quam Auicenna suum
Memithe refrigerare, Sacros ignes non admodum ualidos curare afferat.

¶ De P H A S E L O, & P H A S S I O L O. Caput. .XXVII.

Diuersa esse inter se legumina, Phaselum & Phaseolū seu Phasiolū, primū omnium manife-
stum fit legenti Galenum lib. 1. de Alimentis, qui de h̄s tanquā diuersis leguminibus, naturaque
& figura plurimū differentibus, in diuersis etiam capitibus agit. Capite enim. 21. eiusdem libri,
Galenus Phaselū scribit mediocritatē quandā seruare inter ea, quæ boni & mali succi sunt, at-
q; quæ facile, & quæ difficile concoquuntur: quæ tarde, & quæ cito excernuntur, inter ea quæ
inflant & non inflant, quæ parum, & quæ multum nutriunt. Præterea nullam qualitatē efficacē
habere ait, sicut alia habentia succos aut acerbos, aut adstringentes, aut falsos, aut dulces, aut a-
maros. Addit aliquos Phaselū maceratiū donec proueniant radices, ablutiūq; in Garo subducen-
tiu, gratia ante alos cibos sumere, atq; magis, postquam distributum fuerit, quam Fœnum
diuenerit. Idq; probat ex historia cuiusdā adolescentis Alexandrini, qui medicis arti operā na-

Cuans, quotidie pulste ex Phaselis utebatur, sānus tamen permanxit, nec deteriorē corporis habitiū, quam antea habuit, nactus est. Subscribit Galeno Paulus Aegineta libro primo, cap. 79, inquiens, Phaseli si macerentur donec radices proueniant, atq; ex Garo ante cibū sumanē, utem subducunt, atq; magis quā Foenū græcum alunt. Multo autē propius ad Galeni de Phaselis sententiā accedit P̄sellus, qui libro secundo deatione uictus in hunc modū scribit. Phaselis aqua aspergunt, quoad radicē germeq; ediderint, & ante reliquū cibū manducant ad citandā aquā. Garo immersa nutriunt, succūq; haec generant, cum bene coquuntur. Meliora Foeni gra-^{co}, mediaq; sunt inter bonum & malum succū, siue concoquuntur, siue minus, & inter tarda & celeria meatu, multum nutritia & parum. Phaseolum uero, siue Phasiolum mox idem Gal., cap. 24, tanquam legumen a Phaselo diuersum, sub Dolichi nomine depingit, docetq; Phase-los, per quatuor pronunciando syllabas, alias dici Dolichos, ad differentiā eorum, qui per tres syllabas Phaseli appellantur, de quibus antea egerat. Phaseolum autem esse eundem, qui & Dolicho, Paulus etiam Aegineta primo uolumine, cap. 79, his uerbis confirmat. Phasioli, qui & Dolichi nominantur. Vbi in Latina Copi traductione Phaseli falso legitur (uitio, quantū arbitror, impressoris) Paulus em̄ met ipse diuersitatem inter Phaselos & Phasiolos facit, Phaselos primo instar Galeni describens, deinde uero seorsum etiam Phaseolos dicens. Si integrī cum filiis uiridesq; ingerant, plures superfluitates cumulant. Ita & Galenus, ubi supra uirides cum filiis lib. 2, cap. 118, hoc pacto, Phasiolus inflat, inflationesq; excitat, ægrecq; concoquitur. Si coctus ui-ridis in cibo sumitur, aluū mollit, uomitionibus accommodatus est. Errat autem & hoc loci in-terpres Florentinus, uir aliqui rara eruditione ac multiū rerum cognitione insignis, acer-^{mo}q; iudicio præditus, Phasellum cum Phasiolo confundens. Ex ijs itaq; satis constat, inter se differre Phasellum a Phasiolo, quod nō animaduertentes etiam magni nominis uiri, lapsi sunt, & inter Arabes etiam Serapio, qui sub Lubiae nomine, quod certe a Lobo Graeca uoce dñe-^xxum est, Phaselos cum Phasiolis confundit.

¶ De IUVIBIS, & SEBESTEN. Cap. XXVIII.

DI VIUBAS, quas Sericas Græci nominant, ad usum medicinæ non conducere, praeter exteris, docet Galenus libro secundo de alimentis, cap. 11. de Sericis, ubi ingenuē fatetur se non habere aliquid de ipsis testificari ad sanitatis conseruationē, aut ægritudinē curationē. Sunt em̄, inquit, cibus mulierū & puerorum effronatorum, pauciq; nutrimenti & indigestibiles, simili cum herbis q; necq; euostomachū est, alimentū palam quod & ipsum dant paucū corpori. Adeoq; ijs uerbis in uniuersum damnat in usu medico Gal. Iuiubas. Quod non animaduertisse Auicennam mi-^{hi}rum admodū est, qui lib. 2, cap. 37, hęc eadem Gal. uerba citat, inquiens. Et quidem sermo in eiis bonus est ille, quem dixit Galenus. Non reperi Iuiubas in conseruanda sanitate, & remouenda ægritudine aliquid operantes, sed reperi eas difficilis digestionis, & pauci nutrimenti: & nihil obstat, quod paulo post, easdem conserre pectori atq; pulmoni, item dolori renū & uelice adstruit. At solet ubiq; fere immemor esse eorū quæ scripsit A. Sicenna, tantus eiusdem mentem occupa-^tuit lethargus. Præterea nullius esse commodi in usu medico Iuiubas, testatur etiam Plinius lib. 4. de Re Medica, cap. 46, de Ziziphis, dicens. Zizipha modicū cibum corpori præstant, sicut illi-lis saporis nonnulla gratia lenocinetur. Habent tamen plurima incōmoda: ægre concoquuntur, sitim accidunt, prægrauant stomachū, difficillimum reddunt officium uentris. Ex quibus Plinius uerbis collige tria. Primū, eadē esse Zizipha cum Iuiubis: nam hęc Plinius describit fere nihil a Galeniana distat. Accedit etiam quod Plinius alibi, hoc est, lib. 15, cap. 14, Zizipha, haud aliter quam Iuiubas esse peregrina, & ex Syria asportari scribit. Secundum, errare Medicos iuniores, qui ad purificandum sanguinem, seu ut illi loquuntur, ad mundificationē sanguinis Iuiubas adhibent. Qui enim fieri posset, ut sanguinē purificarent, cum uentriculo inutiles sint, & ad con-^{co}quendū difficiles. Et ut penitus obmutescere faciamus aduersarios, ecce cum illorū principe A. uicenna eoldē conuincamus, qui in capite de Iuiubis sic ait. Et illorū existimatio, qui putant, quod ipse clarifcent sanguinē & lauent eum, est existimatio corrupta: ad quā ego non declino, quia magis ingrossant sanguinem & uiscosum faciunt ipsum. Quid, quæso, ijs uerbis apertius & Tertiū, quod ex prædictis colligit, est, quod falso admodū fructui tribuunt, quæ folijs, radici & corticis arboris ferentis Iuiubas debentur: sicut est mitigare tuſsim, ad uelice dolores conser-^{re}. Testis eius rei est Plinius, qui libro eodē de Re Medica hęc omnia folijs, radici & corticis adiuuare certissimū ijs uerbis. Folia tamē ipsa contrita & imposta, Spleneticos & Hydropicos adiuuare certissimū est. Radicis & corticis eadē uirtus habetur, quorum succus ex melle coctus tuſsim mitigat, cum mero mixtus, iecori medetur, uelice leuat urina largiori. Iftis satis superc; ostensum est, Iuiubas ad perperam a iunioribus Medicis ad multa esse accomodatas. Reliquum igitur est, ut & iudicem Sebesten contigisse demonstremus: Fructum autem illum, quem Arabes Sebesten nominant,

A

Paulus ac Plinius Myxā uocant. Pauli uero hæc de Myxa uerba. Myxa est fructus quidē pruno simili, sed minore eo. Ita Plinius libro. 13. cap. 5. de Prunis in Damasco monte natis, & Myxis una loquitur, dicens. Itē Pruna in Damasco monte nata, & Myxa, utrancq; iam familiarem Italię. Ex quibus omnibus facile constat, Myxam a Sebesten nihil differre. Id quod etiā ostendunt uerba Aulicennae, de Sebesten ita scribentis. Sebesten & nominatur Mukeita. Quæ sane dictio corrumpit, ac pro ea legendū Myxa. Proprietates autem Sebesten Aulicenna ijs uerbi enarrat. Sunt quasi temperatæ. Sunt lenitiuæ, leniunt enim pectus & guttur. Sedant sitim, leniunt uentrem. Quæ equidē proprietates omnes, una, aut altera dempta, sunt falfissimæ. Nec em Sebesten sunt temperate, ut putat Aulicenna, sed frigide & siccæ; nec etiā uentrē leniunt, sed magis eundem adstringit, id quod testat Plinius, uel quisquis tandem eius libri autor est (nec enim eius autoritas refutanda, quando nō uno loco sua Hippocraticis ac Galenianis placitis fulciat) lib. 4. de re Medicina, cap. 17. de Myxa hunc in modū scribens. Hoc nanq; genus manifeste fūpticæ uirtutis apparet & frigide, quamvis plurima illi de rigore siccitas decoquat. Verum & ardores febricantium extinguit; ore compressum, & sitim mitigat, & in cibo sumptū, stomachū erigit, solutioni uenterū de obſtitit. Proinde uideant Medici iureores, qui Eclegma, siue ut ipſi loquuntur, Electuarium de Sebesten ad subducendam aliuam conficiunt: quum ex Plinij sententia solutioni uentris potius obſtant. At quid multa: Nihil mirum, Arabes ementita scripsisse, qui utcunq; sua ex aliorum scriptis confarcinare stupuerunt.

¶ De L I C H E N E . Cap. . XXIX.

Herbam a recentioribus uocatam Hepaticam, esse eam, quam Dioscor. Galenus, ac Græci aī Lichenē nominant, facile ex utriuscq; descriptionibus deprehenditur. Nam quæcunq; a Sera, plione ac alijs Hepaticæ tribuuntur, hæc omnia Dioscorides Licheni adscribit. Serapionis autē hæc de Hepatica uerba. Hepatica nascitur in lapidibus humectis, & cadit super eam ros uel gutta aquæ. Virtus eius est, quæ infringit frigiditate pauca, & desiccit, & abstergit. Et emplastrum cum ea factū, abſcindit haemorrhiam; & posita & cataplasmata etiā sedat apostemata calida, & curat impetigine, & confert itericę. Hæc descriptio in uniuersum quadrat cum Dioscor. quā tradit lib. 4. cap. 50. ita scribens. Lichen petris adhærens. Sunt qui Muscū uocant. Muscus est roscidus petris adhærens. Hic emplaſtri modo impositus, sanguinis eruptiones listit, inflammatio-nes compescit, & impetigines sanat. Inungit idē utiliter ex melle suffusis felle, & in os lingua m̄ destillationes cohibet. Itaç; iam satis constat, Lichenē Græcorū nihil ab Hepatica differre recentior. Falsum uero est, quod ex iunioribus quidā scribunt, hanc ideo Hepaticā dictā, qd hepatica, quia præcipue hepatis est iuuativa. Pandectarius quoq; ex Gal. & Serapionis, ut uideāt, au- toritate docet hanc herbam ualere contra lienis hepatis obſtructions, & contra omnē hepatis maxime proſit. In quorū numero Platearius est, qui in eam sententiā scribit. Hepatica est herba crescents in aquofis & lapidosis: habet folia minuta, terre lapidibusq; adhærentia: & dicit Hepa- morbū: cum tamē hi effectus Licheni neç; a Galeno, neç; a Serap. usquā tribuant, id qd ex Sera nominauit aut̄ ita, quia impetigines sanat. Est uero huic uis quedā abstergēdi ac refrigerandi, atq; siccandi. Abstergēdi uero & siccandi uirtutē habet a petra, refrigerandi aut̄ ab aquositate: in hu- ueniat sententia, de ea refert. Sunt uero hæc eiusdē uerba. Est aliud genus Lichenis, petris tñ ad hærens, ut muscus, qui & ipse illini. Hic & sanguinē fistit uulneribus infillatus & collectiones illitus. Morbū quoq; regiū cum melle sanat ore illito & lingua. Ex his itaq; locis manifestū fit, Lichenem perperā a iunioribus dictā esse Hepaticā, quando ueterū testimoniū Hepati nihil con- ferat. Quod si uero quis Lichenē herbam prodeſſe hepati ea ratione contendat, quoniam de ipla scribant ueteres, quod itericis conferat: morbus autē, qui iuterus nominatur, plurimū hepa- tis uitio oriatur. Is etiam Diſc. ac Plinio docentibus, dicat non intra sumptam ad uitium ipsum tollendum, sed extra adhibitam, potius ad colorē nativū itericis recuperandum Lichenem herbam a Medicis prioribus commendari. Non est uero a ratione alienū, hanc ipsam herbam, quæ, ut aī Galenus, abstergendo plurimū ualet, sicuti impetigines, ita alteram cutis in itericis foodi- tem delere. Propterea si qua herba est, quæ ob excellentem iuuandi hepar proprietatem nomi- ne Hepatica debeat insigniri, illa profecto est Eupatorium: quæ etiam inde apud Græcos uidet. Eupatorium scribit. Bibitur uero semen, herbaque ipsa cum uino utiliter iocinorosis. Hoc e- tiam confirmat Galenus lib. 5. de Simplicib. Medic. cap. 39. inquiens. Eupatorium hepatis obſtructions expurgat, atq; insuper hepar corroborat. Non latet tamen Plinium scribere Eupa- torium sic dictam ab Eupatore rege, a quo inuenta est. Ut cunq; autem sit, certum est, Lichenē

B

C ueterum testimonio Hepaticam appellari non posse.

De VOLVILI Cap. .XXX.

AVicenna capite. 23. secundi Canonis de Volubili in hanc scribit sententiam. Lac Volubilis magnæ abradit pilos. & interficit pediculos. Folia funis pauperum recentia conuenientia sunt ulceribus magnis, & consolidant ea decocta in uino, & ex eis emplastrum factum superimpositum adiustioni ignis, & proprie cum cerato. Distillatur succus eius in aurē dolorofam, & confert ulceribus antiquis. Hæc porro Auicennæ descriptio in uniuersum quadrat cum descripsione Hederæ, quæ tradit a Diosc. & Galeno, Dioscor. quippe lib. 2. cap. 168. de Hedera ita serbit. Depilat Hederæ lachryma, pediculosq; inuncta necat. (Atq; hic aduerte Auicennam in epistole lac pro lachryma reddidisse.) Omnim generum ulceribus folia in uino decocta imposita & ambustis, dolosifq; ulceribus medentur. Succus uero foliorum corymborumq; doloribus aurium & purulentis auribus medetur. Consimiliter Galenus lib. 5. de Simplicib. Medica. cap. 18. hæc singula instar Dioscor. Hederæ tribuit in eum modum scribens. Lachryma Hederæ pediculos interficit, capillosq; destruit. Folia eius trita cum ceroto ambustis igne profundit. Sanant ulcera antiqua iuxta & nares. Plinius quoq; lib. 24. cap. 10. hæc eadem Hederæ adscribit, dicens. Succus Hederæ tædia narium graueolentiamq; emendat. Infunditur etiam purulentis auribus aut dolentibus cum oleo. Illinitur decocta in uino omnium ulcerum generi, etiam si cacocœhe sint. Lachryma Hederæ Pstolothrum est, Phthiriasimq; tollit. Et ambustis illinitur utiliter cū Cusio. Quis est, qui ex istis ueterū testimonij nō aperte uideat, Auic. Hederæ proprietates, cū Volubilis proprietatis miscuissæ. Sed quid mirū hic lapsum Auic. qn & antea in capite de Cusio Hederæ etiam virtutes cum alterius herbæ, quæ Ladanum fert, uiribus miscuerit, ut in crato decimo sexto indicauimus. Cæterum annotandum & hoc est, Volubilem maiorem dictam, cā esse herbam, quæ a Græcis καρδια μπλατα, id est, Hedera uitealis & Helxine nuncupatur. Hæc autem herba lacte plurimo mapat, & aluum cit, haud aliter quam Scammonia. Describit autem hanc Dioscorides lib. 4. capite xii in hunc modum. Helxine Hederæ similia folia habet, mixtis ambastamen minores, amplectentes quicquid contigerint. Nascitur in septis & uineis atq; frumento. Auicenna uero nesciens ueram Hederam distinguere a Cissampelo sive Helxine, mixtis ambra rum herbarum natura distantium potestatis, magnam peperit confusionem: & scuti Hederae pro Volubili, ita quoq; lac pro lachryma posuit, cum ramen ueræ Hederae lachryma, & no lac uitealis Hederæ sit, cui tam a Dioscor. quam Galeno ac Plinio is datur effectus, quod deparet, & pediculos enecet, ut diximus. Præterea cum is error, quem admodum alij non pauci, ex lignarum infestia ortus appareat, cogitent optimi quicq; quā necessaria sit Medico linguis ueritatem: qua certe nisi instructus medicinam accesserit, non est quod non multis errorum labyrinthis inuoluat. At non est quod morosis istis barbaris persuadeamus, ut iam senes Catonē imitentur.

De CENTAVRIO Caput .XXXI.

Mesuen utruncq; Centauriū confundere, certius est, quā ut demonstratione egeat. Sed ut ijs satishat, qui autorem hunc mordicus tenent, quicq; eandem ab omni errore immunem arbitrantur, age hominem suis uerbis conuincemus, quæ lib. suo de Simplicibus medicamentis scribit in hunc modum. Centauria alia maior, alia minor, inter quas distinguntur proprietates notæ. Minor melior est in omni re, & melior pars plantæ sunt flores & semina ipsius. Calidæ complexionis & siccæ in secundo est. Et est composita ex partibus terreis adustis, in parte dantibus etiam maritudinem, & ex partibus non adustis cum permixtione aquositatis, a quibus inest etiamp; partibus. Et est in ea de dulcedine aliquid a partibus aëreis. Et in ipsa est ex acreidine aliquid a partibus igneis. Et amaritudo in ea plus est stipticitate ipsius, & stipticitas plus dulcedine & acreidine, & acredo in ipsa est remissa sine mordicatione. Quare est ex maxime curantibus vulnera. Hactenus Mesue ipsa est abstensiua, exiccatiua, consumptiva superfluitatem, & solutiua ventris. Nam de utraq; tanquam in uniuersum Auicennam secundo Canone de Centauria scribentem imitatus est. Ex qui in uniuersum Auicennam manifestum fit, Mesuen utrancq; Centauriam confundere, nam de utraq; tanquam sane uerbis manifestum fit, Mesuen utrancq; Centauriam confundere, nam de utraq; tanquam de una loquitur. Et si enim primo eandem in maiorem & minorem diuidat, tam in ox earum de una loquitur. Quod autem non de una tantum agat, sed confusim de utrancq; id ueterum testimonij offendimus. Nam primum omnium quod Centaurio inesse amaritudinem & stipticitatem scribit, hoc certe de minori intelligendum erit. Id enim propter amaritudinem & stipticitatem nominatur. Quod indicat Plinius lib. 25. cap. 6. ita scribens. Hoc Centaurion nostri Fel terre nominatur. amaritudinem summam. Galenus etiam lib. 7. de Simplicib. Medica. cap. 17. ista Centaurio minori conuenire docet, in eam sententiam differens. Dominatur in eo amara qualitas modica stipticitate participans, & propter hoc temperamentum exiccans fortiter. Est medicamentum si ne mordicatione. Quod uero deinceps Mesue Centaurio inesse dulcedinem cum acreidine atq;

hoc equidem maiori accommodari debet. Nam ut minor ob amaritudinem **fel** terrae vocatur, ita de maiori
ica maior ob dulcedinem **Mel** terrae appellari potest. Id quod testatur lib. 3. cap. 7. ita de maiori
Centaurio scribens. Radix illi densa, dura, ponderosa, longitudine ad bina cubita, succo plena,
sapore acris cum adstrictione, dulcedineque aliqua. Et confirmat Galenus lib. 7. Simplicium Medi
camentorum, cap. 15. ita docens. Secundum gustum enim acris fistul & stiptica apparet cum qua-
dam dulcedine. Plinius quoque ubi supra inquires. Radix uasta, rubefcens, tenera, fragilisque, ad bi-
sacculum sit in ea acredo remissa sine mordicatione, iterum de minori, ut diximus, intelliguntur.
Quod uero post air, quare est ex maxime durantibus uulnera, id maiori aptari debet. De eo em-
scriptibit Dioscorides. Radix eius utilis est uulnifer. Constat et & glutinat, carnesque elixas cogit, si
quis ipsam contundens simul decoixerit. Quod & Plinius confirmat dicens. Vis in uulneribus
immo ipsa est absterfisia, exiccativa, consumptiva superfluitatu, & solutiua uentris, hoc mino-
ri Centaurio tribuit ueteres. Id quod facit Dioscorides, in hunc modum scribens. Potum de-
coctum eius per inferna biliosa trahit & crassa. Galenus etiam inquit. Decoctionem huius her-
barum scripta istas discernere, ac cuiilibet suauis adaptare possit. Hinc factum est, ut Centaurii ma-
nus non sine magno errore. At solent hoc pauci per autorum inscritiam non patua intercidero, quae
certe si ueteres ac probatissimos autores, sicut barbaros & indoctos istos spermologos legere
curassemus, minime iam nos laterent. Postremum quod Mesue Centauri minus praefert ma-
iori iterum exemplo Auicennae facit, quem ferme in omnibus sequitur. Is enim 2. Can. de Cen-
taurio ita scribit. Sed minor est magis iuuatiua ad omnia illa. Verum hoc quoque preter antiquo
quemadmodum uidere licet apud Dioscoriden atque Galenum, qui certe praeferat alia radice quo-
que Centauri minoris inutilem, ac nullius in re medica usus esse scribunt. Dioscoridis enim haec
verbis manifestum fit. Is enim libro secundo, cap. 57. de lapide Lazuli ita scribit. Virtus ei-
us est sicut uirtus eius quo adhaeret aurum, debilior parum est. Hae autem non de lapide Lazuli
a ueteribus scribuntur, sed de Armeno dicto lapide. Id quod in primis testatur Dioscorides, qui
lib. 5. ca. 50. de Armeno lapide ita tradit. Praesert eadem que Chrysocolla, uiribus in infirmior. Hoc
etiam confirmat Plin. li. 35. cap. 6. inquires. Armenia mittit, quod eius noie appellat. Lapis hic quoque
Chrysocolla uiribus similis. Subiect post hec Auicenna de lapide Lazuli. Inest ei uirtus etadicativa,
putrefactiva, & absterficio eius cum acuitate & stipticitate patua. Quae certe a Galeno lib. 9. de Sim-
plicib. Medica. tractat. 3. cap. 2. lapidi Armeno tribuuntur, dum ait. Habet uires abstergentes cum
acredine, & pauca quadam adstringendi facultate. Quod autem addit Auicenna. Bonos efficit
pilos palpebrarum, & prolongat eos, & est ultimum sicut dicitur in illo, propter proprietatem
quae est in ipso, & dicitur propterea, quia ipsum euacuat humores malos, prohibentes ori pi-
los; hoc itidem lapidi Armeno, & non Lazuli adaptari debet. Ita enim de eo Dioscor. scribit.
Facit ad alendos in palpebris pilos. Galenus quoque haud aliter quam Dioscor. ista lapidi Ar-
menio conuenire docet, ita scribens. Quum igitur tali natura praeditus sit, misceatur medicamina
bus oculorum, ipsum quoque seorsum terentes, & in puluerem quodammodo redigentes,
tuntrur siccо ad augendos pilos palpebrarum, quando ob humorum acridinem quidam ex ipsis
decidunt, quidam non augmentur necque nutrituntur. Nam ubi huiuscemodi humorum acrimonia
fuerit consumpta, ad naturalem habitum palpebra restituitur. Ex his itaque clarum est, quod que
cunque siccо de lapide Lazuli refert Auicenna, eadem omnia a Græcis autoribus Armeno lapidi tri-
buti. In eundem uero errorē lapsus est & Serapio. hic enim lapidem Lazuli notificans, eiusque po-
tates exponens, non alia refert quā quae de lapide Armeno Græci tradunt. Ait enim. Virtus ei-
us est similis glutini auri, nisi quia est debilior eo, & facit nasci pilos in palpebris. Hanc autem de-

B

¶ De ARMENI, & LAZULI

L A P I D I B U S. Caput. XXXII.

A Vicennam sub uno eodemque capite Armenum lapidem cum Lazuli confundere, ex eius-
dem verbis manifestum fit. Is enim libro secundo, cap. 57. de lapide Lazuli ita scribit. Virtus ei-
us est sicut uirtus eius quo adhaeret aurum, debilior parum est. Hae autem non de lapide Lazuli
a ueteribus scribuntur, sed de Armeno dicto lapide. Id quod in primis testatur Dioscorides, qui
lib. 5. ca. 50. de Armeno lapide ita tradit. Praesert eadem que Chrysocolla, uiribus in infirmior. Hoc
etiam confirmat Plin. li. 35. cap. 6. inquires. Armenia mittit, quod eius noie appellat. Lapis hic quoque
Chrysocolla uiribus similis. Subiect post hec Auicenna de lapide Lazuli. Inest ei uirtus etadicativa,
putrefactiva, & absterficio eius cum acuitate & stipticitate patua. Quae certe a Galeno lib. 9. de Sim-
plicib. Medica. tractat. 3. cap. 2. lapidi Armeno tribuuntur, dum ait. Habet uires abstergentes cum
acredine, & pauca quadam adstringendi facultate. Quod autem addit Auicenna. Bonos efficit
pilos palpebrarum, & prolongat eos, & est ultimum sicut dicitur in illo, propter proprietatem
quae est in ipso, & dicitur propterea, quia ipsum euacuat humores malos, prohibentes ori pi-
los; hoc itidem lapidi Armeno, & non Lazuli adaptari debet. Ita enim de eo Dioscor. scribit.
Facit ad alendos in palpebris pilos. Galenus quoque haud aliter quam Dioscor. ista lapidi Ar-
menio conuenire docet, ita scribens. Quum igitur tali natura praeditus sit, misceatur medicamina
bus oculorum, ipsum quoque seorsum terentes, & in puluerem quodammodo redigentes,
tuntrur siccо ad augendos pilos palpebrarum, quando ob humorum acridinem quidam ex ipsis
decidunt, quidam non augmentur necque nutrituntur. Nam ubi huiuscemodi humorum acrimonia
fuerit consumpta, ad naturalem habitum palpebra restituitur. Ex his itaque clarum est, quod que
cunque siccо de lapide Lazuli refert Auicenna, eadem omnia a Græcis autoribus Armeno lapidi tri-
buti. In eundem uero errorē lapsus est & Serapio. hic enim lapidem Lazuli notificans, eiusque po-
tates exponens, non alia refert quā quae de lapide Armeno Græci tradunt. Ait enim. Virtus ei-
us est similis glutini auri, nisi quia est debilior eo, & facit nasci pilos in palpebris. Hanc autem de-

Y

27
A N N O T A T I O N E S

Cscriptionem non conuenire lapidi Lazuli, sed Armeno, in superioribus ostensum est. Quod vero Auicenna de lapide Lazuli scribit huic esse uirtutem eradicatiuam & putrefactiuam, id uero equidem est. Nam ea proprietas peculiaris est huic lapidi, qui ab Arabib. Lazuli, a Græcis vero Cyanus dicitur. Testis Dioscorides, qui libro quinto, cap. 60. de eo ita scribit. Cyanus, seu Ceruleus uim habet reprimendi, leniter putrefaciendi, exulcerandi, ac crustas ignis modo inducendi. Proinde satis constat Auicennā, ut in plerisq; alijs, ita & in hoc lapide rerum differentias miscuisse. Et nisi hoc fateantur aduersarij, numen eorū Auicennā in grandius erratum incidisse conuincemus, nimirum quod sibi pugnantia in uno eodemq; capite scripsierit. Si enim de uno conuenient, eundem habere uirtutem eradicatiuam, & nutrire & producere capillatum lapide tractat, quomodo conuenient, eundem habere uirtutem eradicatiuam, & nutriti endi pilos? nam uirtute eradicatiua, quæ est innata ipsi, nullo pacto nutrire & producere capillos potest, sed eosdem magis extirpat atq; radicitus perdit. Insuper ne hoc præteream, si hic lapidis putrefaciendi uim habet, sicut Auicenna atq; Diosc. fatentur, omniaq; ea uim habentia a Medicis, Gal. præsertim, inter uenena computent, quo pacto ab exitiali errore se vindicabunt nosfri temporis Medici, hunc lapidem, qui non minus uenenū est, quā quod uulgus Cenabriū uocat in catapotis deuorandū quotidie præbētes. Nullius em̄ ueteris autoritate se fere possunt: qñ nemo ex Græcis autorib. Cyanū lapidē in pillulis purgandę atrę bilis gratia deuorari docuit. Nec Arabū ea in re satis est autoritas: qñ luce clarissimū sit, illos eorundē lapidū pprietas miscausisse, atq; adeo qd docēt lapidi Lazuli inesse uirtutē atrę bilis purgandę, hoc falfum admodū est. ea em̄ pprietas, doctissimi Alexandri Græci testimonio Armeno debet lapidi. Hinc cū Arabeis unus uires ac proprietates in altero notent, consequit illis parum, aut omnino nihil esse fidendum. Itaq; caueant posthac omnes uere ac candide docti a lapidis Lazuli usu, qñ is purefaciendi ac exulcerandi uim habeat, atq; hoc nomine merito inter uenena connumerandus.

N DE C A N T H A R I D I B V S. Caput .XXXIII.

DOn arbitror esse aliquem, qui ignoret nostræ etatis Medicos in Cantharidibus propinandas omnes ex æquo proñcendas esse alas docere, idq; quantum conjectura asequi possum, Cantharidū, aut eosdē male interpretantiū præscriptio factū est: quando passim in istis, dum Cantharides exhibent, scribat abiçere oportere alas & caput. Id quod maxime liquet legenti Razim lib. 9. ad Almansore, capite de mingendi difficultate, & Auicennam Fen. 29. lib. 4. tractat. 2. cap. s. & passim alibi. Quantū autem ea in re errauerint boni illi uiri, aut certe eorundem interpretes, satis patet huic, qui Cantharidū uires atq; naturam iuxta ueterū descriptionem expenderit. Illi enim ex professo docent, alas maleficio Cantharidū esse remedio, atq; hoc nomine minus abiçendas. Testis est in primis Diocor, libro. 2. cap. 53. dicens. Retulerunt pleriq; alas & pedes Cantharidum contra earundē maleficia remedio esse. Quamuis uero Diocor, id ex aliorum ponit sententia quam propria scribat, ita tamen esse post eum Plinius lib. 19. cap. 4. manifestissime indicat sic scribens. Ipsarum Cantharidum uenenum in qua parte sit, non constat inter autores. Alij in pedibus & capite existimant esse, alij negant. Conuenit tamen, pennas earum auxiliari, in qua cuncta parte sit uenenum. Hinc est quod Hippocrates lib. 4. de uictu morborum acutorū, Aph. 114. in curatione aquæ inter cutem, non alas, ut nostri seculi Medici, sed pedes & caput proñcere doceat. Eius enim hęc sunt uerba. Cantharides tres, abiectis pedibus & capite, teruntur in aquę cyathis tribus. &c. Vbi antiquus interpres nō sine errore reddidit in sua traductione. Autem caput & pedes & alas. Proinde utcunq; de pedibus adhuc dissentiant autores, conuenit tamen inter omnes, ut ex Pliniū autoritate diximus, alas eorundē maleficio medicari, atq; ob id minime proñcendas. Vides iam, quantum in manifestissimis etiam cœcutiant Medici juniores. Hinc factū, quod non raro eisdem Cantharidum usus male cessit, ita ut Cantharides sua ui erodendi saepius sanguinem promanare fecerint. Quod si uero alas, quæ huic maleficio remedio sunt, nō abiectas uoluissent, forte nihil horum consecutū uidissent. Quamuis si me audierint, in uniuersum ab exhibitione Cantharidū abstinebunt Medici. Verum utcunq; moneas, frustra uereor moneas: quando errore penitus obstinati obsurduerint.

N DE A L I B I O. Caput .XXXIV.

Avtor Pandectarū in litera A, Alibium falsissime pro Eryngio interpretatur, quando sit ea uerius herba, quę Inguinaria Latinis dicit. Id quod in hunc modum ostendimus. Cum Arabib. Aliben uel Alhaliben sit inguē, aut abscessus qui fit in inguinibus, hoc quod etiā Pandectarīus fatetur, consequit necessario, ut Alibū sit Inguinaria herba: quæ id nominis fortita est, q; profit in inguinibus. At quid opus multis in re omnī apertissima: Annotandū tamen, eandem herbam alio nomine a nostris appellari Stellarīa, a positura & forma, quibus stellæ modo radiā. Græci uero non solū a foliorū situ & figura ḥs̄p̄a, sed etiā, quoniam in inguinibus, quæ Bubones illi appellant, tam presenti remedio medetur, ut adalligata tantum medicinam in eo malo homini faciat, Bubonium uocarunt. Id quod testatur in primis Paulus Aegineta, his uerbis. Atticus autem Aster herba, quā Buboniū, id est, Inguinalē ob hoc ipsum uocant, nō tantū emplastrī modo im-

posita, uerum adalligata etiā prōdēsse creditur. Describit uero & Diosco. hanc herbari libro. 4: cap. iii. in lunc modū. Aster Atticus lignosus caulis, in summo habens florem purpureū & luteum, ueluti Chamæmali capitulum, undicę per orbem incisuris diuīsum, Folia autē habet stellae similia, quæ uero circa caulem folia oblonga & densa. Haud dissimiliter eandem depingit Plinius lib. 27. capite quinto, inquiens. Aster ab aliquibus Bubonion appellatur, quoniam inguinum præsentaneum remedium est. Cauliculus folijs oblongis duobus aut tribus, in cacumine capitula stellæ modo radiata. Præterea non prætereundū, quod apud Auicen. secundo Can. cap. 17. fallo scribatur Atratisus, pro Aster atticus, ita fere omnia herbarum nomina apud eundem corrupta sunt. Verum hic finem de hoc Pandectarj errore faciamus, cuius equidem hominis errata uniuersa si quis prosequi uellet, nunquā finem sortiretur, adeo omnes fere paginæ erroribus scatent. Nos tamen cogitamus aliquando conscribere Pandectarj interpretationibus seducuntur. Atq; hīc prīmi Tomi continentis ea que ad plantarum ac Medicæ rei noctiā attinent errata, finis esto.

C Clarissimi uiri Doctoris I O A C H I M I
S C H Y L L E R I, medici Basiliensis,
ensi, de flore qui uulgo uocatur.
Grassblüm, Grassnegel n.

Ad Othonem Bruntellium Iudicium.

D E H E R B I S super quibus tu maxime dubitas, iam nihil certum teneo, sed tamen ni fallor, unū herbæ genus est, quod Graminis florem uocant, uulgariter Grassnegelin/oder Colmeriblum/oder flyeger cügeln Sueice. Huic herbæ falso inditū nomen mihi uidetur, quādo in confessio est, nullum aliud Graminis genus (quorum tamen genera multa sunt) flores effundere, præter unum Parnasium, cuius certe floris speciem ac formam nostrū minime ostendit. Siquidē cum Parnasi flores maxime can-didi, & odorati sint, nostri præter rubrū colorem, uel ex nigro commixtū, ut iam ad purpureum accedat, alium nullū ostendit. Sed neq; admodum odorati sunt. Quapropter, ex alia progenie falso hodie nominatum esse hunc Graminis florem appetet. Ego certe inter Tunice herbe florem connumerandum censerem, uel potius in Violarum altilium gēnus collocandum putarem. Tantum de Graminis flore mihi constat.

C Eiusdem sententia de A S T R A N C I A,

& A N G E L I C A.

Angelicam et Magistranciā ueteribus incognitas herbas fuisse non dubito. Inuenio tamen Meu dictam herbam ab aliquibus uocari uulgariter Meyserkurgz.

C HIERONYMVS TRAGVS, Othoni
Brunfelsio, amico & domino cum primis
optato, S. D.

I D I B V S Februar, literas tuas Q[uo]d chariss. reperi, quas diligenter & unice, q[uod] ab amico & doctiss. fuerant profectae, amo & lego. Etiam petitionibus admodum iustis quam sim gerendo morem paratus, id tam suppeditare & aperire nostra sufficeret tenuitas, ex animo optamus: quin amico tibi nostram communicare operam, & si id nobis impar, non audemus quale, aut quantumcunq[ue] illud est denegare, satisc[re] d[omi]no me illud quod petis fideliter uoluiss[te], scioq[ue] te, candidatosq[ue] omnes hoc contentos esse. Ob id rursum tibi de herbis nostrâ opellâ & in tellectum mittimus: que si quicquam (quod cupio) prodesse puraris, fac nobis non parcas, imo s[ecundu]m utaris. Proinde in h[abitu]s quod dubium, auta uero dissonare uidetur, obliterandum illud, ceteraque omnia in melius interpretandū, candori tuo in totum offerimus atq[ue] dedicamus. Christus te seruet diu in columem. Pandectæ tuæ si lucē iam uident, quanti & h[abitu]s comparari possint, literis significato. Proinde mi Brunfelsi oro te, si quando uoteris, haec semina ad plantandum apud holiores uestros comparare, mihi præsentibus nummis mitti cupio. Disces quoq[ue] ab eis, quomodo quodc[um] seratur, quac[um] terra gaudeat, facies mihi rem gratam. Vale bene ex Bipontio, pridie Non. Mart. Anno M. D. XXXI.

HIERONYMI TRAGI ME-
dici, Herbarum aliquot dissertatio-
nes & censuræ.

D



E SOLDANA QVID LOQVAR
uix sciam. Ut autem tibi meam aperiā mentem,
existimo esse Diosc. Βρύον θαλάσιον, & est germen
qd chartis inclusum miseris, planta sine caule, et ca-
pillata, Dioscor. forte ignota, ideoq[ue] paucis historiam de ea absoluit. Ego
huius herbae potentiam magni duco. Est nimis diuretica: ob id calculo in-
uesica laborantibus utilis, atq[ue] herbarum historijs meo iudicio digna.
Negellumen, sunt Violæ nostræ. Vide species, Keiri Serapionis, & Dio-
scoridis Leucoion lib. 3. cap. 129. et Mainardum in Epist. Medicin.

Pes leporinus

Erenbeig, herba Tunica dicit a nonnullis: sed sine ueterū autoritate. Hiero-
nymus appellat Vetonica. Genus est herbae Serpentariae. Haec ad radit
ces arborū, maxime queruū serpit. Vulneraria herba est, atq[ue] diuretica.
S: sempfölin, de quo scribis, non uidi, ne chartis quidem inclusum: itine-
re, negligentia forte nuncij perijt.

Mōriettib[us], genus est Rhaphani, aut illud de quo autores nō scripserunt,
aut Pliniū certe Armoracia: idq[ue] coniicio uel ob paruitatem & exilitatē se-
minis: uel quod illa radix quocunq[ue] terrarum transferas crescat. Est autē
certū, Rhaphani reliquū genus alio tralatum nō crescere. Quod si Armo-
racia non est Mōriettib[us], uelim nobis esse præsentem græcū illum Morrhio
nem, qui de Rhaphano librum composuit. fieri non potest, hunc autorē
tam nobilem radicem in suo libro non indicasse. Nostri ubiq[ue] medici uo-
cant Radicē simpliciter Mōriettib[us], idq[ue] magis sua autoritate quā ueterum.

Bōbelfrut, uocant Cerifoliū, Apī genus ut Petroselinon. nam & Petros-
selino perquam simile est. Est Cerifolio umbella ut Fœniculo: flos candiz-
dus, ut cimino: semen longum, & tenuē, & acre. Dioscoridis puto Orea-

selinon esse. Nisi me uerba sua in hoc suspectum redderent, cum art. Razi
muli in summo Oreoselini capitula Miconij habent: quod in Cerifoz
lio nunquam cernitur. Alias herba hęc satis nota. Plin. lib. 2. de re medica
cap. 37. de ea mentionem facit. Item Apuleius cap. 10. Pederota, & Arcto
phyllon uocat.

Storckenschnabel, & hoc quoddam Apium est, non multū a Diosc. Smirz
nio distans. Nouitj herbam Rubeam uocant. Et est duorum generum.
Altera rubescens, lanuginosa, & foetida, prope muros & parietes nascit.
Lumen maius super quodam unguento uocat herbam Gratiā dei. Hie
ronymus Herbam Roperti, Gotts gnad: nos herbam hanc Herysipilatis
apponimus. Altera que item rubens, nec foetet, campestris est, rostris, cau
le, & floribus priori similis: uocant rusticī nostri *Storckenschnabel*.

In Cardo Benedicto non paruuus est error. Nam sunt, qui *Crassulā* me
diam, qui Senetionem, qui *Dioscoridis Sedum* interpretantur. Mea opis
nione decipiuntur isti omnes. Lumen maius in syrupo Eupatorij uocat
herbam Turcham, qua autoritate nescio. Quod si *Cardo* benedictus nō
est Plinij *Carduus* de quo lib. 21. cap. 15. & 16. scribit, nescius sum, quibus
tandem nominibus, capitibusq; hęc planta apud autores inuenienda sit.

Inguinalem *Dioscoridis* (quod ego sciam) nusquam uidi: licet floscu
los, & plantas, quorum capitula & folia per orbem incisuris diuisa simili
bus Stellae uiderim. Qualis autem *Dioscoridis*, Plinij, aut *Apulei Aster*
sylua Hieronymi stellis ornatur, uestitur, & *Aparine* stellulis: atq; ambę
tinctiorum Rubiae sylvestrem quandam stelleam herbam, specie & flore
Caprifolio non dissimilem, nec tamen ut *Caprifoliū* tenax, aut hamata,
sed pinguis & lenis herba, quasi calamus silagineus, undicq; stellulis cir
cumamicta. Est & alia herba lignosa, & omnino ferulacea, quæ pari mo
do stellis uestitur, oblongis tamen, & gracilioribus foliolis, floribus flam
meis atq; candidis, sed muscosis & densis: quam nostræ mulierculæ uo
cant suo idiomate, *Vnser lyben frawen wagstro.* Putauit *Dioscor.* esse Gallion.

Lactuca & *Endiuia* congeneres plantę sunt, ut ab altera alteram in pri
mo germine uix secernas. Verum *Seris*, *Intybum*, *Cichorium*, *Endiuia*
mea opinione idem pollut, & ob lactis liquorem, uel *Lactucæ* congene
res. Iam autem quot gentes, tot herbarū sine controversia appellationes.
In Germania nullibi domesticum uidi ego *Intybū*: in Italia frequens in
ter oxypora celebratur, quo & hybernis mensibus arena sepultam, sale &
aceto uestuntur caulosi uoluptarij, iniquo suo hoc holere indulgentes
Genio. Hanc suo idiomate uocant *Endiuiam*, *Lactucæ* capitatae fere simi
lis. Nostras uero que in Germania est *Endiuia*, *Seris* est, aut *tigæ*. Certe
species: nec tamen ut apud Italos *Cicur*, sed semper erratica, petrosis, are
nosis, & macerie nascens. Herba sane trium specierum. Alia enim fo
lijs prope planis & latioribus. Alię longioribus per interualla circumcur
rentibus. Vtrę gustu amara, Hisce ambabus indiscriminatim utuntur

B
Herbæ stellæ
riae.

Endiuia.

Cad refrigerandum. Tertia, quæ etsi cultore careat, cultis agris crescit inuitato etiam hortore, hortis nostris commune & frequens malum. Cuius itē duum generum, planum scilicet, & incisis caulis angulosum, quæ duo Dioscoridis Hieratia iam pridem credidi, nostri uocant, *Gensdystel/alijs Scwa-*

dystel, quida hanc uolunt esse Scariolam.

Sonchus.

Cicerbita, & Sonchus nostra Lactuca est crispa & hortulana: in Veris initio usq; ad æstatem cum reliquis Lactucellis apud nostrates ex sale & aceto estur. Nā σόγχος re uera ut Hieration Lactuce species est. quare Hieratiani a Dioscoride Sonchitem, tanquam Sonchi congenerem dictam uideo. Proinde rura nostra omnia isthęc holera uno idiomate & communī uocabulo Lactucas uocant. Nos itaq; illa appellatione contenti, de illarū nomenclaturis non admodum disceptantes, Doctioribus & oculatis herbarijs prouinciam hanc & ocio uacantibus inuenienda relinquimus.

Cichorea.

Solsequium species est aut Intybi campestris, aut arborescens Lactuca: hanc plantam conuerso ordine Itali, Galli, & nostræ ætatis medici Cichoram uocant. Mihi autem uidetur, quod hæc Cichorea Dioscoridis Heliotropium, & Apulei Intybum erraticum sit. Nam & historia utrumque non admodum dissentire uidetur. Notissima ubique herba, cuius flos solem semper comitatur: ideoq; Solaris a Celso dicta est. Germazni uocat Sonnenwürbel/er Wegwari. Alij Sponsam solis. Cuius flos projectus in gregē formicarū cito rubescit tanq; cruentus: ad cuius spectaculū non raro admirabar. Eius plantę uidi genera tria. Primum & uiaticum, omnibus notum, flore est cæruleo. Alterum candidissimo, rarū apud nos specie claculum. Tertium lutheo, & fere croceo flore. Id genus olim Moguntinus ager nobis præmonstrauit. Planta est fruticosa & pene arborescens. Descriptionibus Plinij per omnia respondet nostrum Solsequium licet Plinius sibi non nihil contrarius sit. nam in decimonono, capite sexto ait purpureū habere florē, & uicesimosecundo capite uigesimoprimo cæruleum. Nisi forte cæruleus, & purpureus idem apud eum pollerent.

Dens Leoninus, qui maior et minor, potentia & uirtute Endiuam referunt. nam refrigerando utilissimæ plantæ, cuius flos lutheus, cito canescens, qui & medio ueris euanscitur cum caule. Ob id Dioscoridis & Plinius Senetionem, aut eius herbę congenerem plantam iudicauit. Hieronymus uocat Rostrum porcinum, Alij pfaffenblatten/alijs Merzenblumen. Atq; de herba hac certius non habeo.

Daucon omnes interpretantur Staphylinon agrion, *Wilde Pfefferkraut/* oder Morelle, oder wilde Gele rüben. In cauſa sunt antiqui scriptores Galenius, & Aegineta eius interpres, qui Staphylinon uterque Daucon uocant. Plinius quatuor Pastinacæ genera numerat libro decimonono capite quinto, inter quæ & Hybiscum numerari uult. Cum Hybiscus nihil aliud sit quam Althaea: sic error ex errore non in Dauco tantum, uerum in infinitis deprehenditur plantis. Nos autem Daucum non Pastinacā interpretamur, sed *Berwurzel*. Etsi Staphylini speciem, quis hanc dixerit? Tamen

Dioscorides de Dauco proprium caput habet, de eo sic scribens, libro ter-
tio, capite septuagesimo sexto. Daucus & petrosis, et apricis cernitur locis,
Foeniculi folijs, minoribus tamen & exilioribus, caule semipedalī, umbel-
la Coriandri, flosculis candidis, semine peracri, &c. Qmnia hæc non Sta-
phylinus, sed radici quam Berwurzel uocant recte congruunt. Quid autem
Pastinaca erratica (quæ uera species est, der gelen Rüben) a scriptoribus quo-
que Daucus dicatur, suspicor id nomen ob similitudinem huic radici im-
positum. Nam Berwurzel, quæ Daucus, et die gelen wilden Rüben, quæ Pastina-
ca erratica, fere floribus, semine & caule similes sunt. Porro Berwurzel no-
stra rura non habent, sed Hercinia sylua, quæ sacra, & fere Pæonia terra
est, Daicum apricis, & pratis copiose olim, per omnia descriptionibus
Dioscoridis respondentem, uidimus. Verum die wilden gelen Rüben, quam
diximus Pastinacam erraticam, edendo est, ubique crescens, & secundū
sepes æstiuis mensibus quotidie perspicitur, flore, & umbella Dauco si-
milis: nisi quod in centro Staphylini flore quiddam purpuræ est, quod
in Dauco nusquam cernitur. De Dauco & Pastinaca res sic se habet.

Asphodelum nostra tellus non gignit, ideoq; radices tantū ad nos ali-
quando sine herba adferuntur. Cum esse apud Heluetios, memini me
apud eos qui ex alpibus effossas circumferebant uidere: nec has tantum,
quin & omnigenas: ut solent ex radicibus cibum querere herbiferi. Erant
autem radices quas tunc temporis uidi, adhuc succulentæ, colore spiceo,
louis barbam dicunt non absimiles. Et Dioscorides libro secundo capite B
centesimo quinquagesimonono, Asphodelū glandibus assimilari dicit.
non video qui cum nostris omnino hæc quadret. Hoc autem uerum est,
Asphodeli radices compactas esse multis membris. Et ut folijs densis Ro-
sa crescent, ita & Asphodeli tanquam commissuris ex uno capitello ra-
dices spectantur: quarum singulæ partes (soluto corpore radicis) Balanis
non admodum dispares, nusquam aut teretes ut balani sunt, sed louis bar-
beg ut diximus)speciem præ se ferebant. Rogitaui ex herbiferis nomen.
Ipsi Goldberwurzel responderunt. Certius hoc tu quam ego ex eis cottidie co-
gnoscere potes solent enim hi non raro uestra ciuitate, in quam multi po-
puli confluunt, suas radices uenditioni proponere. Cur autem Auicenna
Canon. 2. cap. 77. Affodillum uocet, ignoro: forte rei sibi ignotæ, ignotū
vocabulum quoq; imposuit.

Spinachiam apud unum Auicennam secundo Canone, capite sexcen-
tesimo tertio nostri Bynetsch uocant: Heydelbergenses dicūt, Spinnefraut.
De Diſcor. Lapsana dubitamus: ea si nota tibi est, mittito: ut & nos dis-
camus quale h̄b̄lus sit. Tu autem Serapionem lege, & uide num Aspe-
nach. Spinachia sit.

Eringion carduus est multis, atq; stellatis capitibus, omnib. Carduis
aspectu speciosior. Dioscorides lib. 3. capite uigesimo secundo, ait Cen-
tu capita illi nomen fuisse: quod huic Carduo una radice tot capita promi-

Pastinaca erra-
tica.

C nent. Fulchrum certe ac congiuum nomen. Petrus de crescentijs, et Circa instans suum Affodillum Centumcapita uocant: forte ob bulborum multitudinem. Eringion ego idiomaten ostro appello Mānstrēw, ob longitudinem radicis, quam longiorem Moly uolunt esse, nam Eringij radixem nusquam uidi integrā, semper aliqua parte in solo permanente. Herba est quois Protheo mutabilior, nunc album, nunc cœruleū, nunc pallidum mentitur colorem. Apud nos rarum spectaculum. Vesta terra nihil uilius Eringio. Nam omnes fere agrorum margines hoc genus Carduorum, quin & uia passim habent. Turba medicorum hanc herbam Izringium uocant. Proinde caput Pliniū de Eringio non male nostro idioti mati respondet, ait enim Lesbium Phaonem dilectū fuisse a Papho. &c. Plinius libro. 22. cap. octauo.

Milium solis, hac herba inquit Plinius, nihil mirabilius, gerit enim iuxta folia singulas barbulas, & in cacuminibus earum lapillos candore & rotunditate margaritarum. &c. Vide Pliniū libro uigesimo septimo capite undecimo. Dioscorides Herculeam herbam ob seminis duriciem uocat: quem uidelibet Tertio capite centesimo quadragesimonono. Marcelli Vergiliū commentarij hoc loco satis mihi faciunt. Colligunt hoc set men cis renū, quemadmodū & alia multa, ut Asparagum, Tamariscū, &c. uulgo dicitur Mōhyrī.

Phrysius.

D Wintergrün. Hieronymus Braunschueig, lib. de Simplicibus Pyrolā uocat: ego apud Dioscor. prudens legi nusquam, nec Pliniū: opinor tamen esse Betam sylvestrem, nam folia & pyro & betæ respondent. Vide Lumen maius: quamquā Gilbertus uult Arnoglossam Centūneriam esse, aut Betam sylvestrem: quam Auicenna secundo Canone capite quadragesimo trigesimonono linguā arietis nominat. At Phrysius Centūneriam interpretatus est Wegerich. Omnia hæc ad ideitatēm herbarum Wintergrün satis mihi faciunt.

Lunaria nusquam inuenio, siue M. fycinus, ut scribis, siue alijs eius mentionem fecerit: sane locus ille Ficini incognitus est mihi. At Lanaria pafsim lego, tum apud Pliniū libro uigesimo quarto, capite octauo, tum apud Dioscoridem libro secundo capite centesimo quinquagesimo secundo, herba fullonibus ad purgandam lanam apta.

Linaria herba tibi nota est credo: de qua uulgs medicorū sic scribit. Esula lactescit, sine lacte Linaria crescit.

Satureia, Cunila, & Tymbra idem sunt. Satureiam, quam & Pliniū lib. 19. cap. 8. Tymbram, & Diosc. lib. 3. cap. 80. Satureiam appellat, nos lingua nostra Garten Isop/et 3wybel Isop uocamus. Est species Thymi, Colummella autore, cum ait. Et Satureia Thymi referēs, Tymbræcū saporem. Is qui Luminare maius scripsit, uult Satureiam esse minorem Pulicariam.

Weisswurst. Hieronymus Braunschueig Sigillum Salomonis uocat, qua autoritate nescio, renibus conducens, nec non apostematibus internis, impetiginescū lentiginescū faciei illita delet.

Eberwurz, Latino nomine nusquam legi, licet aliquando uiderim. Herba A est magnis ut Lappago folijs.

Chamæpytis apud Diosc. lib. 3. cap. 66. qualis herba sit inuenies: quid aut nostro sonet idiomate prorsus ignoror, nec quenq; de ea habui magis strum, aut doctorem. Ego autem Cipressen existimauit: quod illa nostra Cuperpus Pinum, siue Resinam uerius quam amomum oleat.

Chamædrys est infima quercus, siue Trixago, nostra lingua, Vergiss mein mir, del Gamen Berlin, nam & Lombardi Calamandrinā uocant, herba cū pri- Calamandry mis graue tussientibus accomoda. Dioscor. lib. 3. cap. 103. & Auicenna. 2. Canon. cap. 136. de ea scribunt. Alij Serratā nominant: quod Serra ab il- la sit inuenta. Plinius lib. 28. cap. 15.

In Pulicaria non est cur strenue laboremus. Etsi eius herbæ sint binæ species, binacq; in Dioscor. capita. Priorē tamen Pulicariam esse uerā, quā aliqui Persicariam uocant, a similitudine foliorum, & ut Dioscorides scribit, folijs Oleæ simillimis hanc herbam esse, idem est, ni fallor. Sunt enim Oleæ folia Persicis maxime ut ouū ouo similia. Cuius itē duarū spe- tierum altera maculis plena, altera uero nullis, uirtute tamen gares: gustu acerrime ut Piper sunt: ideoq; pulices humo sparsa e cubiculo pellit, & ne cat. Dioscoridis opinor esse Conizā, de qua lib. 3. cap. 127. nostri uocant, Conyzā. Kassel alij Flöhkraut. Muscæ, culices, pulicesq; hanc herbam, aut suecū eius nō B attungunt, ob id sordidis ulceribus ualde conducibilis.

Altera Pulicaria a seminis similitudine sic dicta est. Vides enim semen eius pulicib. assimilari. de ea itē Diosc. lib. 2. cap. 68. Auic. Can. 2. cap. 522. Centaurion maius, de quo Diosc. lib. 3. cap. 62. Plin. lib. 25. cap. 5. scri- bunt, nullibi in Germania nasci credi, aut certe mihi ī uniuersum ignota herba. Centaurion maius quo nunc utunt medici, Matricaria est; aut Fe- brifuga, quam ego Diosc. Parthenion esse iudico. Vide eius librū. 3. cap. 126. Error nō paruuus in Centaurio: cum alterū fel, alterū mel terre dicat.

Cynorodi, Rosæ sunt caninæ, aut campestres, ut quidā uolunt: nascun- tur frutetis ac subhumidis locis, coloris purpurei, odoratu iucundę, nostris Rosis & aspectu & odore fere similes; odorē autem campestriū simul ac uir- tute præ domesticis probo. de quibus uide Plin. lib. 25. cap. 2. Nascitur & fungus in radice Cynorodi, quē Auic. 2. Can. cap. 112. Taratich, & Dio- scor. lib. 1. cap. 112. Hippocistida uocat. Nos Rosam illā interpretamur Haber- rosen. Francofordienses Ranrosen dicunt. Spirenses & Heydelbergenses hisce Rosis maxime pharmacis utuntur.

A Rosis, Gramen apud Diosc. lib. 2. cap. 31. dicitur, cuius ego radice ad Gramen. frangendū uesicæ lapidē usus fui, nouicq; Gramen magnæ operationis & efficacie. De eo Plinius libro. 29. cap. 19. Aliud Gramē est Polygonon, de quo mox dicemus.

Grapblumen, nusquam quomodo Latini uocent legi, nisi quod Narcissi spe- ciem quidā adpellant: quibus non adhibenda fides. Nam Narcissus flos alias est qui aut Februario germinat, uulgo Hornungeblumen, aut certe flos

Cest autumnalis Hermodactyli radicis, *Zeyloſen/oderrch blumen*. Vide Thco phra. Flores sunt nudi, sine caule, atq; coloris purpurei. Verg. *adogia quinta*. Pro molli uiola, pro purpureo narciso.

Vergelblumen, alij *Grossblumen*, nostri *Violas* credunt albas. Apud Dioscor. genera *plura*: quem lege lib. 3. cap. 125. Meminit item *Violæ* Ioan. Main. libro Episto. medicin. 3. Epis. quarta.

Sertula campana.

Trifoliū ge- nera septem.

Meliloton Dioscor. interpres lib. 3. cap. 93. atq; Plin. lib. 21. cap. 9. Sertu lam campanam adpellant. Certumq; est, Meliloton genus esse Trifoliū acutum: an illud sit quod uocat Steinklee, penitus nescio. Certe uulgus medico rum ita interpreta. Noui ego plus septē genera Trifoliorum: quod autē omniū uerum sit Trifoliū, coniūcere non possum. Omnia enim istiusmo di sunt, ut uel intuendo, uel palpando hāc uocē Trifolium merito sibi uē dicant. Noui Trifoliorum pratensia duo, maius, & minus. Campestria duo, singula singulis flosculis ornata. Noui insuper genera duo cæteris & caule & flore humiliora. Quorum alterum etiam pueris nota herbula, ad blandiente luteo flore, idiomate nostro *Hassenpfölin*, alij *Leporinū* hogē nus uocant. Estq; aliud *Trifolium sylvestre*, candido flosculo, ego suspicabar id esse *Oxytriphylon*. Nostri *Sawilee*, *Gaußklee*, *Büchampfier*, uocant. Consule Serapionem de Andacotha. Dioscorides noster *Sampsuchum* adpellat *Trifolium* lib. 3. cap. 92. Licet de *Trifolio* scriperit caput proprium lib. 3. cap. 116. Certe *Trifolium* arbitror esse uocabulum commune, siue lib. 3. cap. 92. Certe *Trifolium* arbitror esse uocabulum commune, siue

Due pratensiū, siue campestriū. Quoties ego lecturus simpliciter *Trifolium*, de *Pratensi* semper & communi *Trifolio* intelligam: quisq; interim sui iudicij ut sit, minime prohibemus, & cū tali nihil contendendū censemus.

Inulam nostram arbitror esse *Chironium Panacen*, de quo Diosc. lib. 3. cap. 92. scribit. Nam Pliniū & Auicennæ Inula, cum nostra non uideo qui congruet: tamen illud uerum est, quod ex radicis nostræ Inulæ occulis, aliae Inulæ seri aut propagari possunt, ut idem Plinius testatur, lib. 19. cap. 5. Mihi profecto Vergiliū commentarij super Inula non displicant, cum ait. *Helenium* ex se mittit caulem crassum, hirsutum, cubitalem, alii quando maiorem, angulosumq; flores lutheos. &c. Hęc omnia Inulæ nostræ adesse uidemus, Dioscorides libro. 1. cap. 27. Vtinam de cœlo mittatur Mercurius nouus, qui hanc, atq; alias nobis commonstret radices & herbas, quo instauretur & renouetur pristinę ac ueræ Peonie disciplina.

Blutkraut.

Sanguinariam uocem, plantarum potius epitheton, quam herbæ nomenclaturam esse quis dubitat: sunt enim herbæ non paucæ, suntq; radices, sunt lapides & gemmæ, que singula sanguinaria dici possunt. Est herba quædam rubens, cuius succus ut purpura tingit, quam uulgo Sanguinariam Blutkraut uocant. Alij hanc Soldonellam. Nascitur stercorarijs.

Est præterea radix cui nomen fecerunt *Sanguinaria*, quam nos uerum *Pentaphylon* esse nihil dubitamus, qua dysentericis, cœliacisq; dolorem leuauimus. Est illi mira in hoc adstringendi facultas, omnifq; ueneni magistra Herbarij nostri iam uocant *Tormentillam*, alij *Ferulam*, *German*

nice Rotwurzel, Tormentill, oder Bürckwurzel.

Sanguinaria qua nos usi sumus, & plerique omnes, est Bursa pastoris minor. Deschelkraut, aut Seckelkraut. Est & huic mira adstringendi potestas.

Hac multos sanguinis fontes sistimus, phibemusque, p̄cipue mulierculis.

Polygonon est Proserpinaca, referente Apuleio cap. 18. qui & facile mi-

hifidem facit. Sanguinem excreantibus, priusquam autor hic nobis uisus

fuit, administrauimus, uidimusque ea herba rem certissimam. Quare san-

guinariam ab Italib⁹ & illam suspicor esse dictam. ut Arnoglossa adstrin-

gendi & refrigerandi uim habet, quam Arnoglossam similiter Sanguina-

riam audiuī nuncupatam. Ego Polygonon interpretor Weggras/oder Weg-

batt. quod Weggras, descrip. Plini⁹ atq; Dioscor. pulchre quadret. Legatur

ergo Dioscorides libro. 2. cap. 22. Plinius libro. 27. capite. 12. Medici no-

stri gramen hoc Centumodiā uocant: nec hoc mihi nomen displicuit us

quam. Sunt qui Wegdrift Gramen uerum adpellant; sed falso, nam de uero

Gramine supra monuimus. Quis non uidet, rebus manentibus, nomina

mutari, penecque in omnibus esse confusa? Hinc est, quod medicina tam sae-

pe Plinio teste mutata & alterata fuit. Porro autorum Sanguinariam Po-

lygonon, uel Weggras credo esse. Quod Celsus. lib. 2. capite. 32. Sanguina-

lem interpretatur, Apuleius & Plinius Sanguinariam exponunt. Nescio

quantum a Virga Pastoris Auicennæ, de qua. 2 Canon. capite. 736. Poly-

gonon distet. Tu uide Serapionem .cap. de lapid. an sit Dimirision.

Rhaphani genus Dioscorides libro. 1. cap. 102. describens, duoq; ibi

dem genera, satium, & sylvestre ponit. Plinius libro. 19. cap. 5. tria gene-

ra, aliud crispum, aliud leue, & aliud campestre. Quod autem horum si-

gnificet Mōriettī, coniectura uerius quam indagatione doctorum nostro-

rum nunc deprehendere licet, tam periti scilicet, ut radicem a Rapa uix

deprehendant. Ego opinor hanc Radicem Plinianam, & Dioscoridis Ar-

moraciam, est enim hoc genus parvii seminis, & ut Plinius scribit, fronde

copiosius quam corpore. Tertium Plini⁹ Rhaphanum, quem Dioscoris

des. lib. 2. cap. 170. Apion uocat, nescio. Nostrī medici in suis compositio-

nibus Rhaphanum uocant Radiculam, Mōriettī, simpliciter Radicem: id

que faciunt autoritate Isidori. Tu palladium consule, qui ait, Armoraci-

am transferemus siccioribus locis ad culta. &c. Certum est, cæteros & co-

munes Rhaphanos semel translatos, non crescere. Mōrrettī quocun-

que locaueris transferendo, crescit.

Angelicam & Astranciam, ut ignotæ uoces, nullibi reperio: est tamen

utrisque calefaciendi facultas. Differt Astrancia ab Angelica, quantum Pi-

pera Gingibere. Nam Astrancia & gustu, & sapore calidior est Angelis-

ca. Nomenclaturam autorum ueterum de utroque non habeo. Caries, at-

que nostra negligentia nobis permulta abstulerunt. Non dubito ueteri-

bus utraq; suisse notissima, alijs tamen nominibus. Ita fit, ut durantibus

rebus, nomenclaturæ rerū ſēpe mutentur. Quod aperte in Brassica facili-

us videmus. Sit utcunq;, radices illæ humanis corporibus auxiliū præstant;

A

Bursa pasto-

ris:

Weggras.

B

Catq; Tyriaca. Est ergo cum primis Angelica radix cordialis, ueneneq; pellendi efficacissima. Quidam adpellant eam Herzwurzel Braunshweig. de Simplicibus nominat radicem Spiritus sancti.

Lolium, Vergili. Vitium est commune, siue sterilitas omnium frugum: quamuis Tritico solo Vergilium hoc loco dixisse auguror. Est in Tritico semen quod Bromos diciunt. Agricolae nostri illud, Dynkel appellant: quidam Sancti petri Boni, ego Lolium. Sunt apud nos qui genus hoc frumenti ad saginandos porcos seminant. Quid pluribus fruges omnes, omniamq; sativa, suo Lolio non carent. Rabus, aut Siligo suum habet Lolium, quod Siligini per omnia simile: excepto semine, qd tenuius atq; gracilis est. Ego συνέβαλοι illud uerius, quam semen dicere. Nostri hanc lne uocant, Dorts. Milium suo Lolio non caret, quod Miliariam Plinius adpellat libro uigesimo secundo, capite uigesimo quinto. Proinde Lolium & Zizania an idem sunt, uide. Certe Auicenna .2. Canone. cap. 756. de Zizania tantum scribit. Hoc loco prætereundum non est. Vidimus non semel, & Triticum, & Halicam sterilescere hoc pacto: e culmis surgebant spiculae nigre & combustæ absque ullo semine. Caussam tamen morbi nescientes: nisi quod intus calor quidam occlusus & suffocatus, tandem e uirute anni cogebantur exire de culmis. Atram atq; inutilem hanc spicam audiui Lolium dicere, sed nostri hanc sterilitatem uocant, Brandt.

D Alba ligustra, & Vacinia nigra, Maronis hoc carmen quomodo legant, aut quid in utroq; somniant, uel pueris notum est. Ligustrum Glod enblumen, & Vacinium nigrum Heydelbecker exponunt. Sic & archiater magus nuper mihi carmen hoc interpretatus est. Sed quid illa huc adfero somnia? Miserendum uenit super horum impudentiam, ne dicam ignorantiam, qui suas nugas pro uero magno aestimant atq; uendunt.

Ligustrum arbor est, siue frutex de quo Dioscorides libro primo, cap. 126. Germani habent illam, omnesq; fer Chirurgici uocant bono idiomate, Beynholslin/aliq; Barnigel, sed male. Sepes hunc florem in Maio, acinosq; nigros ut Sambucus tempore autumni præbent. Folia huius fruticis Persianæ similia, flore candido. &c. Quidam Medicorum fruticem hunc Præsionellam nominant. Lege caput Dioscor. & iudica, num uera sint quæ scribimus.

Vacinia flores sunt, & non Myrtilli. nam & Vergil. hoc loco de floribus agit, non autem de fructibus. Dioscorides noster florem hunc appellat grecè Hiacynthon. Quidam ex Metamor. Ouidij hunc florem dicunt Ritterspoen: an uerum sit nescio. Hiacynthum si noueris, mitte. De hachera ha Ritterspoen non nihil dubitamus.

Brassicæ species ex Plinio didici, quem & tu de Brassica legas monco ergo non est ut uel ego quicquam de notissimo omnium holere scribam. Vidimus Brassicæ genera tria, quæ ab hortulanis singula facile disces, idem tamen omnibus Brassicis nomen. Vnum suo idiomate imponunt, uocantque omnem Brassicam, Röslrant. Memini me semen ueteris Brassicæ

seminare ante annos quatuor: quo surgente, Rapæ prominebant. Recor datus sum postea uerborum Plini, qui ait, Ex semine ueteris Brassicæ, Ra pæ fiunt, lib. 19. cap. 10. Porro unum hoc ex te discere uolo, ueteres illi cu Cramben, Raphanū dici maluerunt: cum Brassica, quæ sit holus, a Rha phano, qui radix ^{aut dix πάσιον} discrepet. Quis ergo prudens, Radicem ullā caulis potuit adæquare?

Blitum quale holus sit, dubito. Iamdudum ego credidi holus nostrum hortense capitatum uocari Blitum, uulgo **Rappeskraut**: eius tamen nominis adhuc testimonio ueterum autorum careo: tu uide & iudica ex Di oscor, lib. 2. cap. 108. & Plinio lib. 20. cap. 22.

Betam esse duplē, candidam, & nigrā Diosc. lib. 2. cap. 112. & Plinius libro uigesimo, cap. 8. scribunt: hoc holus nostrates appellant, **Römisches Kräut**, alijs **Mangolt kräut**, alijs **Römisches Köl**. Eius holericis nos tria nouimus gñra hortensia, et sativa. Diosc. candidā non uidi, sed nigrā, uiridem, atq; plenē semiuiridem. Inter utramq; media est: an illa Dioscoridis candida sit, nescio: certe mea opinione cæteris uirtute præstantior. Tu uide.

Mangolt oēs Betā esse uolunt. Vide **Dioscoridē** lib. 2. cap. 112. Bonum caput purgium. nam succus holericis huius naribus instillatus, mītifice caput a phlegmate mundat: quod non ex **Dioscoride** tantum, sed experientia didicimus.

Locustam, siue pedem Locustæ herbam interpretantur eius nominis, B sed quæ tamen perspecta mihi non est, quod equidē memini. Sed & Re punculum, & Napunculū uocant uulgo, folio angusto, desinente in mu crone, caulinis uertice torulos habentibus, ut in Asparago, & salictario Lupo cernitur. Ex quibus minores alijs alterno semper inguine profiliunt. Radicula uel diuitum, lautorumque mensis petita, Rapisti quidem sapore, non tamen ad ructus illiberali, ac fatuus omnino gustus est: nisi qd cum **zeto** & sale non iniucundus est.

Semen ei tam exiguum, ut discerni fere aliter non pos sit quam grana Sabuli. Alijs pro Blito, aut ualde simili herba capiunt in Arabicis scriptori bus. Talem fere pingit in Corollario Barbar. Pandectarius holus la-

menum interpreta, siue

Coxilides. i. Sachili-

emene, sic em̄

duobus locis meminit: quibus tamen quid sit, ut

expers arabicæ linguæ plane non afflebor. Quā

quam tamen & Iameni alio loco interpre-

tatur pro herba Prouenca, si nō men-

dous est codex, uel herba Tre-

mula. Sed & haec quoq;

me fugiunt.

C



¶ Ex Marco Gatinaria.

¶ De TARAXACO quid sit.
NICOLAVS AVTOR EST, & E S T
mens D. Gentilis, quod Taraxacon est planta Leo-
nis, quæ facit florem citrinum. Est etiam una alia spez-
cies, quæ Cicerbita appellatur, & ut quidam uocant,
Aborsus porcinus.

Sonnen wür
bel.

Cichoreæ, &
dentis Leonis
differentia.

Etrursum, Cichoream, & Taraxacon multi pro-
codem accipiunt. Nicolaus tamen in aliquibus receptis ambo ponit. Ideo
uidetur differentia: & credunt illam esse ueram Cichoreā, quæ habet flo-
rem coelestinum: illam uero Taraxacon, quæ habet florem croceum, &
a uulgo dens Leonis uocatur.

¶ De I V A.

I V A est quædam herba, quæ secundum Simonem Ianuensem est
Chamæpytheos species, multumq; ualet in passionibus neruorum & scia-
tica. Mesue appellat eam Ziuiam, & a Nicolao exponitur quod est Iua,
etiam ab Anthonio Guanerio. Et ego expertus sum in quodam iuuenie-
reuerēdi domini prothonotarij de Scipione, ualet enim multum secundū
omnem modum administrationis eius.

¶ De E S V L A.

D Stebran, et Stestebran, & Alstebran communiter exponitur in Diosc.
a Simone Ianuense, quod est Esula: sed tamen non est uerum. Imo est Oz-
cimū garyophyllatū, ut patet per Gentilē prima tertij, capitulo illo, cum
materiā euacuare uolumus. &c. in fine: etiā in prima. & cap. de cura ethi-
ce: licet dicat, qd nō confidat. Et in Synonymis Auicennæ inuenit, Stebran
est species Ocymi. Etiam Mesue in quadā confectione cordiali, quam dis-
cit esse filij Zachariæ, dicit esse Ocimum garyophyllum. Etiam mihi
uidetur, quod sit Basilicon. Esula enī est uenenosa. Licet ad hoc pos-
sit dici, sicut scis, quod multis modis aliquid dicit cordiale: ut habes apud
Auicennā alibi de uiribus cordis. Sed errat hic plane Ianuensis in illa col-
lectione, & male improbat illos autores. Nam autoritas eorum maxima.
Veritas est ergo, quod Esula est Stebran, quæ est species Lacticinij, sicut
dicit Ianuensis. Sed illud quod est species Ocimi est Stestebran, ut patet
in Synonymis Auicennæ. Et in hoc aduerte, quod aliquando inuenies
Stebran, ubi debet esse Stestebrā, & econtra: & hoc est uitio scriptoris.

JACOB. DE MANLIIS.

IOANNIS JACOBI DE MANLIIS A

Alexandrini, difficiliorum Herbarum explanatio,
de quibus hodie est controversia: idq; se-
cundum ritum & sententiam
Officinarum.

De ASSARO.

ASSARVS. i. Assara barbara, quæ multi Garyophyllatæ
agrestem uocant. De Asaro per simplex. S. scripto, uide Dioscor.
Est enim alia herba, quæ a multis uulgaris sermœ Prouincula nun-
cupatur.

De SECACUL.

Secacul, est Sigillum sanctæ Matris, & non Iringus, ut quidam herbolarij volunt. Quare Se-
cione aliud capitulum facit de Secacul, aliud de Iringo. Præterea uide Serapionem, in septimo
cap. de conditis: qui inquit. Secacul, est radix sicut Zinziber, & asportatur ex India, & sit ex ea
in Gibo dum est recens. Et sic est secundū ueritatem, quod Secacul secundum modernos, habet
similitudinem Zinziberis, & hec est quæ nostro idiomate uulgariter Zonogello uocatur, in par-
tibus nostris, & in multa quantitate reperitur.

Sigillum
S. Matris

De RHAPHANO.

Raphanus. f. Radix domestici. Circa instans ait, est herba cuius radix simili nomine appelle-
tur, & per annum seruatæ radix competit usui medicinae. Quidam de novo scribens, iniitu-
latus, Lumen apothecariorū, expoñit, quod per radices Raphani intelliguntur sylvestris. Sed
non est uera expositio. Quia regula est apud nobiles apothecarios, quod quando legitur Rha-
phanus, semper de usuali intelligendum est.

De DRACONTO.

Luff planum. i. Dragonea. Mesue in capitulo de Luff dicit, quod est Serpentaria: & est plan-
ta, quæ dicitur Collum draconis: & ex ea est alia plana habens folia: alia crista. Et melior toti-
us plantæ pars est radix. Circa instans ait. Serpentaria, Colubrina, Dragonea, Cocodrylla, est una
herba. Ideo sic dicta, quia maculas habet distinctas sicut serpens: uel quia uenenum fugat serpen-
tis. Est etiam eius species quæ uocatur larus.

De ERVCA.

Eruca secundum Matthæum syluaticum, sunt duæ species, domestica, & sylvestris: & am-
bæ sunt omnibus notæ. Domestica minoris est efficacie quam sylvestris. Vnde medicinæ conve-
niunt semina sicut folia. Secundum uero Circa instans est contrariū. Quia Eruca domestica me-
noris est efficacie.

De LINGVAVIS.

Lingua auis est semen Fraxini. Christophorus de Honestis exponit, quod est Deliagrestis;
Quod ignoro quid sit. Antonius Guanerius, & omnes alij moderni exponunt, quod est se-
men Fraxini. Sed Circa instans dicit, quod est herba satis communis, quæ folia habet parua, &
cuta, & similia linguae auis, uiridis, multæ efficacie: & per id credo, quod ignorauit eam.

De SCARIOLA.

Scariola secundum Serapionem ex autoritate Diosco. de Endiuia, habet duas species. Unâ
est ex ea domestica, & est Scariola. Secundum uero Simonem Ianuensem est uelut lactuca a-
grestis. Secundū Circa instans, Endiuia est Scariola. Moderni uero distinguunt species Scario-
la, Endiuig, & Cichoreg per alia nomina; tamen unâ pro alia sâpe ponit. In bladis autem Scario-
la reperitur.

De GARYOPHYLLIS.

Sunt quidam flores in aliquibus partibus Italie, qui Garyophylli uocantur, eo quod odo-
rem garyophyllorum quæ in officinis habentur, spirent. Quorum alij sunt coloris albi. Alij ue-
ro rubri: & isti apud Lombardos reperiuntur, in magna quantitate, & maxime apud nobiles
uirios. De nomine suo apud autores non reperi. Sed uidi depictum in libro qui dicitur, Manfre-
dus de monte imperiali, & ipse uocat Tunici. Reperiuit etiam herba, quæ dicitur Filius ante pa-
trium, sive Oculus Christi, uel oculus Consulis, ut uolunt herbarij. Forma uero ipsius reperiuit
apud Matthæum syluaticum. Et hæc herba apud nos nascitur in pratis.

Grassblüm/
oder Viegels
blumen.

Vide Coroll;
Barb. d. 779;

EXPLANATIONES HERB.

C

Verba P A N D E C T A R I I nunc citati.

Filius ante patrem latine, Arabice Tariff, græce Garyophyllum. Plinius. Estherba faciens florem sicut buphtalmos; sed ramus post natus excedit longitudine ante natū, & ob hoc Filius ante patrem uocat. Et uocatur similiter oculus Christi. Auicenna in secundo dicit, quod est plāta quæ nascitur in uere: & nos eius similius est Croco hortulano.

De CALAMENTO FLUVIALI.

Quidam Herbarius dicebat, quod Calamentum fluuale, est Menta aquatica. Quod non est. Vide Nicosium, qui exponit, quod Calamentum fluuale est Mentastrum. Et similiter ait Petrus de Crescentijs.

De CALAMENTO MONTANO.

Calamentum montanum est Nepera, siue Gattaria. Quidam dicunt, quod est Origanum: Alij Pulegium. Quod non est. Sed secundum ueritatem, uerum Calamentum montanum est Gattaria, uel Nepeta: sic dicta Gattaria, quia Gattæ libenter eam comedunt.

De SILERE MONTANO.

Sifelios, uel Siler, uel Platocyminum: & est Siler montanum.

De ACETOSA.

Acetosa secundum Auicennæ alia est domestica, alia sylvestris. Dioscor. uero eam uocat Lapatum, & illius ponit quatuor genera. Vnum quod manducatur. Et illud est quo nos utimur. Et est alterum quod nos dicimus Oxylapathium, i.e. acutum Lapatum. Et hoc est satis notum.

De LEPIDIO, & SEITARAGI.

D Seitaragi, est genus Erucae. Auicenna in secundo canonis ait. Seitaragi ille qui est Indus, habet ligna parua; subtilia, & cortices sicut Garyophylli. Nec per id agnouit quid sit. Galenus autem in septimo simpliciū uocat Lepidium; & ille dicit, quod est genus Erucae. Et sic est. Quid autem sit communiter, ignoratur. Etiam Dioscor. uocat Lepidium. Et qui mihi non credit, qd Lepidium sit Seitaragi, legat cap. de Lepidio apud Diosc. cum capitulo de Seitarago apud Serapionem: & uidebit, quod idem est. Simon uero Ianuensis in capitulo de Hiberida cum h. a principio, describit de forma hac. Hiberidos, quod est uerum Seitaragi. In fine capituli ipse inquit. Haec uidetur quam Nasturtium agreste uocamus. In capitulo uero Iberidis per i. a principio inquit. Seitaragi ex autoritate Pauli, in capitulo de Sciatica inquit. Iberidos, quā Lepidū, aīj. Agricardamon appellant, quidam uocant ipsum Tapism Indam. Tu uero vide certitudinem huius plantæ, quod uerum Seitaragi secundum Paulum, est Nasturtium agreste. Et Nasturtium agreste, est Nasturtium aquaticum: secundum Circa instans, est Senation: & Senation secundum Dioco. est illa herba, quam Lombardi uulgo Crison uocant. Et sic sine dubio Seitaragi est species Nasturtij. Quia Serapion in suo capitulo dicit, ex autoritate Galeni, uirtus eius, & sapor, & odor, sunt similia uirtuti, sapor, & odori Nasturtij. Et sic loco Seitaragi, potest ponere Nasturtij, quod est species eius.

De ORIGANO PERSICO.

Origanum persicum non reperit ab autoribus, quare ita appelletur. Moderni uero per O- riganum, accipiunt quandam herbam, quam Lombardi uulgo Cornabobin uocant. Circa instans ait. Origanum, i.e. Golena. Serapion describit multas eius species, & secundum illum ponitur Diphamus interspecies Origani.

De AMEOS.

Ameos est semen noti omnibus. Sed nota, quod meo tempore uidi multos herbarios uenire Ameos apothecariis indectis pro Apio, & generaliter ultra Padum, apud ciuitatem Papensem. Utuntur in coniuujs folijs Ameos pro folijs Apij.

De TUDERI.

Tuderis secundum Auicennam ex autoritate Dioscor. est herba habens folia similia Prassio, & radicem quadratam: & eius radix mensurâ habet medi cubiti, & habet capita in quibus sunt semina longa, nigra, & est haec usitata. Tuderis uero sylvestris, semen est rotundum. Auicenna in secundo Canonis declarat formam Tuderi, ex autoritate Dioscor. sed non reperitur sub illo nomine. Quia a Dioscor. uocatur Orminum. Et latine, Emola, uel Aurigalis, uel Reicialis. Et resupinuntur ex eis duplices. Vnus cum flore rubeo, & alter cum flore albo. Ambæ apud nos nascuntur in tectis, ac parietibus, et iuxta hortos abundantanter inueniuntur.

De DAVCO.

Daucus est semen Bauciæ sylvestris,

De M E V.

Dicitur quod est frustum diuersæ figuræ, in colore agarici. Sed Dioscorides uocat Anemum sylvestre.

De R V B E A T I N C T O R V M.

Rubea dicta sic est, quod radix eius est rubea. Sed Christophorus de honesti putauit, sed non recte, quod Diacurcumma efficiatur in colore Curcumæ, propter Rubeam tinctorum.

D E E V P A T O R I O.

Eupatorium secundum Serapionem est Gasit. Non est ergo pulicaria, ut dicunt quidam. In ista planta Auicenna & Mesue sunt differentes. Nam Mesue dicit, quod illius flos est fatus. Ait, flos eius est sicut Nelufar: igitur non concordant.

De S C O R D E O.

Scordeum, Auicenna & Serapiori dicunt esse allium agreste.

De A C O R O.

Acorus est quæ uocatur Gladiolus.

De F V.

Fu, id est, Valeriana, uel Potentilla, uel Amantilla, secundum Diosc. Multi appellant Nar-dum agrestem, Circa instans dicit. Fu intelligitur radix, & sic est. Et multi uulgares uocant eam herbam Benedictam.

D E H e r b a A D H I L.

Ioannes Anglicus dicit, quod est herba lupi, interficiens eum, & est Satyripon. Secundum aliquos est herba Eufragia. Verum meo iudicio Adhil magis debet dici Eufragia.

D E A R O.

Aron ipsa est quæ uocatur Pes Vituli, species Dragontex, uel Dragontea minor, uel Serpentaria minor.

D E M E Z E R E O N.

Mezereon, i. semen Allij, quod appellatur Coccum gnidium. Dioscor. in capitulo de Chamælea, i. Mezereon dicit. Chamælea, aut Coccognidion, non est semen Laureolæ, ut dicit Circainstans, in capitulo de Laureola. Serapion in capitulo de Lauræola, loquitur in capitulo de Lauro. Alexander in cap. de hydropisi inquit. Chamælea, unde Coccognidum colligitur & est Lacticinium, folia Oliuæ habens. & sic est: & propter hoc apud multos herbarios uocatur herba Oliuella, propter similitudinem foliorum ipsius.

D E S C A M M O N E A.

Est solutiu[m] magnu[m], & est species Volvulus, generis lacticiniorum. Laudatur tamen Antiochena, & Armena.

D E C H A M A E D R Y.

Quercus terræ, Quercula minor, Calamandrina.

D E L V P V L O.

Lupulus est species Volubilis.

D E C a p i l l o V E N E R I S.

Capillus Veneris, est id quod uocatur alias, Coriandrum putei, Capillus Algal, Capillus Porcini, Capillus fontium, Capillus hominis nemoralis.

D E S O L A T R O.

Solatrum uocant Vuam vulpis, uel Vuam caninam. Et sunt eius quatuor species. Prima Solatri species hortulanæ: & haec apud nos uocatur herba Morela. Alia est species Alkakengi, dicta Cacabum uel Flascho a uulgo. Tertia est Caballaris, a latini Lunaria: & ista est Faba inuersa. Quarta est Manicon, aut Pericon.

D E C V S C V T A.

Cuscuta, est podagra lini, eo quod linum necat. Serapion dicit, quod est herba inuoluens se, sicut filia; sed in summitatibus habet fructum subtilem: & ipsa crescit in arboribus, & in uinetis. Vocatur etiam Gringus.

D E P S I L L I O.

Psilium dictum est, eo quod semen eius pulicibus assimilatur, unde etiam latini Pulicare.

EXPLANATIONES HERB.

C uocatur. A nostris rusticis uocatur Linoxella: & in bladis reperitur.

D E P O L Y P O D I O.

Polypodium quercinum, ipsum est quod alij uocant Liquiritiam sylvestrem.

D E A F F O D I L L O.

Affodillus secundum Diosco. est herba omnibus nota, folia habens sicut Porrum, uirgam leuem: quam multi Ablutium, id est, Aleta dicunt. Secundum Circa instans, Affodillus est quemdam herba, quae uocatur Centum capita. Sed hoc est falsum. Melius uocatur herba Portaria.

D E S A X I F R A G I A.

Saxifraga tres habet species. Quarum una haber folia similia Pimpinelle, sed maiora: & haec est nos. Minor uero dicitur, quod est Oculus Christi, & sic est. Oculus Christi, uel Oculus con sulis, secundum Matthæum, est Filius ante patrem. Medici dicunt, quod est Tetrait, id est, herba Iudaica.

D E I R I N G O.

Iringus, aut Iringion, aut nux agrestis, ut dicit Dioscor. ab alijs Cardopanis dicitur: & est species Centumcapitū, ut appareat apud Serapionē. Etiam ipse Serapion ait. Ascaracon, id est, Centumcapita, est coelestis coloris, inferius dicitur Iringi. Sed Centumcapita alba, est species spinosa. Et sic est. Et non est Secacul, sicut quidam falso opinantur. Iringus autem est planta spinosa, que in uis ac pratis nascitur.

D E P E V C E D A N O.

Peucedanum secundum Matthæum sylvaticum est Cauda porcina. Sed Cauda porcina secundum Simonem uocatur Milium solis.

D E V I N C E T O X I C O.

Vincetoxicum, est quædam planta quæ multum iuxta Helleborum inuenitur, quare putatur sibi contraria: appellatur autem Vincetoxicum, eo quod contra toxicum est: cuius radix usui medicinæ conuenit. Nicolaus lib. 7. capitulo de Antrace dicit, quod est Consolida minor: & a nobis uocatur herba Morella, uel herba uenti, uel herba S. Laurentij. Nec per id Nicholus cognovit ipsum.

D E H E R B A S Y R I A C A.

Herba Syriaca ipsa est malua. Sed ros Syriacus, est Sumach.

D E B A L S A M I T A.

Balsamita secundum Compositorem, est Menta aquatica, quæ alio nomine Sisymbrium appellatur. Sed Balsamita est menta, quæ odorem balsami habet: & est herba, quæ apud nos circa aquas inuenitur.

D E S A M S U C H O.

Samsuchus, a Siculis Amaracus nominatur. Non apud eundem Centaurea minor. Quod falsum est. Nam Amaracus, si est Samsuchus, non est Centaurea. Præterea secundum modernorum opinionem, generaliter tenetur, quod Amaracus sit Alacoen alba. Ergo Amaracus est Matricaria quæ apud Auicennam. 12. canonis uocatur Vehuen: & est herba quæ apud Lombardos, Crispia uocatur, uel Crispula. Sed Samsuchus est uera Majorana.

D E S A N G V I N A R I A.

Sanguinaria apud modernos est Bursa pastoris, quæ mirabiliter ualeat contra fluxum sanguinis. Inuenit & alia Sanguinaria, quæ uocatur Corrigiola, seu Virga pastoris. Sed Ioannes Anglicus, per Sanguinariam intelligit Bursam pastoris. Apud Lombardos uocat herba Gugarolla.

D E M A T R I C A R I A.

Matricaria, in secundo Auicennæ uocatur Vehuen, & est species Artemisia: & est illa, quæ a Lombardis Crispula uocatur.

D E A N A G A L L I D E.

Anagallidis sunt duæ species: Nam una habet florem coelestem. Alia, cuius flos daicylico forem habet, uel secundum Serapionem rubeum. Nascitur in pratis. Ambæ habent semerofundum, simile semini Coriætri. Quidam dixerunt, quod sit Cichorea. Quod non est. Alij, quod Majorana: quod etiam non est. Alij, quod Auricula muris: quod non est. Vocatur Anagallis alio nomine Mergelliam, uel Morsus gallinæ.

D E C O N S O L I D I S.

Consolida major uocat Symphitum apud Dioscor. Nasciturq; circa aquas. Minor est her-

JACOBI DE MANTLIIS.

73

basimilis Artericæ, nasciturq; in pratis ac ujs, purpureis floribus. Consolida media pascis est A cognita,

De GALLITRICO.

Gallitrichum, uel Centrum galli, est herba quam multi rustici uocant Bezomo. Vnum natum in hortis, & comeditur inter olera. Alterū uocatur uulgariter Scarfeazaz: & nascit in pratis.

De SANAMVNDIA.

Sanamunda, non est Pes leporinus, ut quidam putauerunt, sed Garyophyllata, similis Agromoniae, cuius radix odorem habet Garyophylli.

De SOLSEQVIO.

Solsequium secundum Simonem Ianuensem a multis uocatur Intuba: ergo est Endiuia. Nam Intuba est nomen græci, sed a latinis Endiuia nuncupatur. Circa instans ait. Sponsa solis, Heliotropia, Intuba, Cichorea, Dionisia, Solsequium idem sunt. Matthæus sylvaticus dicit, qd Cichorea est Solsequium, uel Sponsa solis. Et Nicolaus dicit, quod Solsequium est Mirafol, Sponsa solis, uel Cichorea. Sed hic textus Nicolai non uidetur sonare bene: quia Mirasol non est Cichorea, sed Pentadactylos, Iohannes uero Anglicus Calendularum, uel Premulam ueris uocat Solsequium.

De CAPRIFOLIO.

Caprifolium est Matersylua, & apud Dioscor, Periclymenon.

De Herba s. CHRISTOPHORI.

Herba s. Christophori est Filius ante patrem, Mergenblumlin / Mergenblölin.

De MILLEFOLIO.

Millefolium, est herba quæ omnibus nota est. Diosc, Miriophyllos, siue ut latini Millefolii, id est, supercilium Veneris uocant.

DE SPARGVLA.

Spargula, secundum Compositorem est Rubea tinctorum minor. Et sic hodie habetur Gen tis opinio. Dioscor, uocat Rubeam, & inquit Rubea, quam alij Trithrodanum, latini uero Rubricam dicunt. Herba est omnibus nota. Eius species sunt duæ. Una agrestis. Alia quæ appellatur Sparthos, ramulos, siue tirsos habens tenues, & quasi nodosa folia, per interualla distan tia, atq; per singulas enodationes ueluti stellarum imaginem mentientia. Fructus, siue semen rotundum est, & uiride: dehinc rubrum, aut circa maturitatem nigrum. Radicem habet tenuem, paruam, & rubicundam: & hec est forma Rubeæ tinctorii. Si autem habere non poteris minorē, pos nas maiorem. Minor uero non est illa herba, quæ nostri rustici Rasparellam dicunt, sed est aliud.

DE Herba VENTI.

Herba Venti, s. herba Venti major: & est Paritaria. Eius species duæ sunt, s. maior, & minor. Major uero est Paritaria, siue Vitriola, siue Alefenem, ut apud Dioscor. siue herba Vitri, ut apud Auic. Idem Circa instans ait. Paritaria herba est quæ alio nomine dicitur Vitriola. Quia omnipotime uasa mundificat. Haec apud nos in muris nascitur, & dicitur a uulgo Veraxium, Minor uero est Consolida minor, habens florem sicut Arterica; sed sunt purpurea. Et dicunt sapientes, quod utræq; in unguento disponantur.

DE AGRIMONIA.

Agrimonia herba est satis nota, apud nos in pratis reperitur. Dioscor. autem inquit. Agrimonia herba omnibus nota, quæ Ferraria minor dicitur. Nascitur in campis, uel circa sepes. Cuius radix græco nomine Eupatorium dicitur; eo quod diuretica sit uide apud modernos. Eupatorium est aliud. Gal. in lib. ad Paternionem de Agrimonie, & Eupatorio in uno cap, loquuntur: in fine uero ait. Huius igitur radicem græci Eupatorium dicunt.

DE HERBA PARALYSI.

Herba Paralysis secundum Compositorem, est herba sancti Petri, siue ut alij Premula uestris. Eius species sunt duæ, s. maior, & minor. Maior uero est herba sancti Petri, quæ in hortis nascitur, cum folijs uiridibus, parum incisis: haec nota est omnibus. Minor est illa quam hodie generaliter herba Margarita dicimus: cuius flos similis Chamomille est. Huius in pratis plurimum est.

De CICHOERA.

Cichorea secundum quosdā, est Intuba. Alij Solsequium. Alij Sponsa solis uocat. Columella in lib. de cultu hortorū ait. Cichorea teneris frondes lactucula fibris, Pli. ait. Intubum erraticum, apud nos qdā Ambula dicunt. In Aegypto Cichorii uocat. &c. Cichorea uero secdm Compositore, est Rostrum porcinum, & est herba cuius flos est coelestis. Et sic est secdm ueritatem, quod uera

EXPLANATIONES HERB.

C Cichorea, secundum sententiam modernorum habet flores azurinos; & est species Endiuia.
D E B A C T I S O S E R E.
Bactisosere, apud nostros autores non reperio aliquem de ipso loqui. Secundum intentionem Compositoris, est quædam herba cuius flos est coelestis; & eius semen est ut semen Scariola agrestis. Quid autem sit, communiter ignoratur. Sed secundum plures est illa herba, quæ in bladis reperitur.

D E I V A.

Iua est uera Chamæpytheos, & nō est Chamædryos, ut quidā crediderunt. Generaliter tamen tenetur, quod Iua non sit Chamæpytheos. Sed errant, nam ego uidi apud multis apothecarios in faceulis Chamæpytheos, de quo loquuntur nostri autores, sed loco Chamæpytheos habent Chamædryos. Vnde per hoc, dico si asperges illam Iuam, qua moderni utuntur, pro Iua mutata, uidebis, quod & in forma & in reliquis est uerum Chamæpytheos.

D E S E R P I O L O.

Serpillū secundum Plin. a serpendo putant dictū, quod in sylvestri euenit, in petris maxime. Satium nō serpit, sed ad palmi altitudinem crescit. Dioseor. Serpillum, siue ut alii, Herpillum, latini Cicer erraticum uocant. &c. Folia & flores secundum Circa instans medicinæ compentes.

D E C O R R I G I O L A.

Corrigiola, i. Polygonia, siue Centumnodia, siue Virga Pastoris. Diosc. uocat ipsam Polygonos masculum: & ibi etiam describit aliam, quæ dicitur Polygonos foemina. Petrus de Crescentijs inquit. Virga Pastoris est Cardus sylvestris. Ille textus non uidetur bene sonare. Nam Virga Pastoris nō est Cardus, ut ipse & alii dicunt. Nam si legis capitulum de Polygono apud Dioscor. cum cap. de Virga Pastoris apud Serap. & Auic. uidebis, quod idem est. Et idem lo. Serap. in ea. de Lapide, uocat ipsam Dimirision. Et hęc herba in uis multum reperitur. Matthæus sylvaticus, in capitulo de Dipsaco, i. Cárdo fullonum dicit, quod est Virga Pastoris. Sed nō recte. Quidam uocant Corrigiolam Sanguinariam: sed secundum aliquos Sanguinaria est illa.

D herba, quam hodie Bursam Pastoris uocamus, siue a vulgo, herba Gugiarolla.

D E E N D I V I A.

Endiuia, nomen latinum est, post græcum Intuba. Arabes etiam post græcum, Hundebedunt. In hac uero nolo ostendere omnes species Cichoreæ, uel Endiuæ, uel Scariolæ; sed primo uolo ostendere illas species, de quibus ipse Nicholus in proprio libro loquitur. Nam in cap. de debilitate Epatis, sic ait. Dixit Auic. Taraxacon, quam gentilis dicit esse Cicerbitam, siue Rostrum Porcinum. Et Guilielmus dixit ipsam esse Cichream. Et est illa species, quæ a multis uocatur planta Leonis. Hic textus Nicholi, uidetur corruptus. Nam ipse Nicholus debebat dicere, quod Dens leonis, quæ est species Cichoreæ, & non plantæ leonis, quæ est herba dicta Flaura, uel maura, quæ odorem Asphalti habet. Et hęc est species Trifoliij: quod est consonum. Idem in capitulo de opilatione Epatis dicit. Taraxacon, est species Sponſe solis. Et inferius in eodem cap. inquit. Rostrum Porcinum est Cicerbita. &c. Habita opinione Nicholi, sequitur opinio Ioannis Anglici, quæ est, quod Altaraxacon est Rostrum porcinum, uel Cichorea. Idem sentit in capitulo de fistula.

D E E N D I V I A domesticæ.

Endiuia domesticæ, id est, usualis, est herba satis nota. Sylvestris uero potest dici, qd sit Cirspinus herba. Cichorea uero secundum sententiam modernorum, habet flores azurinos, uertentes seipso ad solem: quare sponſam solis, & solsequium uocauerunt. De qua Circa instans ait. Sponſa solis, est Cichorea, uel Intuba, uel Solsequium. Hęc etiam est satis nota. Serap. in ea. de Endiuia, inquit, Hundebē sunt species. Nam ex ea domesticæ, & est Scariola. Et est ex eis sylvestris, quæ est Taraxacon. Et est tertia species quæ dicitur Candarel, & est Amiron. Etiam secundum Circa instans, & Petru de Crescentijs, Endiuia est Scariola. Galenus in octauo simplicium dicit. Seris. i. Endiuig.

D E C O N D R Y L L A.

Condrylla est species Cichoreæ, uel Lactucæ. Auic. in secundo canonis, in cap. de Endiuia, ait, quod est ex ea sylvestris, & hotulana duarum specierum. Magis iuatiua ex eis Epatis, est illa, quæ est magis amara. Ego credo, quod sit Cichorea. Idem aliud cap. facit de Taraxaco, & dicit, quod est species Endiuig. Et ista nota est.

De SCARIOLA.

A.

Scariola uero secundum Simonem Iauensem, est uelut Lactuca agrestis, nisi quia in dorso costarum habet spinas paruas. Sed Matthaeus syluaticus, & Isidorus uolunt, quod Lactuca agre-
sus sit Scariola: ut dictum fuit. Etiam hic dicam uerba Isidori, quæ in capitulo de oleribus dicit.
Lactuca agrestis, est quam Sarralias nominatur, eo quod dorsum eius in modum ferræ est. Si
monius hanc errat. Nam in cap. de Scariola dicit, quod ipsa est uelut Lactuca agrestis. Et in cap. de Sar-
ralias inquit, ex autoritate Isidori, quod Sarralia est Lactuca agrestis. Et in fine dicit, quod est Sca-
riola; & sic uolunt multi moderni.

De CICERBITA.

Cicerbita uero sicut dicit Nicholus, est Rostrum Porcinum. Secundum Buliel est Cichorea.
Est herba, cuius flos est coelestis. Etiam reperiuntur duæ aliae species, quæ florem coelestem ha-
bent: & omnes in bladis reperiuntur. Et si bene consideretur, uidebis quod species Endiuia, uel
Cichoreæ sunt septem: & sunt istæ uidelicet, Endiuia domestica, i. usualis. Cichorea, quæ ab o-
mnibus nota est. Rostrum Porcinum: & Dens leoninus: differunt parum inter se, secundum mo-
dernorum opinionem: in pratis reperiuntur cum flore croceo, nisi solum in folijs differunt. Post
maturationem florum producunt: quandam lanuginem albam, quæ cum tangitur, euolat. Et
alia est dicta Crispinus a uulgo: & hæc apud quosdam est Lactuca asini. Quod non credo, sicut
pater, si legis capitulū de Anchusa apud Dioscor. uidebis, quod cum cap. de Crispino, non con-
uenit. Et est alia species quæ dicitur Cicoriastrum: ut est Scariola, quæ in bladis reperitur. Et o-
mnies istæ species, uocantur Endiuia, uel Cichorea, uel Scariola. Et hæc notæ sunt apud sapientes.

Septem speci-
es Endiuia.

De MELISSA.

Melissa secundum modernorum sententiam, est Ozymum citratum: cuius folia odorem Ci-
tilhabent, & Citraria dicitur.

De PERSICARIA.

Persicaria, i. herba sanctæ Mariæ. Et est herba quæ habet folia similia Persicis, signata: apud, B
nos iuxta hortos reperitur. Existimant quidam, quod hæc sit Zinziber caninum, ut uidetur sen-
tire Auicenna in secundo canon. Etiam purauerunt quidam, quod ipsa sit Piper aquæ.

De PERFORATA.

Perforata, i. herba sancti Ioannis, siue Fuga dæmonum, siue Hypericon. Et dicitur Perforata,
quæ folia eius habent foramina parua. In locis domesticis reperitur. Auerrois in quinto Collig-
get ait. Eusebicon, i. Hypericon nelisfricon. Et quidam appellant hanc herbæ Cordialē, eo quod
assimilatur cordi.

De MATRICARIA.

Matricaria, est Artemisia. Et est illa, quæ Diosco. uocat Leptaphyllum. Sed Auic. in secundo
Can. uocat ipsam V chuen. Aliquando Auen. Et hæc est quam Lombardi Crispulā dicunt.

De MATRICARIA minore.

Matricaria minor, secundum plurimum est secunda species Artemisiæ, Dioscor. formam ipsius
describit. Et hæc est illa, quam hodie Tanacetum, siue Daneta uocant.

De SCABIOSA.

Scabiosa, est herba satis nota. Sed miror, quod nostri autores de ipsa non loquuntur. Ta-
men secundum intentionem Mathæi syluatici dicit Scabiosa latine, quæ græce stibes, uel sti-
beos. Et ibi loquitur de Scabiosa ex autoritate Dioscor. sub litera Scabiosa, quod non reperitur.
Vtrum est, quod Dioscor. ca. unum facit de stibeos. Sed ignoro quod illud sit de Scabiosa.

De BETONICA.

Betonica, est herba satis nota. Dioscor. uocat ipsam Betonicam. Serap. in cap. de Betonica
dicit, plurimum quod ex ea administratur, sunt folia. Galenus in septimo Simplicium dicit. Ce-
frum latine, dictum Betonica. Macer ait. Betonicam soliti sunt Cestron dicere græci. Plinius.
Vettones in Hispania, eam quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serrula, a græcis
Cestron dicitur. Auerrois in quinto Colliget ait. Alchisom quæ in Latio dicitur Betonica & in
Persica lingua Berahuem.

De FRAGARIA.

Fragaria, herba est ferens fraga. Et granum ipsum secundum Matth. syluaticum, est granum

Cacetosum, eius prata similis Pentaphyllo. Quapropter Plin. in cap. de Quinqs solio dicit, quinqs solium fraga gignere, non quod illud sit Quinqs solium, quo nos utimur in medicinis, sed ad eius similitudinem. s. a numero soliorum, Quinqs solium appellauit. Apud nos uero Fraga sunt fructus, qui quando maturescunt, rubicundi efficiuntur, & satis noti sunt.

De E V F B A G I A.

Eufragia, herba quae in pratis, ac alibi inuenitur. Et secundum Matthem sylvaticum, est herba Adhil. Et laudat ipsam. Quia medetur aegritudinibus oculorum.

De C A P I L L O V E N E R I S.

Capilli Veneris species tres.

Capillus Veneris apud Auicennā in secundo Canon. uocatur Bescegnascen. Et dicit, quod est Corandrum putei. Et perfice est Bescegnascen. Et syriace, est Capillus porcinus. Etarabice, est Capillus algul. Isidorus dicit. Capillum Veneris uocatum, siue quod elepos postalopitis capillos recreat: uel quod capillorum fluores cōerceat: uel quod sit uirgulis nigris, leibus, cum splendore, quasi capilli. Eius species secundum modernorum opinionem sunt tres, scilicet capillus Veneris, qui satis est notus. Polytrichum, quod loba est, que in pureis reperitur. Et Adianthon, quod similitudinem habet Capillorum Veneris. Et hæc iuxta fossas reperitur. Et istæ tres species, in uirtute differunt parum ab inuicem.

De B E R B E R I.

Berberis apud Auicen, in secundo Can. nominantur Ambiberberis, & apud Dioscor. uerat Oxyacanthos. i. spina acuta. Et est arbor que in partibus nostris iuxta aquas nascit. Eius fructus exprimit, & flex eo uinū: quod apud herbaticos dicit uinū de Crispino. Etiam apud modernos ex succo ipsius fit liciū. Et secundum multos, hec est arbor malii granati sylvestris, que a Serap. Darfisaham uocatur. Sapientes habent hoc pro secreto.

De C I T R U L L I S.

Citrullus est Cucumer: cuius forma longior & maior est nostro. Etsunt, quilibet eius prout semina Cucumeris usualis.

De A B S Y N T H I O.

DAbsynthium, secundum Dioscor. est notum. Cuius probabilitus est Ponticū, & Cappadocium, nascens in montibus: unde nomen accipit a terra. Infra habentur duæ species. Plin. dicit. Plura sunt eius genera. Sandonicum appellatur a ciuitate Galliae. Ponticum de Ponto, i. ubi pecora illo pinguescant, & ob id sine felle periuntur. Nec aliud præstantius, multum Italicu[m] amarus: sed medulla Pontici dulcis. Sed illud Absynthium quod hic intendimus, est Absynthium Ponticum, uel Romanum, uel comune, quod satis est notum.

De P E D E C O L V M B I N O.

Pes uero columbinus, secundum Serap. est Amomum. Secundum uero modernorum opinionem, est herba habens folia rotunda, parua, diuina in magnis & paruis incisuris, stipites ipsius sunt subtilis coloris, subrubei, habentes nodos raros, in quibus sunt duplicita folia, & semina unius ac pratis. Auerrois, in quinto Coll. dicit. Pes columbinus est quatuor specierum, & parvus diversificantur alia ab alia.

De A N D A C H O C H E.

Andachoche, uel Andachocha, ut apud Auic. & Serap. est Trifoliū: cuius alia est sylvestris, & alia domestica: & alia est aegyptiaca, & sit ex semine eius panis.

De A R I S T O L O C H I A.

Aristolochia rotunda dicitur, quod radicem rotundam habeat. Isidorus inquit. Aristolochia dicitur, quod optima sit. Nam superflua post partum, matricem beneficio vaporis expurgat. Etsunt duæ species. Una est rotunda dicta, propter quod rotunda radicem habeat. Altera longa: quia longam radicem habeat. Diosc. habet tertiam speciem que dicitur Dermaticis.

De A G N O C A S T O.

Agnus castus, secundum Serap. ex autoritate Diocor. Sunt ei duæ species. Dicitur castus, eo quod religiosi sternunt hanc plantam sub lectis ad refrenandam libidinem. Et nominatur ligos propter duriciem uirgarum eius. Et est planta in magnitudine arborum. Nascitur prope aquas & in locis auestribus. Gal. ait. Id quod administratur ex hac arbore in medicina, sunt folia. Et semen est factum ad modum piperis. Et propter id uocatur Piperella. Auerrois in quinto Coll. inquit Pentrasuræ dicitur a Persis arbor Abraham; & in latino dicitur Agnus castus.

De HERBÆ RUBEA.

A

Rubea, scilicet Rubea tinctorum. Ita habent alij Doctores. Radix eius herbæ est id, quod est Rubeam, qua tinguntur lanæ, pelleſq; perficiuntur. In medicina urinam ciet.

De CHELIDONIA.

Chelidoniæ uero secundum Serapionem in cap. de Curcuma, duę sunt species. s. maior, & minor. Dicit, quod nominantur hoc nomine, eo quod uer incipit apparere ante aduentum hyrundinum, & desiccatur quādo recedunt. Putant aliqui etiam, quod sic nominentur propterea, quod quando excæcantur pulli hyrundinum, defert eis mater hanc herbam, & dat eam illis in cibum; & reddit uisum hyrundinibus.

De VERTICÀ.

Vrtica, est herba satis nota. Dioscor. dicit Acalifex, siue ut aliij, Ignida, latine dicitur Vrtica. Elia altera maior, que & uusualis est, & Simplex, cum tenui semine, ac folijs minutis, asperis. Altera agrestis est, denioribus folijs atque platiōribus, nigroribus. Est etiam alia Vrtica dicta mortua: & haec apud modernos dicitur Angelica, seu Archangelica. Et est alia dicta Vrtica Mora: cuius folia magna ac nigrora sunt: & haec dicitur Millemorbia, siue herba Ficaria: sed a latini dicitur Scrophularia.

Millemorbia.

De HARMEL, uel agresti

RVTÀ.

Harmel, id est tertium genus Rutæ, secundum Matthæum Syluat. Harmel, scriptum cum h, est semen Cicutæ: & Armel scriptum sine h, est genus Rutæ. Eandem habet opinionem Lumen tenebrarum, quod Harmel sit Cicuta. Sed falsum est. Sed Harmel cum h, & sine h, est tertium genus Rutæ. Nam Dioscor. in cap. de Ruta quasi in fine ait. Alterum genus Rutæ, quod nascitur in Macedonia & Galatia, quam Molyn ciues appellant. Idem in fine ait. Ruta multi Armolam uocant, Syri Vasasa. Nascitur locis cultis. Auicenna in secundo canone inquit. Ruta sylvestris, uehemetioris est nigredinis, quam Alharmel cum h. Item lege capitulum de Harmel scriptum cum litera h, apud eundem: & est idem cum cap. de Armola apud Dioscor. Idem in quarto canone, in capitulo, de curatione morsus uiperarum, inter reliqua sic Canon ait. Ruta sylvestris, & non est Alharmel, secundū quod existimarent quidam, imo est species Rutæ ipsius: & sic est sine dubio. Sed Auerrois in quinto Coll. ait, Alharmel, id est, Cicuta. Quod falsum est. Nam secundum plures sapientes creditur, quod Harmel cum h, & sine h, idem sit: & possibiliter ex una radice cum multis ramiculis: & habet folia longiora folijs Rutæ alterius, & meliora, habentia grauem odorem: & habet florem album: & capitella maiora satis quam capitella Rutæ domesticæ, diuisa tribus divisionibus; in quibus est semen amarum; cuius color est, ad rurbanus declivis. Habet tres angulos: & est id, quod de planta uenit in usum medicinæ: & ipsum maturat: & colligitur in autumno: & sic est, si aggregaueris Ruta sylvestrem qua utuntur moderni, eadem est cum illa.

B

De EUFRAZIA.

Eufragia est herba, que apud nos in pratis reperitur: & est minuta herba. Mirabiliter medetur aegritudinibus oculorum. Et propter id Mesue in sua practica, in capitulo allegato, uocatur plam herba Adhil. Foeniculus similiter ualeat in illa materia. Vnde uersus. Foeniculus, uerbena, rosa, chelidonia, ruta. Ex istis fit aqua clara, que lumina reddit acuta. Et nō est cōpletus uersus nisi addatur Capillus ueneris, Eufragia, & Betonica.

De CYNOGLOSSA.

Aleazar humida. i. recens, & est Lingua canis, seu Cynoglossa. Sed generaliter dubitan aliqui, an Alcalcachar, & Aleazar sint idem: sed sine dubio idem sunt.

De VITICELLA.

Viticella, secundum Matthæum syl. est Fescera, siue Fofire; ergo est Brionia, que apud Diosc. Ampelos leuce uocat: sed secundum Simonem Ianuen. est Fesiresin. i. Vitis nigra, siue Ampelos meana, ut apud Diosc. In hac discordia, nescio quid dicam: quia secundū intensionem Matthæi syl.

Cest Brithia, siue Vitis alba; & secundum Simonem est Vitis nigra. Non igitur concordant. Verum secundum plures, Viticella, est Vitis nigra; & est planta quæ iuxta hortos nascit: & est quæ Lombardi Tanero vulgariter nomine dicunt.

De TAPSO BARBATO.

Tapsus barbatus, est planta omnibus nota. Hęc apud Dioscor, uocatur Flosmos: sed apud Auicen, in secundo Canone uocatur Busiri. Isidorus Flosmos, quam latini herbam lucernarem uocant, ab eo quod ad lichnia proficiat. Haec Planta apud nos nascit super muros, & in campis: & uocant rustici Auidon, siue Auion.

De C A R D O.

Cardo, seu Cardus qui apud Diosc. uocatur Dipsacus, cuius frutex est spinosus: & iste frutex gestit quandam rem qua utuntur fullones ad garzandum pannos & biretas. Galenus etiam in sexto Simplicium Pharm. dicit. Dipsacus. i. Cardo. Petrus de crescentiis inquit. Virga Pastoris. i. Cardus. Sed falsum dicit. Quia Virga Pastoris est herba quæ uocat Corrigiola. Et differt multum, sicut patet apud Dioscor. cap. de Dipsaco. Et apud Serapion. cap. de Virga Pastoris.

De A C E D U L A.

Acedula nomen multis herbis attributum est, in diuersis regionibus. Nam Acetosa Acedula potest dici. Idem Trifolium Acetosum, siue Panis cuculi, siue Alleluia idem. Macer autem de Acedula speciale capitulum facit, inquiens. Diximus Acedulam, quam græcus dicit ἄκεδον. Ergo est Semperuua. Nam Aizon apud Dioscor. est Semperuua, & componitur ab hoc quod est semp, & quod est uita. Verū secundum modernos Acedula est Acetosa, aut est idē in uirtute.

De V I S C O Q V E R C I N O.

Viscus querinus. i. Dabat secundum Diosc. lachryma est arboris, lenis, & uiridis coloris, de- intus obtusum, & nihil asperum. Colligitur & de semine obrotundo, quod in arbore dry, id est, queru nascitur. Folia habens similia buxo. Hoc semen primo tundit, erlauatur, & postea coquitur. Multi uero illum masticando conquassant. Fit etiam ex arbore Marian, & de Piro, et ex diuersis arboribus aliquando: & in radice arborum, & in fructice inuenit. Apud Auic. eius fructus est similis Ciceri nigro, non sinceræ rotunditatis, uirgulatus, frangibilis, ex quo manus inuincantur. Eius autem minera est arbor ferens glandes, & malus, & pirus, in quo sunt uiridus aerea, & aqua multiplicatae ualde: & qui ex eo bonus est recens, planus, coloris puri, interius uiridis, exteriorius teritur & lauatur, deinde coquitur. Hodie multi apothecarii, qui omnia scire fatentur, loco eius ponunt Viscum quo utuntur nostri rustici ad capiendas aues. Sed uerus Viscus querinus fit ex quodam fructu simili piro, qui reperitur super arbores ferentes glandes, seu arbores quercus: & propter id Viscus querinus appellat. Deserunt a Venetis ad nos in formis rotundis prout succus liquiritie.

De C H E I R I.

Cheiri Arabice est planta, quæ flores citrinos, & aureos producit, & est Viola citrina. Auteriois in quinto Col. ait. Alcheiri est Viola de Romania. Serap. Cheiri est planta nota, habens diuersitatē in specie sua, quæ a diuersitate florū cognoscitur. Nam quedam habent album, quedam purpureum, & quedam citrinum. Qui habet citrinum, melior est & aptior in medicina, & haec satis est nota.

De T R I F O L I O A C E T O S O.

Triphyllon acetosum. i. Trifolium acetosum. Quidam dicunt quod est falsum: quia reputatur in Nicolao Trifolicon. & ibi dicitur, quod Trifolium dicitur a uiridibus folijs Rut, que in eo ponuntur: & dicunt, quod hic idem intelligi. Sed ignoro, nam in aliquibus codicibus Mense antiquis inuenit Trifolium Acetosum quod melius est: & est herba dicta Alleluia, siue Panis cuculi, quoniam sapore est acetosa. Præterea uide apud Mattheum syluaticum in cap. de Panis cuculi, quæ dicit de isto Trifolio.

De A R T H A N I T A.

Arthanita secundum Auicen, in 2. Can. est Buchormarien. Tamē miror, quod idē in 2. Can. in Fen. 10. in cap. de compositione solutiōis eius qui habet colicā ex uentositate, aut materia flegmatica, de quibus fiunt clisteria, ponit ibi Buchormariē, & Arthanitam. ergo falsus est textus secundi Can. Rasis in nono Almanso, in cap. de colica idem habet: idem in capite de apoplexia in clisteris. Autem 2. Can. dicit. Arbor Mariæ est, Buchormarien: & iam dictum est de ea. Et est trium specierum. Vna species eius sine fructu, duæ cum fructu. Ego non intelligo quid uelit Auic. per talia uerba. Nam arbor Mariæ est Rosmarinus: & Buchormarien secundum ipsum est Arthanita: quod non est possibile, error uero qui inuenitur in ipso, apud me nunquam sepa-

tabitur. Hodie generaliter habet opinio, quod Rasis in illo loco errauerit, ponere Buchormarię, et A
Anthanitam. Sed non recte: quia in hac inuenitur differentia quae reperitur inter Schedenegi si-
ne h. & inter Schedenegi cum. h. similiter est differentia inter Buthormarien scriptum cum litera
e. & inter Buchormarien scriptum cum litera. c. nam ibi Rasis habet Buchormarien scriptū cum
litera. c. & hæc est arbor Marię, siue Rosmarinus: si uero reperias Buthormarien, est uera Artha-
nita, de quo uide Serap. in cap. de Ciclamine, qui inquit. Buthormarien. i. Ciclamen: in cap. ue-
ro de arbore Marię dicit, quod est Libanotis: ergo est Rosmarinus: & sic si bene legeris, videbis
quod Buchormarien est arbor Marię, & Buthormarien est Ciclamen, seu Arthanita. Francif. de
Pedemont. in cap. primo de dolore intestinorum & medicinis eius, ait: Buchormarien est radic
Piretri, uel Malii terræ. Quod est falsum. nam Buchormarien non est Piretrum, uerum si diceret,
Buthormarien est Malum terræ, sed non Piretrum.

De F I L I C E.

Filix secundum Isidorum a singularitate folij dicta, deniq; ex una uirgula altitudine cubitali
unum scissum folium dignatur, res applicata uelut penna. Dioscor. autem de ipsa duo facit cap.
unum de Dipteris, aliud de Seliteron. Secundum uero Matthæum syl. Dipteris est Polypodiū.
Sed non recte, nam si legis cap. de Dipteri apud Dioscor. cum cap. de Filice apud Serap. uide-
bis, quod idem sunt. Ipse uero Serap. in uno cap. loquitur de masculo, & foemina. Auicen. in se-
cundo can. duo cap. facit, unum de Childaru, & aliud de Sarace. Hæc apud Dioscor. nascitur
sine semine, sine flore, & sine hasta. Sed quidam modernorum dixerunt, quod in nocte sancti Io-
annis aliqui uadunt ad locum ubi Filix nascitur, & ibi stant per horas tres: & dicunt, quod ato in
illa hora Filix gerit florem, post semen. Deus melius scit.

De herba S. M A R I A E.

Herba sanctæ Mariæ secundum Comp. est Persicaria, seu sanguis Christi: secundum uero
Matthæum syl. est herba ad albedinem tendens, cum folijs rugosis: sicut herba quæ dicitur Flo-
rmos. i. taplus barbatus. Sed non recte dicit: quia si Compositor dicit, quod est Persicaria, eius
forma non est: ut dicit Matthæus. Præterea Leonardus ait. Herba sanctæ Mariæ, siue Persicaria;
& sic est secundum ueritatem. Et eius forma est: quod habet folia similia folijs Persici, intra quæ
sunt puncta nigra: apud nos iuxta hortos nascitur. Inuenitur alia species quæ carerat maculis: sed B
hæc non est tantæ uirtutis. Quidam uocant ipsam Zinziber caninum, alijs Persicariam cum sig-
nali. Secundum Petru de crescentijs, herba sanctæ Mariæ est Menta romana, uel farracenica. quod
falsum est: nam in isto unguento utrumq; ingreditur.

De Herba C R A S S U L A.

Herba Crassula secundum Compositorem est Faba grossa. Cuius species sunt tres. s. Crassu-
la maior. i. faba grossa. Minor uero est Vermicularis. Media est Cardus benedictus. Sed Lumē,
uerius tenebra apothecariorum, exponit, quod est Vermicularis. Sed falsum est. nam uera Cras-
sula est herba habens folia uiridia, & pinguis, ut Semperfuiua, cum flore tendente ad albedinem;
nascitur autem apud nos iuxta fossas: & est illa, quam nostri Rustici uulgo Fabam græcam di-
cunt. Sed non recte: quia aliud est: sed deinceps dicere, Fabam grossam. Infra apparet oleum fri-
gidissimum, uiride: & ibi melius certificabo, quod Crassula non est Vermicularis: ut dicit Lu-
men male lucens.

De C E N T V M N E R V I A.

Centumneria secundum Compositorem, ac Giliber. est Arnoglossa, siue Plantago major:
Hæc apud Auic. uocatur Lingua arietis, & est herba quam nostri rustici Bletam sylvestrem uo-
cant. Illud uero Lumen fuscum, loco Centumneriae, habet Centauream. Quod non recte actū
est, nam in isto unguento ingreditur & Centumneria & Centaurea.

De Q V I N Q V E F O L I O.

Quincfolium. i. Pentaphylon. Auic. in secundo can. duo capitula facit: unū de Pentaphyl-
lon: aliud de Quincfolio: quod idem est. Dicitur autem Pentaphylon a numero foliorū: quia
per singulas annotationes haber quinq; folia. Auic. in cap. de Lacticinio ponit Pentaphylonem in
ter species eorum.

Terrat, seu herba Terrat, ut dicit Leonar. secundum Gilber. est herba Iudaica. Idem ait Co-
mposito: sed multi hodierni apothecarij credunt, quod dicat Torathit. Sed non recte: quia Tora-
thit est fungus nascens in radice Rosæ caninæ, siue Barbæ hircinæ, ex quo fit Hippoquistidos: et
hoc multi ponunt, qui errant. nā aliud est Terrat, aliud est Torathit. Si uero Compositor uult,
quod Terrat sit herba Iudaica: ergo est Herbum, nam Auicen. in secundo can. inquit. Herba Iu-
daica. i. Herbum apud Diosco. est Orobium: cuius aliud est pallidum, aliud subruf-

A

Csum, & aliud album. Circa instans dicit. Tetrait est herba Iudaica; & sic est secundum ueritatem, quod Tetrait est herba Iudaica, siue Herbū, siue Orobū; ergo est Herbilia, aut illa herba quā rustici el Mocho uulgo dicunt.

D E M E N T A S A R R A C E N I C A .

Menta sarracenica. i. Menta romana, seu nigra. Nam eius planta est nigra, ad similitudinem Sarracenorum: cuius folia maiora sunt quam Mentē hortulanæ. Hæc apud nos iuxta aquas inuenitur. Petrus de crescentijs in cap. de Menta ait. Menta tres sunt species. Est enim quædam domestica, quæ propriæ hortulana dicitur. Et est alia sylvestris, quæ Mentastrum nuncupatur. Et est alia quoque Menta quæ longiora, latiora, & acutiora habet folia, & hæc est Menta romana, uel sarracenica, & vulgariter herba sancte Mariæ uocatur. Quod falsum est. nam supra in isto unguento posita fuit herba sancte Mariæ: ergo non est Menta sarracenica, ut inquit ipse. Hic Nicolaus dicit. Et aliæ Menta. Idē dicunt alij, ut Giliber, & Leonard, & significat alias species Menta quæ ipse non nominauit. Nam species Menta sunt quinq; de quibus tres nominauit supra, & alias duas non nominauit, & illas quæ intelligere debemus per alias Mentas, est Menta communis, seu hortulana, & Mentastrum. Et sic meo tempore uidi in hoc ponere quinq; species Menta: quæ sunt Menta hortulana, siue communis, uel odorifera, & sylvestris, & est Mentastrum: & est alia quæ dicitur Sarracenica, siue Romana, & est alia quæ dicitur aquatica, siue balsamita: & est alia quæ dicitur Menta nō odorifera, & hoc est Calamentum: & sic omnes istæ quinq; debentponi in isto unguento. Sed Lumen de quo supra, inquit, quod per alias Mentas nō intelligitur, nisi Menta domestica; sed non recte, ut est notum apud omnes sapientes.

D E P O L Y T R I C O .

Polytricum herba est minura, cuius stipes uergit ad nigredinem. In putois hanc uidi, in muscis, ac locis humidis; & hoc est satis notum.

D E L A P A T I O L O .

Lapatiolū, siue Lapatioli secundum Compositorem ac Giliber, est Lapatum acutum: ergo est Acerosa qua generaliter utimur, & sic est quod illa Acerosa qua utimur, est acutior omnibus Lapatiolorum speciebus. Macer ait. Herba solet Lapati uulgo Paritella uocari. Illius species dicuntur quatuor esse. Idem ait Dioscor. in cap. de Lapatio. Circa instans inquit. Lapatiolorum triplex est maneris. s. Lapatum rotundum, acutum, & domesticum. Lapatum folia habens acuta, effigaciū est Lapatio rotundo, minus efficax est Lapatum domesticum: quod folia habet aliquā tulum lata, & magna: usui medicinæ competunt.

D E C A R D U N C E L L O .

Carduncellus secundum Gilibertum, est Cardus benedictus. Idem dicit Compositor, ergo est quem Plin. Erigerion, siue Senection uocat. De qua Isidorus Erigerion a græcis dicitur, qd uere primo senescat, unde & eam latini herbam Senectionem uocant. Non intelligitur de Senectione quod dicitur Cressonum, sed de alia herba de qua Macer ait. Erigerion græci Senectiones uocamus. Quod canis similis uideatur flore & uillis. Nascitur in muris, & in horris, & regulatis. Hec apud Diosco. uocatur Sedum, & apud Gal. in libro ad Paternianum uocatur Suedo, quam alij Senetion uocant. Hec uero est herba quæ in numero Cardonum est. Apud nos in horris ac in muris inuenitur, & est quam Lombardi herbam Turcham vulgariter dicunt.

D E M A T R I S Y L V A .

Matraysia secundum Compositorem est Oculus lucidus, seu Caprifolium, & de hac apud quosdam fit licium: sed illud licium est debile. Hæc herba apud nos iuxta hortos inuenitur: cuius folia sunt ab uno latere subalbida, & ab altero uiridia, se adhaerentes & inuoluentes lapus super alias plantas: ut est notū. Et est quam Dioscor. Periclimenon uocat: & nostri Cesoli uulga riter dicunt.

D E M A T V R E L L A .

Maturelia secundum Compositorem esse Potentilla, seu Amantilla: ergo est Valeriana, seu Fu. Matthæus syl. dicit. Marturella. i. Valeriana, uel Fu, uel herba gattæ. Sed herba gattæ, apud nos etiam habet aliam significationem, nam significat Nepitam, seu Calamentum montanum. Valeriana apud teutonicos dicitur Thamara. Hec herba omnibus nota est. Circa instans ait. Fu intelligitur radix in medicina. Lumen malelucens, non posuit in sua descriptione Naturallam; forsitan ignorauit quid esset.

D E H E R B A M U S C A T A .

Herba muscata. s. herba muscata maior. Leonardus loco eius habet herbam Garyophyllam; sed non recte. Gilibertus habet herbam muscatam. Secundū Compositorem est maior, &

minor. Maior autem facit actus, & non redolet; minor non facit actus, & redolet: quid autē sit, communiter ignoratur. nō em̄ est herba muscata, ut quidam dicunt: nec eius forma est, ut dicit Lumen male lucens. Veritas autem est, quod herba Muscata maior, est herba dicta Secabrión quæ folia haber minuta similia Petroselinio, aliqualiter pilosa: florem habet paruum, tendenter ad rubedinem: & quando flos decidit, facit quandam rem ad similitudinem acus acutam, uel ad similitudinem rostri ciconiæ. Hæc suo tempore dum est recens comeditur, in uīs ac pratis inuenitur, hanc uulgares Rostrum ciconiæ uocant. Ethanc meo tempore uidi ponere in unguenta.

De A L L E L V I A.

Alleluia idem dicit Leonar. Giliber, dicit Alleluia est species Trifoliū, et est herba acetosif sapo rī ergo est Panis cuculi. Vnde meo tempore uidi multos in hac errare. Reperitur autem super arborem Vlmi quædam res similis uelutina, & hæc apud malignos herbaticos Panis cuculi uocatur. Sed non recte: quia Panis cuculi est Alleluia, & est herba quæ saporem habet acerosum, habens tria folia sicut Trifolium, sed sunt parua, & tripliciter diuisa, & in cacumine cuiuslibet partis est incisa, semina ipsius sunt in uaginis similibus cornibus, quæ cum tanguntur tempore maturationis, euolant ab eis semina, sicut handachoches, i. Trifoliū, tendenter ad rubedinem. Hæc raro in pratis inuenitur.

De C R I S P U L A.

Crispula, idē habet Leonar. Gilib. dicit. Crispula. i. Oculus bouis. Secundū aut Compositorem est herba Catirī, quid autē sit generaliter ignoratur: sed quia Gilibertus dicit, quod Crispula est Oculus bouis, ergo est quædam herba quæ apud Dioscor. uocatur Buphthalmos, cuius folia sunt similia foliis Mararii. i. Foeniculi. Flores habet nigros. Hic textus Dioscor. est corruptus: debet enim dicere, quod habet flores citrinos plus flore Chamomillæ: ut dicit Serap., ex uerbo Dioscor. in cap. de Cotula, quæ idem est. Autem in secundo can. ait, Bichar, & est illa quæ uocat Chusen. f. Oculus uaccæ. Rosa eius est citrini coloris, rubea in medio, grossior rosa Chamomilla, & sic est. Vide ergo, quod Crispula est Oculus bouis, seu Buphthalmos, siue Cotula: & hæc apud nos in ciuitatibus, & in uīs nascitur. Rasis in libro aphorismorum in libro quarto de dietis medicis & cibarīs inquit. Ladion. i. Oculus bouis, seu Oculus uaccæ, quod idem est: hanc nostrum rustici Cotulam dicunt.

De C A M P H O R A T A.

Camphorata secundum Compositorem est Abrotanum sylvestre. Sed Lumen male lucens. B loco eius posuit Camphoram. Sed non recte factum est, nam Giliber. ac Leonardus posuerunt Camphoram. i. Abrotanum sylvestre, cuius folia sunt similia foliis Chamomillæ. Loco eius ut deponere Abrotanum usuale.

De P U L I C A R I A M I N O R E.

Pulicaria minor secundum intentionem Dioscor. est sicut maior in foliis, sed est odoris gravioris. Et sic est, quod Pulicaria minor, id est, Satureia, seu Timbra habet maiorem odorem quæ maior. In foliis idem sunt, & in uirtute sunt quasi idem. In partibus Comæ unus græcus dixit mihi, quod Pulicaria minor apud ipsos uocatur Coniza, seu Timbra: & fecit uersiculos sic dicentes. Timbra solet græce, Satureia dicta latine, Timbra solet græce Pulicaria dicta minor. Thymum enim dictum, nos Pulicariam majorē nominamus, & sic meo tempore pro Pulicaria maiore, Thymum uidi ponere: & pro Pulicaria minore, Satureiam.

De L A V R E O L A.

Laureola apud Dioscor. uocatur Dypnoides. Serap. uero inter species Lauri Laureolæ describit, & est quam dicit esse Gar. Est species alia quæ dicitur Daphnides: & est arbor parua, cuius altitudo est unius brachij; habet uirgas multas, subtiles a medietate, supra quibus superius sunt folia, & uirgæ eius non facile frangibles, & super eadem cortex fortiter adhaerens ligio: & folia eius sunt similia foliis Lauri: nisi quia sunt meliora, & tenaciora, & ad frangendum difficiliora, mordicantia & pungentia linguam, & gulam exasperantia, & habet flores albos, & granula quando sunt matura, fluit nigra, & habet radicem nullius ualoris in medicina: nascitur in locis montuosis. Ioannes Anglicus in cap. de Paralysi dicit. Semen Laureolæ, & uocatur Coctognidium. Quod non est credendum.

De M A N D R A G O R A.

Mandragoræ folium apud nos raro inuenitur: sed moderni herbatici reperierunt speciem unam Mandragoræ in partibus Comæ, & illa utuntur, & si hanc habere non possunt, ponunt folia Prioniæ. Leonardus autem ibi inquit. Foliorum Mandragoræ, & loco eius Fabæ inuersæ. Fabæ uero inuersa apud Diosco, inter species Strigni describit: & est tertius Strignus. i. Solatrum;

C De R V B O.

Rubus alius Batus, ferens mora: alius Rubus canis, qui apud Diosc. Cynosbatus uocatur.
Sed hoc intelligitur de Rubo qui fert mora.

D De B A R D A N A.

Bardana secundum compositorem est Illapheos, seu Lappa. Quidam Lappagonem maio-
rem dicunt. Isid. ait. Lappa domestica, quod habeat caulem ingentem per terrā dispositam, hac
a græcis Philantropos uocatur. Supra de ipso dictum est in Philantropo antidotario.

E De S C A T V N C E L L O.

Scatuncellus secundum Compositorem est Vmbilicus ueneris. Idem dicit Leonar. depre-
da palea ibidē. Sed hodierni apothecarij, maxime ignorantes, loco eius ponunt illum Cardum,
qui a Dioscor. uocatur Dipsacus: cuius frutex est spinosus, habens folia similia Lactucę, & hoc
utuntur Fullones ad garzandum pannos & bireta: & sic meo tempore uidi multos ipsum pone-
re. Sed errant. nam ut dictum fuit, Nicolaus Compositor uult, quod Scatuncellus sit Vmbili-
cus ueneris. Idem dicit Leonar. & sic est secundum ueritatem. Hæc a Dioscor. uocatur Corili-
don. Apud nos nascitur in tectis domorum & ecclesiarum, ac alijs locis, & uocant ipsum uel
go Herbam rotundelam, uel Cibalariam.

F De T R I B V L O M A R I N O.

Tribulus marinus. i. Cicer imperiale. Hic apud Auic. in secundo can. uocatur Halech. Eius
species duæ sunt. s. domesticus, & agrestis, sed ille qui hic intelligitur, est ille qui fert quandū fru-
ctum ad similitudinem Castaneę: & propter id multi uocant ipsum Castaneolum. Eriti fructus
abundant in locis uicinis sancte Marię de monte, & ibi uocantur Langani ab incolis, & sunt pri-
mo uiridis coloris: deinde nigrescunt, & habent angulos acutos. Apud nos idem inuenitur ul-
& pisces fugiunt.

G De V U A L V P I N A.

Vua lupina. i. Solatrum secundum modernos non est Stafisagria: ut quidam crediderunt.
Miror quod Mesue in cap. de alfescera dicat. Nascentur supra ea botri sicut botri uuarum, & uo-
cantur Vuæ lupinæ. Sed apud modernos non recte, nam Vua lupina apud Sera. in cap. de So-
laro est idem. Averrois in quinto Coll. inquit. Hypnephathalep. i.. Vua vulpis, quæ in latro
nominatur Vua canina, hæc herba. s. Vua vulpis, uel Morella. Præterea Auic. in cap. de Che-
chengi ait. Virtus eius est proxima uirtuti Vuæ lupinæ, & proprie uirtus foliorum eius. nam si-
ne dubio Chechengi est species Solatri, siue Vuæ lupinæ: quod idem est. Itē Circa instans. Stri-
gnum, Vua lupina, Solatrum, Morella idem est. Et sic ex meo iudicio dico, quod Vua Lupina
est Solatrum, quæ apud Dioscor. Strignus uocatur, a uulgo dicitur herba Mora. Papias ait, V-
ua lupina dicta, quod semen eius Vuæ simile est: hæc Strignos græce dicitur.

H De C A V D A C A B A L I N A.

Cauda caballina est Cauda equina, & est quam Dioscor. Hippurim uocat. Nicholus loco
eius haber Caudam equinam, quæ idem est Serap. in cap. de Cauda equina inquit. Aliquando
uero egredietur a muris in quibus nascitur, & declinat inferius, propter similitudinem foliorum
quæ sunt sicut coma: ut uideatur uelut cauda pendens in muro: & propter hoc sic nominatur.
Moderni autem duas ponunt species. Una est maior & asperior, qua tornitores cyphos polunt.
Et alia Tornatila, aliquando Asprella dicitur, aliquando Troxia. Guil. Lombardus ait. Cauda
equi est Asprella. Hæc apud nos in fossis ac iuxta aquas inuenitur.

I De G E N E S T A.

Genesta autem frutex est omnibus nota, hæc apud Dioscoridem uocatur Spartus. Flin. Ge-
nistæ uinculi usum præstāt. Flores apibus gratissimi. Dubito, an hæc sit quam græci autores Sat-
ton uocant. Quidam myricam uocant: sed non recte Mesue inquit. Albrachin est capistrum
 Arboris: & est arbor montana, super quam stipitum eleuatur densitas, fusitum multæ rectitudi-
nis, & duplicantur: non patiuntur fracturas, unde ligantur ex eis arbores. Et producunt flores
figuræ lunaris, citrinitatis multe: & profert folliculos scdm semitā Orobii, habentes feminæ disti-
cta: sed in lingua latina Genesta, scdm quosdam Myrica appellatur. Electio ultrem anna cuncta
lior, & omnes quæ in partibus orientalibus oriuntur. Galen. in octauo simpliciū ait. Sparganū,
id est, Genesta.

J De E B V L O.

Ebulus est species Sambuci. Vnde uersus. Sambucus est Actis, sed Ebulus est Chamœallis.
de quo Serap. in cap. de Ebulo de utræ loquitur: & ibi describit de forma ipsorū, dicens: quod

illa species quæ dicitur Chamœactis, est minor prima, & habet ramos magis herbae pertinentes quadratos, in quibus sunt multi nodi; & folia inuicem distantia in singulis nodis, similia folijs Aegidalæ in summitatibus suis, nisi quia habet uenas, & sunt longiores eis, habentia grauem ciborem, & in summitatibus ramorum sunt capicella, seu coronæ similes coronæ supradictæ species; & flos similiter, & habet radicem longam in grossitudine digiti; & apud nos in ijs, ac in multis locis nascitur, & uocant ipsi rustici Lorex.

A.

De E L L E B O R O.

Elleborus secundum Mesue est Barba alsugi. Secundum Auerroim in quinto Coll. Elleborus est Condisi. Quod non creditur, uerum multi moderni computant Condisi inter species Ellabori, eo quod sternutationem commouet. Tamen nostri doctores non ponunt species Ellebori nisi duas, s. l. album, & nigrum, quæ satis notæ sunt. Infra in oleo de Euphorbio, ostendam meam, quod Condisi non est Elleborus. Secundum intentionem Mesue, quando niger nascitur abundat Elleborus, ad capitum purgatiæ necessarius, & ponitur pro Elleboro antiqua parte templi, quæ ortum respicit. Hic ab aliquibus dicitur Velax: & ab aliquibus dicitur Stranudel. lasto quod puluis ipsius in naribus positus sternutationem commouet.

De S E M P E R V I V A.

Semperuua, s. maior secundum Circa instans dicitur, quia semper uiridis reperitur. Auicen in secundo inquit. Semperuuum est Sucutum. In cap. uero de Sucuto inquit. Sucutum dicit qd. est Semperuua: & dicitur, quod est species seminis Mandragoræ. Sed non recte, quia illud cap. de Sucuto est corruptum. nam apud Arabes est Symphytum, ergo est Consolida maior. & sic si leonis illud ca. de Sucuto apud Auicen. cum cap. de Symphyto apud Dioscoridem, uidebis quod idem sunt. Semperuua apud Dioscor. uocatur Aizon maius. Dicitur, quod omni tempore folia uiridia habet. Dicitur & Buphtalmon. Quod non est, nam Buphtalmon est Oculus bouis, aut Zotalmon, aut Ambrosia, quod non est. Aliud facit cap. de Aizon minori, & hæc est Vermicularis, & ambo non sunt. Aizon uero est proprium nomen suum: quia componitur ab æsti, qd. est semper, & (ων), quod est uita, unde Semperuua dicitur, quia semper folia uiridia habet: nascitur super regulas plurimum, & in locis quibus stercora proiecta fuere, & alibi.

De C I C U T A.

Cicuta, aut Schara, est herba satis nota, apud Dioscor. uocatur Comos, hastas habet nodosas sicut Maratrum: folia similia Ferulae, sed angusta. Apud Auicen, in secundocan. uocatur Sicharam: & inquit sic. Inquit Dioscor. crus huius plantæ est sicut crus Ferulæ & folia eius sunt sicut folia Cucumeris. Hic textus Auicen. est corruptus, quia debet dicere, hastas habet nodosas sicut Maratrum, folia similia Ferulae, sicut dicit Dioscor. Liber qui dicitur Bulchasi in tractatu secundo inquit. Forma extrahendi succum ex Sucharam, i. Iusquiamo. Quod falsum est. nam Serap. in cap. de Cicuta ait. Sicharam, sic nominatur apud medicos: sed Arabes nominant eam Scicharam, uel Zucharam. Est sic est, quod Zucharam est Cicuta. Idem Serap. in fine eius cap. inquit. Et quando ponitur Cicuta super testiculos puerorum, non dimittit crescere eos. Melior autem ex hac planta est illa, quæ nascitur in Creta, & in Chio, & in Attica. Etiam apud nos in multis locis hæc reperitur, unde si fricaueris folia ipsius recentia, grauem odorem referunt.

De V E R B E N A.

Verbena, seu Herbena, est herba, quæ apud Dioscor. Hierobotanum uocat. Quidam uocant ipsam Sacram herbam, quæ Sagmen, i. Sanctum antiquitus dicebatur: eo quod pagani in sacrificijs & omnibus expiationibus ea utebantur. Hæc autem herba idem nomen accipit, quod sacerdotes eam purificationibus adhibere consueuerunt. In Passionario habetur, quod si medicus uisitando infirmum ipsam manu portauerit ægroto insiente, & dicet ægroto, qualiter habes? æger dicit, bene, sanabitur: & si dicer, male, morietur. Hæc apud nos in ciuitatibus nascit. Hanc quidam rustici, herbam sancti Ioannis uocant. Sed non recte. Papias, Herbena herba Sagmen dicitur, sic dicta, quasi pura. Hæc & Hierobotane dicitur græce.

De HERBA GRATIA DEI.

Herba Gratia dei apud moder, herbaricos uulgo sic est uocata: & est herba, cuius longitudo est unius palmi, aut parum plus. Folia habet similia Hysopo, florem habet inter folia paruum, cuius color tendit de bicoloribus ad album & purpureum: sicut herba quæ dicitur Volubilis quæ in uineis nascitur. Radicem habet paruam & paucam. Apud nos in pratis ualde abundat. Et cognoscitur propter saporem foliorum, nam folia ipsius habent amaritudinem prout Centaurea minor, aut parum plus.

A 3

